


DE HISTORIA STIR- PIVM COMMENTARII INSIGNES, MA- XIMIS IMPENSIS ET VIGILIIS ELA- BORATI, ADIECTIS EARVNDEM VIVIS PLVSQVAM quingentis imaginibus, nunquam antea ad naturæ imitationem artificiosius effi- ctis & expresſis, LEONHARTO FVCHSIO medico hac noſtra ætate longè clarifſimo, autore,

Regiones peregrinas pleriq; aliq alias, ſumptu ingenti, ſtudio indefeſſo, nec fine discrimine uitæ non-
nunquam, adierunt, ut ſimplicium materiæ cognoscendæ facultatem compararent ſibi:
eam tibi materiã uniuerſam ſummo & impenſarum & temporis compendio,
procul discrimine omni, tanquam in uiuo iucundiſſimoq; uiridario,
magna cum uoluptate, hinc cognoscere licebit.

Acceſſit ijs ſuccincta admodum uocum difficilium & obſcurarum
paſſim in hoc opere occurrentium explicatio,

Vnà cum quadruplici Indice, quorum primus quidem ſtirpium nomencla-
turas græcas, alter latinas, tertius officinis ſeplafiariorum &
herbarijs uſitatas, quartus germanicas continebit,



*Cautum præterea eſt inuictiſſimi CAROLI Imperatoris decreto, ne quĩs
* alius impunè uſquam locorum hos de ſtirpium hiſtoria com-
mentarios excudat, iuxta tenorem priuilegij
antè à nobis euulgati.*

BASILEAE, IN OFFICINA ISINGRINIANA,
ANNO CHRISTI M. D. XLII.

LEONHARTVS FVCHSIVS
ÆTATIS SVÆ ANNO XLI.



ILLVSTRISSIMO ET CHRISTIANISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOACHIMO, SACRI ROMANI IMPERII ELECTORI, MARCHIONI BRANDENBURgenſi, Stetinæ, Pomeraniæ, Caſſuborum, Sclauorumq; Duci, Burggrauio Norimbergenſi, necnon Rugiæ Principi, Domino ſuo longè clementiſſimo, LEONHARTVS Fuchſius medicus S. P. D.



*Q*UAM uniuerſa medicina nullis non ſeculis glorioſa & diuina ſit habita, Illuſtriſſime ac generoſiſſime PRINCEPS, tamen in hoc eius ſummo ſplendore ſemper plus laudis, admirationis ac ponderis, ea illius pars quæ naturas ſtirpiū ueſtigat rimaturq; obtinuit: idq; partim quod uetultate, cuius maxima ſemper apud omnes autoritas & ueneratio fuit, eſſet antiquiſſima: partim etiam quod iucunda, utilis & neceſſaria eius eſſet cognitio.

Herbaria medici nam multū admirationis & laudis ſemper obuiſſe.

Nam cum reliquæ propemodum omnes artes, ſimulatque à Deo

ſtirpium origo diuina.

opt. max. creatus eſt homo, inuentæ ſint, ac ſubinde multorum induſtria auctæ, ſolæ herbæ poſt condita ſtatim elementa, nulloq; adhuc exiſtente homine, unā cum diuinis ſuis uiribus, ita iubente Deo, è terræ latebris eruperūt. Vt hoc nomine nullius rei aut artiſ inuentio uerius quàm medicinæ et ſtirpium, Deo aſſignetur. Quod ſi tamen quiſpiam ijs quæ aſſerimus impudenter redamare audeat, huic quidem Moſen, omnium qui ſcripſerunt uetuliſſimum teſtem, utpote ante quem nullum alium inuenies ſcriptorem, neq; apud Chaldaeos, neq; Aegyptios, neq; Phœnices, neque Græcos, quæ tamen ſunt uetultioreſ nationes, opponemus, qui palam quod nos, in Geſeſi ſua affirmat. Neq; eſt cur inſolenter & contumelioſe quis illius teſtimoniū repudiet aut aſpernetur, ut quem nō noſtri modò, ſed & profani quiq; nunquam non admirati ſunt, ſummisq; extulerunt laudibus: quem etiam uenerandum ueridicumq; ipſa uetultas facit. Siquidem hæc ipſa, Cicerone teſte, proximè ad deos accedit: quapropter quo propius abeſt ab ortu, et diuina progenie, hoc melius ea quæ uera ſunt retinet. Proinde haud temerè quotquot unquam extiterunt homines, adhiberi fidem uenerandæ uetultati conſtanter aſſeruerunt. Cæterum non ſolum Moſes, ſed etiam quotquot eum ſequuti ſunt poëtæ & hiſtorici, Aegyptia exculti diſciplina, herbarum originem & inuentionem dijs tribuerunt. Græcorum nanque antiquiſſimi poëtæ Homerus & Heſiodus (neque enim quicquam Græci habent quod ante illos citent) aperte ſtirpium diuinam eſſe originem teſtantur. Hic quidem dum homines ignorare tradit, quantū in Malua & Aſphodelo reconditum ſit. Nam ijs uerbis ſubobſcurè admodum herbarum uires in intimis earundem medullis reconditas eſſe, hominibusq; ignotas, nec niſi dijs ipſis, qui illarū ſunt inuectores, perſpectas innuit. Ille uerò, dum Moly herbæ laudatiſſimæ, & contra Circes ueneficia mirè efficaciſ, inuentionem Mercurio deorum apparitori acceptam refert, hominibusq; inuentu difficilem, dijs uerò nō item, eſſe ſcribit. Quinetiam in ſuis Theriacis Nicander Panaces, quod ipſo ſtatim nomine morborū omniū remedia pollicetur, à dijs ipſis inuentū eſſe, huicq; adeò Chironium, Aſclepium & Herculeum appellatum, memoriæ prodidit. Quod græci poëtæ particulatim atq; de ſingulis ſerè generibus aſſeruerunt, hoc inter Latinos Ouidius, quem unum pro multis nunc produxiſſe teſtem ſatis ſit, in uniuerſum de omnibus, dum ita loquentem de ſeiſpo Apollinem fingit, affirmare uoluit, dicens:

Moſeſ ſcriptor omniū antiquiſſimus.

Vetultatiſ autoritas.

Homerus & Heſiodus Græcorū ſcriptores antiquiſſimi.

Inuentum medicina meum eſt, opifexq; per orbem

Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.

Quare nun omnibus perſpicuum eſſe arbitror, ſi antiquitatem diuinamq; originem ſpectemus, herbaria medicina nihil uſquam eſſe laudabilius, ſplendidius, honorificentius. Quod

Herbarie medicinae utilitas.

si uerò utilitatis magnitudinem, quam hæc ipsa hominibus affert, animo expendas, quid ea præstantius sit non uideo. Nam nulla alia re magis bonam corporis ualitudinem conseruamus, tuemur, sustentamus, quàm stirpium omnis generis subsidio. Valetudine autem bona nihil neq; melius, neq; præstantius, neq; optabilius existit, utpote sine qua nec potètia, nec diuitiæ, nec ullæ aliæ res suauis, & usui esse possunt: ut præclare ab Hippoc. nostro dictū sit, ὁ δὲ ὀφελὸς ὅστις ἔτε χροιάτωρ, ἔτε σώματος, ἔτε τ' ἁλῶν ὁδόνος, ἄτορ τῆς ὑγίαις. Neque præsentem tantum ualitudinem herbarum beneficio tuemur, sed & labe factam & conuulsam ijs ipsis corrigimus, emendamus ac restituiamus. Vt enim apes ex illarum floribus materiam colligunt unde mel conflant, ita nos ex immensa earundem uarietate ad-

Herbarie medicinae necessitas.

uersus morbos remedia decerpimus. Porro cum innumeri fere sint morbi qui nobis à fronte, tergo, lateribus insidias tendunt, summè necessariam quoque esse exquisitam stirpium notitiam nemini obscurum fore, sed constare inter omnes puto. Neq; enim sine diuinis illarum

Iucunditas cognitio stirpium.

uiribus ut à nobis propulsemus morbos licebit. Quantum uerò iucunditatis ac delectationis habeat stirpium cognitio, non est cur pluribus exponam, cum nemo sit qui nesciat nihil esse in hac uita iucundius, delectabiliusq; quàm syluas, montes, campos, uarijs ijsq; elegantissimis flosculis ac herbis redimitos & ornatos peragrarè, intentisq; oculis intueri. Voluptatem uerò ac iucunditatem illam non parum auget, si earundem facultatum ac uirium accedat notitia. Neque enim minor in cognoscendo, quàm aspiciendo suauitas & delectatio. Quare cum ueteres illi diuinam esse stirpium originem, easq; in tanta uitæ humanæ fragilitate non modò usum & fructum immensum habere, sed & summè necessarias esse animaduertent, non solum de hac parte medicinae honorifice sentire cœperunt, uerum etiam nihil in ipsa natura quod suspicerent dignius, aut quod inuestigarent & perscrutarentur pulchrius, aut quod cognoscerent iucundius esse duxerunt. Proinde se totos & animo & corpore in earundem inquisitionem atque indagationem contulerunt. Et hoc studio uelut indagandarum stirpium non plebeij tantum & abiectionis sortis homines tenebantur, sed & ex omni genere hominum potentia, diuitijs, prudentia & doctrina præstantes. Quanto enim illi generis nobilitate clariores, prudentiaq; & doctrina præstantiores fuerunt, atq; adeò de hac parte medicinae incorruptius iudicare potuerunt, tanto magis ad sectandum hoc

Reges olim studio perscrutandarum stirpium mirifice occupati.

studium animi illorum sunt excitati ac inflammati. Hinc est quod plerique Reges, potentia & prudentia excellentes, neglecto interim regij fastigij honore, cum toto regie dignitatis satellitio, per uastas multarum regionum solitudines ire, inuia montium iuga peragrarè, lacus inaccessos lustrare, abditas terræ fibras scrutari, hiantes uallium sequi specus, minime grauati sunt. Quod ut facerent, non tam eos immensa iucunditas & uoluptas, quibus tum fruebantur quum uaria loca uarijs floribus ac herbis ornata obibant, inuitauit, quàm ut de humano genere, adeoq; tota posteritate optimè mererentur, & immortale nomen adipiscerentur, ardor quidam impulit. Quare de illis quas quisque inuenit sibi asserendis non minus acriter & strenuè, quàm de imperio, aut uita ipsa, qua nihil charius, dimicauerunt: id quod uerum esse multarum stirpium nomina testantur. Neque enim Polemonia herba alia de causa etiam Philetæria, teste Plinio, dicta est, quàm propter certamen

Gentius Illyriorum rex.

inventionis regum. Nonne Gentiana etiam ipsa, cui à Gentio Illyriorum rege eius inuentore nomen inditū est, satis docet quàm ille studiosus herbarum fuerit? utpote quem etiam inter media arma earundem indagationi operam nauare, & Gentianæ rimari facultates non piguit, idq; nullo alio nomine, nisi ut hac ratione memoriam sibi perpetuam ac nunquam in-

Lysimachus Macedonum rex.

ter morituram conciliaret. Porro Lysimachum Macedonum regem non tam animi magnitudo uiriumq; gloria nobilitauit, quàm Lysimachia herba, quæ in hunc usque diem nomen eius retinet. Mithridates sanè, Ponti et Parthorum rex maximus, ne uiginti quidem duarū

Mythridates Pontis rex.

linguarum

linguarum peritia, uarijsq; hinc inde uictorijs nomen sibi parasse contentus fuit : sed ut clarior celebriorq; euaderet, in eam quoque curam fortiter incubuit, ut omnium simplicium medicamentorum, eorum maxime quæ letalibus aduersantur, exactam notitiam nancisceretur. Quàm uerò intentum in eam rem animum habuerit, quantumq; hinc laudis & gloriæ consequutus sit, nihil attinet dicere, quod idipsum abundè satis medicamentum hoc quod in hodiernum usque diem nomen eius retinet, ac Mithridaticum appellatur, quodq; adhuc hodie ad arcenda uenena à medicis usurpatur, declaret. Et quidem Scordium herba, quæ non alia de causa, Crateia herbario autore, nominata Mithridatia est, quàm studiosus ille fuerit stirpium satis etiam monstrat. Prædictis iam regibus nobis adiiciendus uenit omnium quotquot fuerunt unquam regum sapientissimus opulentissimusq; Solomon, ad cuius immensas laudes, quas illi sacra Bibliorum historia defert, hoc ueluti maximum, & quod reliqua omnia superare uidetur, accedit, quod de singulis stirpibus sapientissimè differere potuerit. Præterea primus Pergami rex Attalus, ut testis est grauius autor Galenus, omnis generis medicamentorum studiosissimus fuit, ita ut multas ac uarias compositiones, quæ adhuc extant, & nomini eius inscriptionem retinent, construxerit. Euax etiam Arabum rex tanto studio inquirendarum stirpium flagrasse dicitur, ut de simplicium effectibus ad Neronem scripserit. Iuba denique Mauritiæ rex herbarum studio quàm regno memorabilior factus est. Quantam enim huic Euphorbium herba, quam ille à se inuentam medici sui nomine appellauit, mirisq; laudibus priuatim ei dicato uolumine celebrauit, pepererit, neminem esse puto qui ignoret. Cæterum quum sequentibus subinde annis Romanorum reges & Imperatores propter publicas, easq; uarias & maximas, occupationes, indagandis stirpibus operam nauare non possent, hoc saltem studiose & diligenter curarunt, quod idem Galenus testatur, ut uarijs in locis, maximis quidem impensis, herbarios alerent : idq; nulla alia de causa, quàm ut studium hoc cognoscendarum stirpium, hominibus non minus utile quàm necessarium, fouerent, & ab interitu conseruarent. Verum relictis nunc regibus, alijsq; multis insignibus heroibus, Teucro Asiæ fratre, qui Teucro nomen dedit : Achille, à quo Millefolia Achilleia cognominata est : Chirone Centauro, à quo Centauri nomen accepit : Hercule, qui Hyoscyamum inuenisse traditur : quantum operæ ac studij in perquirendis omni generis stirpibus ueteres tum Græci tum Latini poëtæ & philosophi posuerint, breuiter perstringemus. Atqui ex compluribus paucos aliquot, eosq; optimos produxisse sufficiat. Plinius quidem inter Græcos antiquissimum poëtam Orpheum (nemo enim ante hunc apud illos memoratur, siquidem ante omnes alios poëtæ & philosophos floruit) de herbis aliqua, curiosius etiam, prodidisse, & post eum Musæum & Hesiodum Polium herbam miris laudibus celebrasse scribit. Præterea rerum humanarum peritissimam uatem Homerum curam cognoscendarum stirpium magni fecisse, nec à se reiecisse aut aspernatum fuisse, Nepenthe, Moly, Lotos, & Alcinoi hortus satis ostendunt. Virgilium autem, Latinorum poëtarum principem, stirpium fuisse peritissimum, tam crebræ earundem in suis uersibus mentiones palam testantur. Quare non raro etiã interpretibus grammaticis facebat negotium, illum miseris modis enarrantibus. Quàm uerò studiosus herbarum fuerit Ouidius, nemini non notum est, nisi qui illius carmina introspicere dedignatus est. Philosophos autem herbariam medicinam non neglexisse aut contempsisse hinc colligitur, quod literis proditum sit Pythagoram, clarum sapientia uirum, integro uolumine Bulbos celebrasse, perinde atq; Chrysippum Brassicam, Zenonem Capparinum : quod facere tanti philosophi nunquam in animum induxissent, si non optimè de hac medicinæ parte sensissent. Aristoteli præterea, summum certe philosophum, aliquot de stirpibus libros reliquisse nemo nescit : unde quantifecerit herbarum cognitionem, tam excellentis ingenij uir, qui uis cõiecturam fa-

Solomon rex
Hebræorum.Attalus Per-
gamirex.Euax Ara-
bum rex.Iuba Mauri-
taniæ rex.Cæsares Roma-
ni suis impensis
herbarios aluerePoëtarum & phi-
losophorum in ue-
stigandis stirpi-
bus studium.
Orpheus.Musæus.
Hesiodus.
Homerus.

Virgilius.

Ouidius.

Pythagoras.

Chrysippus.
Zeno.
Aristoteles.

Quid ueres stu-
dio inquirendarū
stirpium consecu-
ti sint.

A principib. her-
barij alendi, aut
sumptus ad inqui-
rēdas herbas sup-
peditandi.

Medici nostri tē-
poris a studio in-
dagandarum her-
barū abhorrent.

Herbariam me-
dicinam hodie in
manibus esse im-
peritæ plebis.

cit. Sed desino tandem illustrium uirorum qui de herbaria medicina honorificentissimè con-
senferunt & scripserunt, texere catalogum, ubi prius unam etiam è præclaris mulieribus,
Artemisiam Mausoli Cariae reguli uxorem, quæ ab hoc indagandarum stirpium studio
non abhorruit, illis adiecero. Quam enim incredibili quodam ardore ac desiderio cognos-
cendarum herbarum hæc ipsa flagrarit, Artemisia stirps, quæ in hunc usque diem nomen
eius retinet, cum antea Parthenis sit appellata, loquitur. Vt nunc omnibus perspicuum sit,
omnis & ætatis & generis homines, eosq; nobilitate ac doctrina præstantissimos, non solum
de herbaria medicina præclarè sensisse, uerum etiam ut illam perdiscerent plurimum o-
pera, studij, diligentiae & laboris contulisse. Aique cognoscere fortassis à nobis quispiam
huic parti medicinæ parum æquius desiderabit, quid tandem illi per nos longo ordine comme-
morati, hoc studio inquirendarum stirpium cōsecuti sint? Rem sanè longè præstantissimam,
nullisq; neq; diuitijs, neque uoluptatibus postponendam, memoriam scilicet apud posteros
immortalem ac sempiternam. Tandiu enim firma & illabefacta eorum manebit memoria,
quandiu tellus fida & optima rerum parens Gentianam, Lysimachiam, Scordium, Eupa-
torium, Euphorbium, Chymenon, Polemoniam, et id genus alias stirpes quibus præclarissi-
morum regum indita sunt nomina, producet. Viuum itaque hodie grata hominum memoria,
illorum nomina, alioqui statim simulatq; è uiuis excessissent cum ipsis peritura, nisi illa stir-
pibus indita post se reliquissent. Et à nobis certè meritò hoc omnium longè præclarissimum
ac saluberrimum tantorum regum & doctissimorum hominum studium atque certamen lau-
dibus ad cælum usque extollitur, quoties quàm optimis donis uitam nostram excoluerint, &
quàm de nobis præclarè sint meriti recordamur. Quare uerissime Plinius dixit: Singula
quosdam inuenta deorum numero addiderunt, omniumq; uitam clariorem fecerunt cogno-
minibus herbarum, tam benignè gratiam memoria referente. Quod ubi mecum reputo, mi-
rari subit cur nemo propemodum principum nostrorum, ueterum regum & heroum exem-
plum imitari studeat, atque iuuare saltem eos qui hoc studio indagandarum herbarum te-
nentur; in animum inducat. Scio quidem eos molestis & operosis negocijs sic implicitos, mo-
dò Spartam quæ illis obtigit, probè tueri uelint, ut inquirendis stirpibus operam dare ipsi
non possint. Atamen illorum nihilominus erat hortos optimis, & à longè etiam petitis
herbis confitos construere, atque qui easdem subinde colant, augeant & conseruent herba-
rios, quod etiam olim Cæsares Romanos fecisse supra cōmemorauimus, suis impensis ale-
re. Idq; ea potissimum de causa, quod nulla sit res unde sibi plus laudis & gloriæ aucupa-
ri ualeant, aut de tota posteritate melius mereri, quàm si hac ratione stirpium notitiam con-
seruare studuerint. Optarem itaque aliquam saltem partem, eamq; planè minimam suo-
rum sumptuum, quos magna ex parte in res fluxiles ac momentaneas, ne quid grauius di-
cam, collocant, ad illustrandam hanc medicinæ partem, quæ nunc quasi caput suum è pro-
fundis tenebris exerit, ponerent. Sed prò Deum immortalem, quid nunc reges & prin-
cipes hoc studium indagandarum stirpium non admodum respicere, cum nostræ ætatis e-
tiam medici sic ab eo abhorreant, ut inter centum uix unum qui pauculas saltem herbas ex-
actè cognititas habeat, reperire liceat. Quod quidem alia de causa fieri nō iudico, quàm quod
eam medicinæ partem quæ stirpium cognitionem tradit, ad se pertinere haud putent: aut ui-
liorem inhonestioremq; esse censeant, quàm ut ad se pertinere patiantur. Dignitati enim
existimationiq; suæ non parum detractum iri arbitrantur, si ea tractent, quorum seplasiarij
& quidam alij, si dijs placet, sibi iam cognitionem uendicarunt. Hinc est quod totam hanc cu-
ram in pharmacopolas, indoctum nehercule magna ex parte hominum genus, & in stultas
mireq; superstitiosas mulierculas reijciant. Adeò ut nostra tempestate uniuersa herbaria
medicina in manibus sit rusticarū & uetularum mulierū, ineruditorumq; hominū, qui erro-
rem sub-

rem subinde errore cumulant. Merito itaq; reprehensionem & obiurgationē nostram multorumq; aliorum bonorū uirorum incurrunt medici, qui hanc cognoscendarū stirpium curam funditus repudiant, aspernantur, & pro nihilo putant. Quis enim æquo animo ferret hoc si bi studium ignominiosum existimare, quod olim regibus, Græcorumq; ducibus, adde etiam poëtis & philosophis, fuisse longè honorificentissimū demonstrauimus? Quod si uerò quispiam secum etiam reputet quā utilis quāq; necessaria medicis sit hæc herbarū notitia, longè maxima castigatione & obiurgatione dignos censerebit. Nam nemo illorum morbis rectè mederi potest, aut medicamenta componere, aut antea inuentis commodè & opportunè uti, nisi simplicium exactam habeat notitiam. Id quum omnibus sit manifestissimū, cur pluribus demonstremus nihil opus est. Ad hanc autem consequendam notitiam non satis est semel aut bis tēre illorum discrimina, Galeno etiam nostro teste, sed frequenter admodum inspicere. Proinde cum ueteres olim cum philosophi tum medici uero hæc propriamq; inspectionem ad exquisitam stirpium notitiam consequendam necessariam esse perspectum haberent, harum inquirendarum munus non rudibus & imperitis seplastiarijs, non horum ministris æquè imperitis, aut multò rudioribus, non etiam stultæ & ineptæ plebi permisierunt: sed ad se potius pertinere hanc provinciam arbitrati, non unius & item alterius tantum regionis tractus, sed magnam orbis partem peragrarunt, ut non solum suis ipsorū oculis omnis generis herbas contuerentur, uerum etiam manibus contrectarent, degustarentq; ut scilicet hac ratione non tantum earundem imagines, sed & uires planè addiscerent. Sic sanè Theophrastus, qui nobis nouem de historia libros certè præstantissimos reliquit, multas peragrasse provincias constat: neq; enim aliàs tam exquisita ratione singulas stirpium differentias, quas diuersarum regionum ratione habent, tradere potuisset. Dioscorides quoq; ut metipse testatur, incredibili quodam cognoscendarum herbarum desiderio ductus, multa admodum in militari labore loca perlustrauit, tantam hinc consecutus peritiam stirpium, ut post se de iisdem, Galeno etiam teste, absolutissimos reliquerit libros, quos multi hodie herbariæ medicinæ studiosi, magno cum fructu, non tantum assiduè doni legunt, sed & secum nunquam non circumferunt. Prætereo nunc lubens Crateiam, Dionysium, Methrodorum, utpote quorum scripta non extent, temporumq; iniuria perierint. Omitto etiam Plinium Secundum, diuini illius operis De mundi historia autorem, quem omnes plurimū operæ non solum in hoc cognoscendarum stirpium, uerum etiam multarum aliarum rerum studio posuissent, ac tandem mortem oppetisse sciunt. Quā uarias autem terræ regiones ut medicam materiam exactè cognosceret, uitamq; mortalium inuaret, Galenus lustrauerit, nemo qui libros eius paulò diligentius legit, ignorare potest. Nam metallorum gratia in Cyprum, quæ ibidem multa sunt: bituminis & aliorum quorundam causa, in Syriam Palæstinam nauigauit. Quantum uerò studij & opene in sola dignoscenda terra Lemnia posuerit, ijs qui nauigationis suæ descriptionem legerunt notum est. Hæc longius commemorauimus nulla alia de causâ, quā ut hinc nostri seculi medici discerent, quantum ipsi à ueterum abessent diligentia: quos maximo etiam rerum suarum, adeoq; corporis dispendio, in densissimis syluis & nemoribus oberrare, altissimāq; montium iuga conscendere ut exactam stirpium notitiam consequerentur, haud piguit: & ut uel tantorum uirorū exemplo tandem conuicti, stirpium cognoscendarū studium ad se pertinere credant. Quod si tamen ijs exemplis parum mouentur, ad hanc suscipiendam curam uel pudor eos impellat adigatq;. Nemo enim est cæterorū artificum qui sibi nō ignominiosissimū esse duceret, si suæ artis instrumenta & materiā quā quotidie manibus contrectat, ignorare iudicaretur. Cum itaq; in manuarijs artibus omnes eum ridendū esse artificem existiment, qui artis eius quam profutetur materiā nō satis perspectā habeat: multò certè maiori cachinno dignus erit medicus, qui suæ artis materias,

Stirpium notitia
medicis tum uti-
lis tum necessaria

Veterum medi-
corum circa sim-
plicium medica-
mentorum cogni-
tionem studium.

Theophrastus.

Dioscorides.

Plinius Se-
cundus.

Galenus.

Medicū ignora-
re materiam me-
dicam, ridiculū.

atq; adeo sanandi instrumenta, ignorat. Et detestanda quidem si nullo alio, hoc tamen potissimum nomine, hæc medicorum quorundam inertia, desidia, socordia, & negligentia, quod effecerit ut propemodum omnis stirpium cognitio extincta & funditus deleta fuerit. Atque aculeum planè de medicina herbaria fuisset, nisi aliquot bonos, eruditos, & diligentes viros Deus excitasset, qui hoc studium quod iam ad internitionem tendebat, & propè totum oblitteratum erat, maximis vigilijs & laboribus iuuare, atq; ab interitu vindicare uoluissent. Inter eos autem qui strenuè in hanc curam incubuerunt, mea quidem sententia primas tenet

Hermolaus genere & eruditione clarus **Hermolaus Barbarus**, qui primus omnium, quod sciam, nostra ætate facinus longè pulcherrimè aggredi, eamq; medicinæ partem neutiq; contemnendam, à tenebris in lucem reuocare ausus est. Nam initio suscepti illius laboris præstantissimè, atq; multis iam seculis comprobatè medicæ materiæ scriptorè **Dioscoridem Latio donauit**. Quo

Corollarium feliciter peracto labore, **Corollarium** adiecit, quo nihil eruditius, nihil copiosius, nihil deniq; magis uarium post **Plinium** in latina lingua editum esse docti unanimi sententia fatentur. Quicquid enim à **Theophrasto**, **Athenæo**, **Oribasio**, **Aëtio**, **Paulo**, **Polluce**, **Plinio** alijsq; cum Græcis tum Latinis eruditissimis hominibus, quos nominare nunc nihil attinet, sparsim notatè est, hoc totum in **Corollario** suo, uno quasi fascæ, complexus est **Barbarus**. Et quidem huius celeberrimi uiri studiū eò magis à nobis prædicandum esse censeo, quod ipse primus, quis professione medicus non esset, securè interim in intramvis aurem dormitantibus medicis, nutanti tum breuiq; casu rei herbariæ auxiliares manus porrigere dignatus sit. Incõparabilis huius uiri exemplum ac institutū, paulò post imitatus est **Ioannes Ruellius Gallus**, homo supralinguarū peritiā non uulgari rerum cognitione præditus: is enim pari conatu ac studio cum prodigiosis monstris congressurus, eum primū nobis autorem latinitate donatum exhibuit, unde ueram exquisitamq; materiæ medicæ cognitionem petere liceret, ut scilicet proscriptis & explosis tandem **Auicennæ** & aliorum **Arabum** insulsis, erroribusq; non leuibus refertis de re herbaria placitis, è purissimo fonte **Dioscoride** stirpium notitiam hauriremus. Certarunt itaq; inter se hi duo insignes uiri uter alterū uinceret: bone stum sanè, **Hesiodo** & **Galeno** nostro testibus, certamen, è quo uterq; immortalē est consecutus gloriam. Cæterum cum **Ruellius** ueteres atq; adeo legitimas stirpium nomenclaturas, quibus eas **Dioscorides** appellauit, accessione nouarū, quas nobis magna

Monachos & muliercularū superstitione peperit, obscuratas nunc & oblitteratas esse, neq; etiam singulas stirpes ab uno **Dioscoride** descriptas animaduerteteret, paucis abhinc annis opus, ut apparet, multis uigilijs adornatū, cui de stirpium natura titulum indidit, edere uoluit. In quo sanè quicquid usquam ferè apud **Theophrastum**, **Plinium**, **Galenum**, aliosq; ueteres & recentes probatos autores de stirpibus scriptum est, complecti magno studio annixus est. Quare à plerisq; hodie uir ille bonus male audit, eò quod complura admodum ad uerbum aliunde, è **Plinio** præsertim ac **Hermolai Corollario**, transcripta, suppressis eorundem nominibus, in suos transtulerit cõmentarios: quasi uerò illi quibus hoc suum tuetur factum, modò superstes esset, ueterum eorumq; probatissimorū scriptorum exempla desent. Atqui ut mortuo iam nonnihil patrocinemur, unum tantū cõmemorabimus. Neminē esse arbitramur qui nesciat **Plinium** uastum hoc suum & immortalitate dignum de historia mundi opus ex antiquissimis ac uarijs autoribus contexuisse: is tamen non quouis in loco eorum unde singula descripsit nominatim mentionē facit, cõtentus id ipsum semel fecisse. Quare cum in **Plinio** haud culpetur quod non nisi semel, libro nimirum primo, eorum unde sua transcripsit meminerit, qui fit ut hoc ipsum **Ruellio** uitio detur? cum tamen constet hunc in præfatione eius operis ingenuè fateri, ea quæ sparsim à ueteribus tradita sunt, se ueluti in compendium digessisse, atq; usque adeo ab ijs adiutum esse, ut eis penè totum acceptū referat.

Proinde

Proinde cum is aliorum scriptis cōmodē usus sit, eaq; quasi in ordinem digesserit, atq; aded sua fecerit, nō erat cur passim autorum unde singula mutuauerat nomina, maximo legentium fastidio apponeret. De ijs itaq; Ruellij laboribus alij statuunt ac iudicent quicquid uelint: scio enim quā disparsa, & magna ex parte iniqua, multorum de ijs ipsis sint iudicia: me certe non pudebit apertē fateri, mihi eius cōmentarios multum profuisse. Quamuis nec illud nobis dissimulandum sit, nos non raro ab illo dissentire, tantum abest ut quispiam me in uniuersum omnia quæ in ijs libris de natura stirpium dicerent, probare existimet. Vt cūq; autem multa sint in Ruellij cōmentarijs quæ nō probemus, debet tamen nihilominus eius studium nobis esse longē gratissimum, ut qui in tanta rei herbariæ caligine plus tamen omnibus qui hunc antecesserunt præstiterit. Sed de Ruellio satis, aut certē plura quā oportuerit diximus, præsertim cum non desint suæ gentis homines tum eruditi tum eloquentes, qui illi multo rectius quā ego patrocinari in hac causa possint. Ad Marcellum igitur Virgilium Florentinum, qui post Ruellium hanc medicinae partem illustrare aggressus est, accedamus. Quamuis uerō ille non magnam admodum herbarum notitiam habuisse uideatur, ut qui professione medicus non fuerit, eoq; tempore quo densissimis tenebris res herbaria obducta iacuit sua ediderit, tamen quia complura obscura & deprauata Dioscoridis loca emendauit, & prisino nitore restituit, debet uel hoc saltem nomine illius studium & conatus nobis probari, cum nihil æque ad recte intelligendū Dioscoridem aliosq; autores conducatur, ac exemplariorū integritas & puritas. Quod uerō nōnunquam à uerbis Dioscoridis paulo longius recesserit, nec eorum legitimū & genuinū sensum affecutus fuerit, id illi uitii cum cæteris interpretibus cōmune est, utpote qui nō raro Plinij magis quā Dioscoridis sensum exprimere ac sequi studuerint. Quod uerō nōnulli Marcellum Dioscoridis interpretem planē grammaticū esse iudicant, nō magnopere reprehendo. Sed quod adiiciūt eum in hac arte nō satis tritum, hoc faciunt more suo, ne non palām omnibus insanire ac furere uideantur, dum ita sinistrè actemerē de hoc uiro multisq; alijs de literis et re medica optimē meritis iudicare audent. Ego uerō omni asseueratione affirmare nihil metuo, Marcellum in tanta etiam rerum omnium caligine, plures herbas cognitās habuisse, magisq; grammaticū fuisse, quā illi hodie, qui tam impudenter de fama illius et aliorū eruditiorū hominū detrabere nō uerentur. Verum omīssis nunc exteris, ad Germanos nostros, uiros aliquot bonos & eruditos, qui editis scriptis medicinae herbariæ lucem afferre, & eam quasi in integrū restituere conati sunt, ueniamus, ut ne eos etiā merita defraudemus laude. Inter hos autem primus fuit Otto Brunfelsius, uir quidem eruditus & planē *ὁλόπρωτος*, qui primū latino, dein etiā germanico scripto herbariā medicinā inuare & illustrare conatus est. Quamuis autē multa in illius scriptis desiderantur, utpote quod descriptiones picturis passim nō respondeāt, et quod pauca admodum, & uulgares tantū stirpes protulerit, quodq; sæpe nō suis & legitimis nominibus appellauerit herbas: nihilominus tamen ut hunc omnes certatim laudibus efferrant uel unica hac de causa meritis est, quod ipse primus omnīū rectam pingendarum stirpium rationem denuō in Germaniam nostram inuexerit, alijsq; hanc imitandi occasionem præbuerit. Cætera quæ in eo desiderantur, cum illa præstare non potuerit multas ob causas, potissimū uerō propter crebras ac multas typographi molestias, qui importunē insisitebat, editionemq; ut metipse in aliquo suarum uigiliarū loco fatetur, maturabat, ueniam merentur. Quid multa? cum constet Brunfelsum primum fuisse in Germania nostra qui herbariam medicinam propemodum extinctam ē crassissimis eruere tenebris attentauerit, certe hoc nomine, quamquam non omnia ex sententia ceciderint, uenia dignissimus est: nam etiam iuxta prouerbium, *συγγνώμη τῷ πρωτοπείγῳ*. Præterea cum huic optimo uiro nihil optatius fuerit, quā ut posteritati plurimum prodesset, æqui boniq; faciendos studiosis omnibus

Marcellus Virgilius Florentinus.

Defenditur ab iniuria Marcellus.

Otto Brunfelsius

eius labores, qualescunque sunt, cenſeo. Brunſelfio in hoc ſtudio illuſtrandæ rei herbariæ ſucceſſit Euricius Cordus, uir præter ſingularem poëtices, aliarumque diſciplinarum eruditionem, integerrimus ac diligentiſſimus. Quantum autem rei herbariæ uindicandæ ab interitu proſuerit, Botanologicon quod ille poſteritati ſuæ diligentiae teſtem reliquit, abundè teſtatur, adè ut nunc noſtra cõmendatione huic non opus ſit. Hoc tamen in præſentia dicere uolui, uirum hunc longiori uita fuiſſe digniſſimum, ut qui opera ſua inſtaurandæ herbariæ medicinæ plurimum momenti adferre potuiſſet. Sed quod parenti per ipſa fata non fuit intergrum perficere, hoc filius, quem poſt ſe reliquit, Valerius Cordus, optimæ ſpei iuuenis, et incredibili quodam cognoscendarum ſtirpium ſtudio amoreque flagrans, niſi dii quocumque, quod longè abſit, illi uitam longiorè inuideant, cumulatè præſtabit. Cum enim nunc paternis ueſtigijs ſtrenuè inſiſtat, nõ eſt cur uelit quaſi in medio curſu gradum ſiſtere. Poſt Euricium Cordum in hanc arenam deſcendit Hieronymus Tragus, qui anno abhinc altero, cum iam propèmodum hos cõmentarios abſolueramus, germanicū ſcriptum bene longum de ſtirpibus publicauit. Cuius quidem conatus mihi ualde probantur. Nam etſi mihi cum eo nulla intercedit familiaritas, apparet tamen in hoc homine mira quædam in inquirendis ſtirpibus diligentia. Et quidem hunc non eſſe imperitum herbarum, earundem deſcriptiones quas affert palam teſtantur. Eiuſmodi enim magna ex parte ſunt, ut oculis ſuis inſpexiſſe huc herbas quas pingit abundè demonſtrent. Atque hoc quidem nomine laudem meritus eſt nõ uulgarem, potuiſſetque multorum euitare reprehensionē, niſi ſingulis ferè herbis ſua ex Dioſcoride nomina accerſere uoluſſet: quaſi uerò Dioſcorides omnium regionum ſtirpes deſcripſiſſet, cognitāsque habuiſſet, cum tamen cõſtet quamuis propèmodum terram ſuas priuatim ferre herbas. Dum itaque omnibus ſtirpibus ſua ex Dioſcoride nomina imponere ſtudet, dictum mirum quàm interdum temerè admodum, probatas et multis iam ſeculis receptas Dioſcoridis lectiones imutare ac deprauare cogatur. Quod quidem ius præter neceſſitatem immutandi loca autorum non ſolum ſibi Tragus, uerum etiam alij quidam, idque magno cum ſupercilio, uſurpant: ut nihil mirum ſit raros eſſe admodum autores, quamuis optimi ſint, quos nõ infinitis mendis contaminatos uideamus. Neque enim alia eſt maior deprauandi bonos autores occaſio, quàm cum quiſque quod maxime placet in ijs immutandis ſtatuit. Qui enim fieri poteſt ut dum quicuiſque pro ſuo arbitrio nunc demit, nunc adiicit aliquid, maneat illabe facta genuina et legitima ſcriptoris ſententia? Quare non minus uerè quàm lepide quidam dixit, eos libros eſſe optimos, qui nullam prorsus lituram experti eſſent. Cum igitur is mos temerè quæuis in bonis autoribus immutandi nobis ſemper ſuſpectus et inſenſus fuerit, diligenter admodum cauimus ne quid facile in Dioſcoride mutaremus, niſi ut idipſum faceremus maniſeſtiſſimæ coniecturæ, aut Plinius, aut alius quiſpiam fide dignus autor moneret cogeretne. Sed ad Tragum reuertamur, qui quum ſtrenuè annittitur ut ſingulis herbis nomina ex Dioſcoride imponat, in alterum peccatum incidit, ut nõ raro falſas et adulterinas facultates, quod pernicioſiſſimū eſſe nemo nõ nouit, eiſdem aſſignet. Hactenus tum exterorum, tum etiam noſtræ gentis uiroꝝ aliquot ſanè eruditorum, qui editis ſcriptis rem herbariam iuuare ſtuderunt, honorificam facere mentionem uoluimus, ut quàm bene de nobis totaque poſteritate meriti eſſent oſtenderemus, et ut extaret etiam erga iam mortuos aliqua gratitudinis noſtræ ſignificatio. Cæteros qui de ea medicinæ parte ſcripſerunt nihil moror, ut quos conſtet plus illi tenebrarum offuſiſſe, quàm lucis attuliſſe, taceo quod eorum ſcripta multis ac grauibꝫ erratis plena ſint. Verū inter omnes herbarios libros qui hodie extant, nulli ſunt qui plus craſſiſſimorum errorum habeant, quàm illi quos iam iterum atque iterum edidit Egenolphus typographus. Nam multis in locis unam atque eandem herbam pro duabus tribꝫue, iſque et forma et facultatibus diſtantibus, pingit. Sic ex uno quidem Polygonato, Diſclamnū et Elleborum

borum album facit. Vna etiam pictura Atriplicem & Mercurialem exprimit. Gladioli nomine tres inter se differentes herbas describit. Omitto alia multa quæ quiuvis, modò perueniunt herbarum notitiam habeat, primo statim aditu deprehendet. De picturis eius hoc dixisse satis sit, me mirari maiorem in modum cur suis pyxidibus non appinxerit etiam assidentes pharmacopolas, aut illorum ministros præcinctos corio, cum melli aduolantes muscas, & aquæ naues, atq; in ijs ad transstra sedentes nantas adhiberi curauerit. Sed cum non magni faciat cōmoda studioforū, & ad rem augendam magis attentus sit, nihil mirum ex illius officina prodire eiusmodi libros. Porro ut eò tandem quò tendebat animus perueniam, ego quidem paulò antè cōmemoratorum longè doctissimorum uirorum studium imitatus, hos de hystoria stirpium commentarios maximis cum uigilijs tum sumptibus confeci. In quibus initio quicquid ad uniuersam cuiusque stirpis hystoriam attinet, omnibus superuacaneis re-
cis, breuiter, & ordine, ut confidimus, optimo, eodemq; perpetuo, complexi sumus. Deinde singulis stirpium hystorijs, uiuas & ad naturæ æmulationem à nullo unquam, pace omnium dixerim, artificiosius expressas imagines adiecimus: idq; nulla alia de causa, quàm ut ea quæ nudis uerbis exponit hystoria, certius exprimeret, atque adeo altius animo insisteret pictura. Neque sanè peregrinarum tantum stirpium, suarq; sponte in Germania nostra haud prouenientiam, quarum tamen plus centum ijs in commentarijs studiosi reperiunt, picturas dedimus: uerum etiam uulgarium, & earum quæ iuxta sepes ac dumeta passim proueniunt. Idq; ut faceremus duabus potissimum rationibus moti sumus. Primum ut herbariæ medicinae studiosi earundem etiam hystoriam integram, & in ordinem digestam haberent, quæ magna ex parte à ueteribus non est tradita, apud recentiores uerò non nisi manca & confusa. Dein ne posteris nostris accidat quod nobis euenisse nemini obscurum est, ut scilicet quæ hodie sunt omnibus notissimæ stirpes, illis prorsus incognitæ fiant. Nam quis est qui nesciat Dioscoridis seculo plerasq; herbas tam notas fuisse, ut illum piguerit earundem notas, quibus à posteris suis agnoscerentur, tradere? Quod si tamen hodie peritissimos etiam herbariæ rei homines perconteris, nemo erit qui eas cognoscat. Quare ne nostra negligentia, aut temporum iniuria eueniat ut è notitia hominum uulgares nunc plebeisq; cognitæ stirpes excidant, earundem etiam hystorias & imagines ijs nostris commentarijs inferendas esse duximus. Et quare notas & uulgares admodum stirpes contemneremus, cum sæpius maior illis uis insit, quàm ijs quæ à remotissimis extremisq; orbis partibus, non sine maximis sumptibus conquisita, importantur? Nam quid Polygono magis uulgare? quid contemptius? omnium siquidem conculcatur pedibus: quod si tamen nim eius quam in sistendo sanguine obtinet experiri uolueris, nihil eo præstantius dices. Possem huic similia multa commemorare, sed in re nota non est cur temerè uerba fundamus. Quid multa? ut tantquam diuersis copijs iunctis nobis contra uarios morborum insultus aciem instruere liceret, tam nostratium quàm exterarum stirpium tum hystorias tum imagines studioforum oculis subijcere placuit. In acquirendis autè peregrinis et radicibus & seminibus quæ subinde terræ mandata nobis feliciter prouenire, multū nobis profuit Hieronymus Schallerus medicus Noricus, homo & herbarū aliarumq; multarū rerum peritissimus. Quod hoc loco cōmemorare uolui, ut nostræ amicitiae ac charitatis aliquod apud posteros extaret testimoniū, & ut studiosi quantum huic bono & erudito uiro, qui sua nobis nunquam defuit opera, deberent palàm intelligerent. Ceterum cum multarum stirpium quas neq; Dioscorides neq; alij ueteres cognouerunt hystorias huic operi inferuerimus: nam cum magna ex parte sint uulnerariæ, atq; adeò in quotidiano multorū, maximè chirurgorū, usu, prætereundas minimè putauimus: illarū certè usitatis atq; adeò barbaris nobis utendum fuit nomenclaturis, quandoquidem latinis desstitueremur. Maluimus enim uti ineptis minusq; latinis appellationibus, q̃

Consilij sui rationem in conficiendis ijs de stirpium hystoria cōmentarijs exponit.

Vulgatissimarū etiam herbarum picturæ non contemnendæ.

Hieronymus Schallerus.

Quare interdū usitatis & barbaris usus sit nomenclaturis,

Cur multæ & cōfise apud Dioscoridem stirpiū nomenclaturæ præteritæ.

Arborū quarundam hystoriæ & imagines cur adiectæ.

Quid in cōmemoratione facultatum stirpiū considerandum.

Ordinis in ijs cōmentarijs ratio.

Picturæ & imagines quales.

Vitus Rodolphus Specklin sculptor.

illis adulterinas uel græcas uel latinas accerfere, ne scilicet cum illegitimis earundem nomenclaturis adulterinæ etiam illis facultates ascribendæ nobis essent: quod cōtingisse nōnullis qui de re herbaria scripserunt, suprà cōmemorauimus. Quare ubi potuimus habere dictionem græcam per omnia germanicæ appellationi respondentē, hanc potius quàm falsam aliquam ex Dioscoride illis imposuimus. In alijs stirpibus quas Dioscorides cognouit unicè caui-
mus, ne omnes earundem nomenclaturas quæ initio capitum reperiuntur cōmemorarem, quod sciremus propèmodum omnes à sciolis quibusdam ex Apuleio, aut alio eius generis autore adiectas, & in contextum Dioscoridis temerè raptas esse: & quod per spectum habeamus, nihil æque herbarum cognitioni obfuisse, maioremq; iacturam attulisse, ac illam confusam appellationum coacervationem. Præstat igitur paucis admodum, ijsq; ueris & legitimis uti, ne nominum confusio, rerum etiam nobis cōfusionem pariat. Porro adiecimus etiam aliquot arborum hystorias & imagines, non quod nobis consilium fuerit singulas uelle describere, id enim infiniti laboris erat: sed cum Dioscorides alijs rei herbariæ scriptores illis stirpium quarundam folia assimilent, atq; adeò sine earum deliniatione tota hystoria satis intelligi non possit, harum etiam aliquas ijs cōmentarijs inferere uoluimus, ad quas incognoscenda stirpium hystoria studiosi respicerent. Quapropter quod fecimus, non errore, sed iudicio factum æqui iudices iudicabunt. In facultatibus cōmemorandis summa diligentia caui-
mus, ne alicui stirpiū adulterinas ac illegitimas, quod pleriq; nō sine maximo errato & uitæ humanæ dispendio fecerūt, assignarem. Quare in hystoria stirpiū quas ueteres cognouerunt, eas duntaxat quæ à Dioscoride, Galeno, Plinio, interdū etiā quæ ab Aëtio, Paulo, & Simeone Sethi tradūtur retulimus. Idq; ea maxime de causa, ut omnes scirent eas facultates in quibus illi tres concordēs sunt, esse eiusmodi, ut in ijs, tanquā maxime legitimis, spem certam ponere liceat. Nam si inter se dissentiant, tum Galeni potius quàm Dioscoridis, & huius rursus magis quàm Plinij erit sequenda sententia. Cur autem Galeni sententia omnibus alijs sit præferenda, nulla alia est ratio, quàm quod is stirpium facultates partim certa quadam ratione & methodo, quam literis subinde mandauit, cognouerit, partim etiam experientia didicerit. In reliquis quidem stirpibus quæ ignotæ ueteribus fuerunt, Galeni secuti sumus exemplum: nam eas tantum facultates cōmemorauimus, quas multorum experientia comprobauit, quæq; longo usu receptæ sunt ab omnibus, & quæ ab earundem qualitatibus non abhorrebant. Quod uerò in ijs cōmentarijs græcarum literarum ordinem secuti sumus, id necessitate ipsa quasi nos cogente fecimus. Nam multò maluissimus, Dioscoridis exemplo, congeneres sibi herbas passim connectere, quàm cum quæ in instituiamus sequi ordinem, nisi id ipsum per picturas nobis non licuisset. Siquidem cum nullius stirpis hystoriam sine uua eiusdem imagine ijs nostris cōmentarijs inferere constituissemus, stirpes uerò ipsas ac earundem genera non nisi diuersis temporibus, & nonnunquam aliquot annorum interuentibus interuallis nancisceremur, hunc literarum græcarum sequi ordinem coacti sumus. Quanquam non uideam cur mihi tam exquisita opus sit excusatione, cum hunc etiam ordinem sequi Galenum, Plinium, & post eos Paulum, Aëtium, aliosq; complures nō pude-
rit. Quod ad picturas ipsas attinet, quæ certe singulæ ad uiuarum stirpium lineamenta & effigies expressæ sunt, unicè curauimus ut essent absolutissimæ, atque adeo ut quæuis stirps suis pingeretur radicibus, caulibus, folijs, floribus, seminibus ac fructibus summam adhibuimus diligentiam. De industria uerò & data opera cauius ne umbris, alijsq; minus necessarijs, quibus interdum artis gloriam affectant pictores, natiua herbarum forma obliteraretur: neq; passi sumus ut scilicet indulgerent artifices, ut minus subinde ueritatis pictura responderet. Pictorum miram industriam præclare imitatus est Vitus Rodolphus Specklin sculptor Argentoracensis longè optimus, qui uniuscuiusq; picturæ sculpendo

pendo lineamenta tam affabrè expressit, ut cum piclore de gloria & uictoria certasse uideatur. Sed etsi multis & impensis & sudoribus picturas parauerimus, tamen non defuturos In contemptores picturæ. scimus qui easdem ueluti inutiles ac nullius momenti damnabunt, atque huic quidem suæ incertissimæ sententiæ Galenum patrocinari clamabunt, ut qui ne describi quidem stirpes uoluerit, tantum abest ut earundem picturas probauerit. Quamquam uerò neminem esse putem qui non quantū illi insaniant intelligat, tamen eos hoc in loco rogare haud pigebit, ostendant nobis ubi locorum Galenus stirpium descriptiones & picturas damnarit? cum certò sciam hoc illi ne per somnium quidem uenisse in mentem. Atqui respondebunt statim, Galenum id ipsum libro sexto de simplicium medicamentorum facultatibus, capite de Abrotono, disertè asserere. Verum nos uicissim illis respondemus: fateri nos quidem Galenū noluisse stirpium formas ac species describere, non tamen quod eas ipsas damnaret aut inutiles esse iudicaret, sed quod id ipsum post tot tantosq; uiros, Dioscoridem præsertim, qui hoc, Galeno etiam ibidem teste, absolutissimè præstitit, conari planè superuacaneum existimaret. Sed quid multis moror? quis quæso sanæ mentis picturam contemneret, quam constat res multò Picturæ laus. clarius exprimere, quàm uerbis ullis, etiam eloquentissimorum, deliniari queant. Et quidem natura sic comparatum est, ut pictura omnes capiamur: adeoq; altius animo insident quæ in tabulis aut charta oculis exposita sunt & depicta, quàm quæ nudis uerbis describuntur. Hinc multas esse stirpes constat, quæ cum nullis uerbis ita describi possint ut cognoscantur, pictura tamen sic ob oculos ponuntur, ut primo statim aspectu deprehendantur. Proinde nō immeritò bonis pictoribus suis semper apud omnes ætates honos fuit. Et in uniuersa Græcia hunc morem fuisse notū est, ut ingenui et liberè educati pueri ante omnia, aut saltem unā cum literis picturam docerentur, quod illis constaret, hanc ipsam esse quæ singularū rerum non solum naturam exprimeret, sed & memoriam conseruaret. Quare ea quoq; ars in primum gradum liberaliū artium recepta est, semperq; honos ei fuit, ut ingenui eam exerceant, mox ut honesti, perpetuo interdicto, ne seruitia docerentur: ideoq; in hac nullius qui seruiuerit opera celebrantur. Atqui de pictura, quam quidā satis certè imprudenter explodunt, hæc dixisse satis sit. Præterea cum in texenda stirpiū historia uocabulis paulò obscuriori Explicatio quarundā uocum cur adiecta. bus, & ab imperitorū intelligentia sensuq; disiunctis nobis utendū fuerit, operæ precii nos facturos duximus, si horum breuem quandam explicationē adijceremus, ne inter legendum parum peritos remorarentur. Porro cum singulis ferè stirpibus quatuor nomenclaturas Quatuor Indiciū ratio. inditas esse constet, græcam nimirum, latinam, barbaram, qua officinæ seplastriorū utuntur, & germanicam, quadruplicem etiam Indicem concinnauius, ut quisq; statim audito nomine, cuiusq; stirpis historiam quærere nullo labore possit. De nobis insuper hoc affirmare possumus, nos neq; impensis neq; laboribus in ijs adornandis cōmentarijs pepercisse, ut multorum de nobis expectationi satis faceremus. Neq; enim grauati sumus in campos & syluas creberrimè excurrere, altissima iuga montium cōscendere, multaq; artificum tædia, quæ illis erratorum interdum emendatio peperit, deuorare: quod quiuīs rerum æquus æstimator per se statim deprehendet, ita ut non opus sit nostram operam parum modeste prædicare. Quod si tamen quid nobis humanitus accidit, sat scimus uenia dignos esse nos boni quicq; iudicabunt, quod unius hominis non sit rem herbariam funditus propemodum obscuratam, ita in integrū restituiere, ut omni prorsus reprehensione uacet, in hac præsertim rerum omnium difficultate, ac ueterū de stirpibus cōmentariorū inopia. Inter omnia enim ueterum de stirpium natura scripta quæ earundē coniunctim notas tradunt, nullum prorsus nisi Dioscorides in re presentanda stirpium facie interdum uariius & ne gligens.

de qua illi sermo est stirpem exprimere uideatur. Id quod tum maximè fit, ubi à se non uisus, & ex aliorum sententia stirpes depingit. Præterea non pudebit etiam nos errata, si qua commississe conuincamur, agnoscere, atque palinodiam canere: tantum abest ut indignè laturi simus, si quod nos non potuimus, impediti aut negligentia, aut iudicij tenuitate, alij inueniant aut sarciant, modò omisissis maledictis & conuicijs, ut ueritatis studiosos decet, rationibus potius & probatissimorum scriptorum testimonijs sententiam nostram reuellant & conuincant. Quod si uerò quispiam omnino stomachari, & malignè in conuicia prorumpere perget, hunc ipsum suæ magis quàm nostræ existimationi obfuturum arbitramur: quod nemo eum bonum uirum reputet, qui temerè detrabere de fama alterius audeat. Et certè qui tam prompti & parati sunt ad alienos labores uel extenuandos, uel contemnendos, uel prorsus repudiandos, magna ex parte in tenebris delitescunt, & in angulis se continent, ubi apud sui similes & imperitos asinos mirè triumphant. Quod si tamen momi illi aliquando è tenebris erumperent, & in apertum prodirent, nemo non statim intelligeret quàm inani eruditionis fastu turgeant, quàmque sint impudentes nugatores. Et nos certè istos conuiciatores sic exciperemus, ut sese in latebris continuisse, & lucem nunquam affeclassè optarent. Nam ad illos probè tractandos, ac eorundem tela & iacula fortiter propellenda rectorquendaque, neque uires neque artes nobis defuturas confideremus. De Michaëlis Isingrinij typographi Basiliensis diligentissimi, in excudendo hoc opere industria & sedulitate hoc in loco plura dicerem, nisi has ipsas ex alijs multis quæ nunc annis aliquot ex illius officina prodierunt, satis cognitæ ac testatæ esse sciremus. Et quidem opus ipsum per se satis loquitur quàm in eo imprimendo diligens fuerit. Quantos autem fecerit sumptus, facile quiuis æstimabit qui operis magnitudinem & picturas ipsas pro rei dignitate expendere uoluerit. Plurimum itaque huic uitro debent rei herbariæ studiosi, ut qui neque impensis neque laboribus, quo illorum commodis inseruiret studiisque uiuaret, pepercerit. Cum uerò hodie multos esse typographos compertum sit, qui instar fucorum alienis insidientur laboribus, librosque optimis ac elegantissimis typis excusos, & præstantissimis picturis ornatos, inepta sua æmulatione deformant atque contaminant, idque nulla alia de causa, quàm ut ex aliorum incommodis sua comparent comoda, Isingrinij etiam, qui immensos in hoc opere excudendo sumptus fecit, ratio habenda fuit: ideoque ne quis alius hos nostros commentarios usquam locorum impune imprimat, Cæsareo decreto, quod initio etiam operis monuimus, cautum & prospectum est. Quum uerò usitato more patronum aliquem ijs nostris commentarijs quererem nobilitate & uirtutum splendore excellentem, nemo omnium cui iustius quàm tibi Illustrissime Princeps IOACHIME, clarissimo heroi, hos dedicandos esse putarem occurrebat. Nam si generis tui uetusstatem atque nobilitatem speculo, nemo te hodie Principum aut melior, aut præstantior, utpote cuius maior à Guelfis, qua uix ulla in Germania uetustior est nobilitas, ortos esse constat. Quod si eorundem uirtutes expendo, nullam prorsus uirtutem magnis & bonis Principibus dignam illis defuisse uideo. Omni uerò genere uirtutum fuisse claros uel inde maximè colligi potest, quod Franciæ pars ad Mœnum sita, cuius tamen gens libertatis tuendæ semper studiosissima fuit, non alio nomine quàm nobilitate & uirtute eorum inuitata, ijs parère cœperit. Possem nunc singulorum maiorum tuorum qui res maximas gesserunt uirtutes commemorare, si longius euagari epistolæ ratio permitteret: quare prætereo cæteros, atque unum eumque præcipuum produco ALBERTVM illum, quem ut reliqui propter insignem fortitudinè, inque prælijs dexteritatem ac felicitatem, germanici Achillis cognomine celebrarunt: ita ego propter singularem prudentiã, atque in rebus agendis miram industriã & solertiã, germanicū Vlysses meritò appellandū esse censeo. De huius autè multis ac uarijs uirtutibus, multa extant præclara testimonia in eorū libris, qui Prin-

IOACHIMI
electoris, Mar-
chionisq; Bran-
denburgensis
laus.

Albertus Mar-
chio Brandenbur-
gensis germani-
cus Achilles &
Vlysses.

qui Principum Germaniæ res bene gestas memoriæ prodiderunt, adeo ut de ijs nunc longius mihi differendū minimè sit. Ad tuam itaq; celsitatem redeo, de qua uerissimè dici potest quod semina uirtutis à bonis parentibus in posteros propagentur. Tantum enim abest ut à maioribus tuis Principibus opt. nis degeneraueris, ut plerosq; etiam ingenio & uirtute superaueris. Nam ut multas et q. præclaras & magno Principe dignas uirtutes tuas, iusti
 tiam in imperio, pacis tuendæ cõram, magnitudinē animi, integritatē, modestiam, clementiā, Virtutes Principia
pe magno dignæ
 & eximiam bonitatem, omittam, nõne hæc uerè in te regia est uirtus quod studia literarū, Studia literarum
uiuare uirtus regia.
 quæ tamen uulgus Principum odit cane peius & angue, adiuuare, ornareq; tantopere studes? Quod autem immenso fauore literarum prosequaris studio maximo est argumento, quod non solum scholam, sed & aulam doctissimis uiris, quorum opera ad studiorum acrerum gubernationem uteris, quorumq; te colloquio oblectas, pulchrè ornatam habeas. In eo autem quod literas earumq; cultores amas, obseruas, tueris, amplissimisq; honoribus auges, singularis tua elucet prudentia; intelligis nanq; sapientiæ studio, atque adeo literis ipsis florentibus, res omnes quibus humana societas constat cõseruari. Literis enim debemus quod Literarum
cõmoda.
 hodie doctrinæ cœlestis, aliarumq; disciplinarum puritate fruamur. Iisdem etiam acceptum referendum quod aliquid, quicquid est, adhuc restat, quodq; non omnia unà cum corporibus eodem puluere obruta & sepulta sint. Quid enim maiorum nostrorū uirtutes, atq; res præclare gestas ab interitu & obliuione uiuificauit nisi literæ ipsæ? Quid aliarum rerum omnium memoriā usq; ad hæc nostra tempora conseruauit nisi literæ? Sed id ipsum uno & item altero exemplo breuiter demonstremus. Nemo hodie animantium naturas exploratas haberet, nisi Aristoteles præclarissimos illos de eorundem historia libros conscribere uoluisset. Quod ut præstare posset non parum Alexandri adiutus est liberalitate, qui ad con- Alexandri libera-
litas in Aristot.
 ducendos uenatores & alendas bestias illi octingenta talenta, hoc est, quadringenta & octoginta millia coronatorū transmisit. Nullam præterea stirpium peritiam hodie apud ullam gentem reperire liceret, si Dioscorides, Theophrastus, Plinius, & alij quidam earundem notas quibus deprehenduntur, literis non mandassent. Merito igitur hæc uerè regia in te uirtus nobis multis modis prædicanda erit, hoc præsertim tempore, quo maximus literarum Hodierno tempo-
re maximus litera-
rarū cõtemptus.
 omnium contemptus nõ tantum rusticis irrepsit casās, & artificum tabernās, sed & magnatū domos ac Principum aulās. Quotus enim quisq; hodie est Principū, quem hæc cura conseruandorum studiorum tangat? ita ut nobis metuendum sit, nisi C. T. aliorumq; quorundam, paucorum tamen pro dolor, Principum patrociniū & liberalitate adiutæ fuerint, ne propediem è manibus nostris elabantur, redeatq; pristina illa uerè Scythica barbaries. Quare ut literas quemadmodum cœpisti perpetuò ames, foueas, & conserues, non solum hortor, imò etiam per CHRISTVM oro. Siquidem dum eas uiuare & ornare studes, simul etiam Quæ commoda
literarum conser-
uationem sequi-
tur.
 religionem, cuius in primis cura habenda est, naturæ cognitionem, leges, & quicquid est ad reipub. pacem & tranquillitatem conseruandam necessarium, tueris. Proinde non est cur C. T. eius liberalitatis, qua in conseruatione literarū uteris, pœniteat: dum enim harum cultoribus succurris, atq; adeo ut suum cursum strenuè urgeant efficias, tibi etiam simul sempiternam laudem paras. Quin enim illis non sit quod pro tantis tibi beneficijs quibus eos ornas rependant, tamen hoc præstabunt uicissim, ut memoria tua apud posteros perpetuò sit duratura. Nam quanquam reliqua humana omnia, utcunq; in speciem uideantur firma & solida, cum annis simul labantur & deficiant; sola tamen laus quam doctrinæ conseruatio peperit, immortalis existit. Quapropter neq; ampliorem, neq; splendidiorem famam & gloriā tibi, imò toti tuæ ornatissimæ familiæ, comparare poteris, quàm doctrinæ & studiorū conseruatione. Ut autem id quod nunc facis perpetuò quidem facias, in primis te necessitas ipsa, quam paulo antè exposui, cohortetur: dein diuinum etiam præceptum quod hoc ipsum abs te

Dedicationis
cause.

Diuina præsenti-
a & benignitas
ex stirpibus ipsis
elucet.

alijsq; Principibus seuerè admodum exigit, ut liberalitate uestra sic iuuetis studia, ut horum subsidio publica pax & tranquillitas conseruetur. Sed non est cur C. T. sponte currenti calcaria addam, quàm inter omnes Germaniæ nostræ Principes uix alius reperiatur qui æquè atq; tu literas, eosq; qui opinione aliqua eruditionis clari sunt, amet, foueat, tueatur, ornet. Nobilitatis itaq; tuæ, multarumq; aliarum præclarissimarum quæ inte elucent uirtutū splendore motus, hos, quos multis sanè sudoribus & impensis adornauit, de Stirpium historia commentarios Celsitati tuæ inscripsi. Perspectum enim habebam eos nō uulgare, sed excellens aliquod patrociniū requirere, quandoquidem uix ulla alia possit esse cōmentatio quæ plurimum calumnijs pateat & exposita sit, quàm ea quæ de stirpium natura explicanda suscipitur. Proinde cum in spem certissimam adduceremur, nostras has uigiliās non uulgarem gratiam ex amplissimi nominis tui inscriptione apud candidos & æquos inituras, foreq; ut eam ob causam maledicorum conuiciatorū petulantia perfringeretur, te quidem in tanto ornatissemorum Principum numero mihi delegi, cui potissimum has ipsas consecrarem. Quare cum eas suscipies illustriss. PRINCEPS, cōmendari tibi defensionem & conseruationem huius partis medicinæ quæ stirpium naturas inquirunt, statues. Quam ut cupidè & libenter in te recipias multa scio, mouebunt: potissimum uerò hoc ipsum, quod uix ex ulla alia re magis diuina præsentiā & benignitas eluceat, quàm ex tam uaria stirpium tum forma, tum natura, dum scilicet omnes illas ad usum hominis conditas à Deo ipso perpendimus. Si quid igitur aliud, herbarum cerè diligens contemplatio excuscat, imò cōfirmat in animis nostris opinio nem hanc, quod homines Deo curæ sint, qui tam anxie laborauit in ijs iuuandis ac tuendis, dum tot elegantissimis atq; præstantissimis stirpibus, quibus illi tam uarios morbos propulsa-
sare possunt, terram exornauit. Non parum etiam ad eam suscipiendam curam te præclarissimorum tum Regum tum Principum exempla, quæ supra recitauimus, hortabuntur. Sed omnium maximè immensa cōmoditas quæ ex istius partis medicinæ conseruatione ad uniuersos perueniet. Ad herbariæ deniq; medicinæ tum amorem tum defensionem mira quoq; iucunditas, quæ in contemplandis tot herbarū generibus animū subibit tuum, inuitabit. Quid enim iucundius, quid delectabilius quàm intueri stirpes, quas Deus opt. max. tot tamq; uarijs pinxit coloribus, tot elegantissimis redimiuit floribus, quorum colorem nullus unquam pictor satis exprimere potuit: tot deniq; seminibus & fructibus, quorum & in culina & in medicina usus est maximus, ornauit? Verum non est cur te pluribus in admirationem huius partis medicinæ pertrahere coner, utpote qui antea studio & amore eius sic tenearis, ut uix sit aliud quod te magis delectet. Nunquam enim in extruendis hortis tot arboribus atq; herbis confitis tantum operæ & impensarum poneres, si non illuc te rei iucunditas ac singularis amor pertraheret. Reliquum nunc est illustriss. PRINCEPS, ut pro tua excellenti humanitate, quæ uestræ familiæ cognata est, munus hoc nostrū tanquā specimen & testem mei erga C. T. amoris & obseruantiae, exporrecta letaq; fronte accipias, atq; me tuo fauore cōplectaris, & autoritate ab inuidorum calumnijs defendas. Bona autem spes est hunc hortum quem donamus C. T. fore longè gratissimum, non tantum quod in eo omnis ferè generis herbas elegantissimè pictas reperire queas, uerum etiam quod inde ad quæuis morborū genera remedia decerpere tibi liceat. Deus opt. max. te tuamq; ditionem incolu-
mem seruet, ut Reipub. Christianæ atque literis diuissimè pro-
desse possis. Tubingæ, Calen. Martijs, Anno à
nato Christo M. D. XLII.

EXPLICATIO QVARVN DAM VOCVM TOTO HOC opere passim occurrentium, in quibus assequendis non admodum peri- tus lector hærere possit.

Acetabula.



Cetabula ab aceto denominata videntur: quâuis alijs ab accipiendo dictum putent, atque hinc est quod scribant acceptabulum: uasculaq; fuerunt orbiculata, concava, sine marginis latitudine, quæ aceto plena ad intinctus ponebantur. Dehinc uox ad omnia alia quæ similem concavitatem habent, translata fuit. Primumq; sic concavas partes in polyporum flagellis, quibus id animal nîti tur, & uelut adminiculis sultum exurgit, nominauerunt. Translata etiam uox ad sceminarum locos, uocaueruntq; acetabula uenarum arteriarumq; ora, quæ in uterũ feruntur hiantia. Transfulerunt postremò etiam hoc nomen ad herbam, quam eam ob causam Acetabulum dixerunt, quod folia acetabulo similia in orbem circumacta, sensimq; sic ut sensum fallant, in concavam lacunam descendentia, habeat, *κατυλλώνες* græcè nominantur.

Acinus.

Acinus non tantum grana interna uuae, quemadmodum quidam existimant, sed totũ fructum, qui ex succo, & parte quæ ueluti caro est, & ex uinaceis, & ambiente forinsecus cute constat, significat. Testis Galenus, qui libro 2. de facultatibus alimentorũ sic scriptũ reliquit: Acini corpus ex quatuor partibus constat, ex ea scilicet quæ eius ueluti caro est: exq; humore per eam disperse, unde uinum: præterea ex nucleo, atq; eo quod omnia hæc foris circumcludit membranoso tegumento, *πέπε* Græcis dicitur.

Aculei.

Aculei, quæcũq; duriuscula in cuspidem turbinata punctiorem insiliunt spinulorũ modo, nominantur. Acus, purgamentũ frumenti, leuissimũ scilicet in eo quod

Adnata.

uentilabris extra aream iacula. Adnata, uel Adnascentia, siue Appendices, ramuli dicuntur quos caulis nõnunq; ex se mittit, quasi nouã adscititiãq; prolem. Sic autem uocatur, quod quasi cauli adnascentur & uocaccedant. Græci *παράφυλλος*, quod circum cau-

Ala.

lem erũpentes accrescant, appellarũt. Alæ, caui inter caulem, & ramulos anfractus, unde sinuatim noua proles egreditur, facta ab humanis alis translatione, dicuntur. Græci *μυα*

Alabastra.

σχηλλας uocant. Alabastra sunt seruandis odoribus ex solidissima & frigidissima materia facta uascula, sic dicta Græcis quod ob læuorem suam capĩ teneriq; mánibus non facile possent, lubricaq; dilaberentur. Hinc alabastrites lapis, quem nunc alabastrum uocant, quoniam ex eo alabastra fierent, denominatus est. Aluta pellis seu corium dicitur postquã ad usum & opus calceorũ & aliarum rerum concinnatũ est. Hinc alutamen, si

ue alutamentũ, opus ex cõcinnatis pellibus factum. Et alutarij, pellium & coriorũ cõcinnatores. Alsiosa nõ dicuntur ea quæ frigidis locis gaudent, sed contrã potius quæ algores ferre non possunt. Amuleta remedia sunt præsentanea aduersus uenena & fascino= nes, qualia quidã in annulis, & è collo suspensa gestare solent. Amphora mensura est quæ capit duas urnas, seu octo congios. Apices quæ in medio calycis seu folliculi quo flos claudĩt erumpũt, stamina sunt, quæ ueluti filamenta ab intimo floris sinu proflũt. Habent apices sæpius in summo quidpiam crassiusculum, à qua similitudine nomẽ acceperũt. Arbor est quicquid à radice statim simplici caudice, brachiatũ ramis, furculofum, dissolutuq; contumax assurgit. Articuli sunt partes quæ in nodos quosdam intumescũt, à quibus persæpe ramuli prodeũt. Asparagi quæ primum in lucem prodeũt olerũ germina, priusquam in folia explicent, recentissimiq; turiones quiedendo sunt, dicunt. Arista, est quæ ut acus tenuis, longa, eminet à gluma. In summa, aristæ quasi apices & cornua sunt spicarũ.

B

Bacce sunt fetus minutiores herbarũ, fruticũ, arborum uel, qui dispersius rariusq; enascunt: ut sunt partus lauri. Atq; in hoc ab acinis differunt, quod ñ densius proueniunt.

Bacca.

Brachia sunt plantarũ, præcipuè autẽ arborum ramuli, quod instar brachiorũ in homine extendant. Bulbi radices sunt rotundæ tunica, quales sunt hyacinthi, asphodeli, & colchici.

Brachia.

Bulbi.

C

Cachryes sunt oblonga panicularum modo nucamenta, quæ squamatis cõpacta propendent è ramis. Crescũt hyeme, uere dehiscũt in flauescences squamulas, & folio prodeunte, decidunt: qualia in abiete, picea, & alijs permultis uidere licet. Plinius pilulas nominat. Calathus est rectus turbo, hoc est, id quod ex angustijs in latitudinem se diffundit. Calathi effigiem planè referunt flores liliorũ.

Cachryes.

Pilula.

Calathus.

Calyx folliculus est, quo flos primũ, mox seminis fetus clauditur. Capillamenta par ticulæ teretes & oblongæ in capilli modũ extenuatæ dicuntur. Caput est id quod sursum deorsum uel in globũ extuberat, aut in orbem glomeratur. Si magnitudine cesserit, capitulũ nominat. Extremã tamen uitis partem caput etiam uocant, id est, ultimũ & productissimũ flagellum. Capreoli sunt coliculi intorti ueluti cincinni quidã in ipsis pampinis tenerioribus apparentes, quibus uitis ueluti manibus quibusdam adminicula cõplectitur, ac cõprehendit, si enim ut uitẽ teneant, serpunt ad locum capiendum: unde à capiendi capreoli dicti sunt. Caro dicitur id quod cortici subest.

Calyx.

Capillamẽta

Caput,

Capreoli,

Caro.

Caudex dicitur in arboribus & fruticibus, id quod à radice supra terrã simplex assurgit, & in quod à radice fertur alimonia. Caulis,

Caudex,

Caulis,

uerò idem quod supra solū simplex profilit in herbis nominat. Sic utiq; caudex ad frutices & arbores, caulis ad herbas duntaxat pertinet.

Ceruix. Ceruix est pars illa à capitis radicibus prodiens, prelonga, teresq; sic dicta, quod in colli speciem figuretur. Cyathus Græcis *καὶ πύχυν*, id est, à fundendo dictus, est duodecima pars sextarij. Cymæ herbarū delicatiores tenerioresq; coliculi, quos à prima germinatio- ne, & in summa stirpe proferūt. Nam cum uerum tempus appetit, primo quoq; foliorū pululatu, præclusis adhuc florū calycibus, quoda- dam quasi turiones, olus subministrat, in quibus floris primū, mox seminis foetus cōcludi- tur. Ciri sunt capillamenta quæ contorta crispan- tur. Clauiculæ coliculi sunt, quibus quasi manib; proreptans uitis ad minicula cō- prehendit. Coma est quicquid hilari uenusta- te criniū modo, summa ramorū uel colicu- lorum exornat. Congius, qui græcè *κῶν* dici- tur, sex sextariorū capax mensura est. Eadem etiā congiariū appellat. Conus Græcis, uel pyramis, est inuersus turbo, hoc est, id quod ex latitudine in arcū protrahitur ac fastigia- tur. Cui calathus, ut diximus, cōtrariū existit.

Cor. Cor est quod in medio ligni residet, & tertius à cortice cōtinetur, uelut in ossibus medulla.

Matrix. Ab alijs matrix, à nōnullis medulla nominat.

Corymbus. Corymbus est hederarū uua dependentib; acinis coacta. Transferē tamen ad multos herbarū fructus. Cortex pars est ultima à sub- iecto corpore separabilis, ueluti crusta quædā ad tegendū data. Cotele uox est in Græcia nata, nam Romani hemina uocabulo utunt.

Crenæ. Vide in dictione Hemina. Crenæ sunt quædam in extremis oris incisuræ, à quibus crenata herbarū folia uocantur, hoc est, serrata, per ambitūq; secta. Cubitus est mensura quāta patet à cubiti flexura usq; ad summū mediū digi- tū, quæ sex palmis digitis uel uiginti quatuor cōstat. Culmus frumēti calamus est, qui spi- cam sustinet.

D

Decussis. Decussis antiquis ad x literæ figurā fie- bat, quæ apud Latinos decem significat. Hinc decussari est in speciem literæ x diduci.

Dilutum. Dilutū dicitur, quod est mixtū; unde uinum aqua mixtū dicitur dilutū. Dilutum uerò sub- stantiū factū, est id liquidum, in quo aliquid certo tempore maceratū & infusum fuit; ut si in uas uini appositū absinthiū fuerit, deinde post interiectū tempus abstractū, id uinum ab- sinthiij dilutū uocatur. Dodrans est mensu- ra duodenū digitorū. Aliās palmus maior La- tinis, & Græcis *καρπῆν* dicitur. Dodrantalis itaq; cauliculus uocatur, qui longitudine duo- denos æquat digitos.

E

Echinus. Echinus est quicquid numerosa congerie aculeorum stipatur, siue tegmen, siue ca- pur, siue cacumē fuerit; sic dictus quod globo

so spinarū agmine maris herinaceū mentiat.

F

Fibra. capillamētis germanæ sunt, quæ her- barum arborumq; minutiores sunt radi- culæ, in quas uelut extremas, crassiores effuse sparguntur. Fimbriæ sunt uestium extremi- tates, à quibus & fimbriata folia dicuntur, quæ in ambitu in quasdam fimbrias exeunt.

Flagella dicuntur cymæ arborum & ipsarū summæ partes, quæ ad cuiusq; uenti flatū mo- uentur; unde etiam nomen traxerunt ab eo quod flatibus petantur. Flagella etiam sunt ui- tium ramuli oblongiores, & productiores, alijs tamen minores, ab ipsis brachijs sursum ascen- dentes: dicta flabella prius, a uenti flatu scilicet. Folliculus theca rei cuiuslibet, quæ gra- num uel semen cōtinet inuolutum. Sic mem- branosa cutis acini folliculus dicitur. Fru- ctus, quod carne & semine cōpactum est. Fre- quenter tamen pro eo, quod in uolucro perin- de quasi carne & semine coactum est, accipio so- let. Frutex est quod à radice caudice multi- plici, ramofumq; sese attollit, ut rubus.

Frons interdū pro ramo ponitur. Proprie tamen dicitur id quod ipse ramus circumqua- que producit, multa interdū folia habens, & non nihil corticis, ac ueluti cauliculi.

G

Gemma. in uite idē est quod oculus, quia ueluti ocellus quidā cōspicius, aut gem- ma quædam excellens conspici possit, cum primū ē uite prodit, aut sarmento. Hæc ineun- te uere sese ostendit, & ab ea primū flos, deinde fructus prodit tam in ipsis uitibus, quam arbo- ribus. Geniculi siue genicula sunt nodi qui in herbis, aut leguminibus, aut etiam subfruti- cibus apparent. Sic geniculatæ radices nomi- nantur, quæ nodis quibusdā interstinctæ pro- tuberāt, rotundæ & leuiter capitulatæ. Glu- ma est folliculus grani quod in spica continet, uel grani theca. Grossi appellatur fici, quæ nō murescūt. Priuatim tamen in bifera fico eas intelligunt, quæ per messes maturantur. Has grossulos Græci uocant *δρακύνες*.

H

Hemina. Romana uox est, ex græco quidē *ἡμισυ*, quod dimidia sextarij pars sit, deri- uata. Græcis *ποτύλη* nominatur. Caput uncias decem mensurales, ut copiose in annotationi- bus nostris in quartū detuenda sanitate librū Galeni demōstrauimus. Herba est quod à ra- dice foliatum, sine caudice provenit, sæpiusq; semen in caule fert.

I

Internodiū. quod inter artus uel genicula mediū intercedit, dici cōfueuit. Interue- niū, quod inter uenas intercipit. Iuba est arūdinacea coma effusa, qualis in milio est; me- taphora desumpta à iubis, hoc est crinibus ani- maliū à collo pendentib; Iulus tam Græcis *ἵλος* Latinis est quod in corylo cōpactili callo race- matim

matim cohæret, & ueluti prælongus uermis, singulari pediculo pensile nititur, & fructum præcedit.

L

Lachryma. Lachryma est is humor, qui statim defecto caudice, uel ramo, aut tantum ipso ligno, profilit, & apparet. Lanugo. Lanugo in herbis atq; arboribus lanata quædam est hirsuties, qua folia, coliculiq; canescunt. Liber pars corticis interior quæ ligno pressius adhæret. Is qui bus scribimus libris nomen dedit. Libra Romana capit uncias duodecim mensurales. Ligula. Ligula quarta pars cyathi dicitur, hoc est, semuncia, demptis scilicet duobus scriptulis. Loculamenta. Loculamenta sunt seminū in uolucra, quæ ueluti paruæ capsulæ ea recludunt. Lomentum. Lomentum, fabarum farina est. Lacinia. Lacinia pariter sunt extremæ particulatim decoris causa concisæ, orarumq; summarum casuræ. Inde folia membratim per flexuras digesta, uel natius segminibus discretâ, laciniosa uocantur. Sunt tamen qui laciniosum pro sinuoso usurpent.

M

Malicorium. Malicorium est mali punici putamen. Malleolus. Malleolus nouellus est palmes in natu prioris anni flagello, cognominatus à similitudineret, quod in ea parte qua deciditur ex uetere sarmento, prominens utrinq; malleoli speciem præbet. Vel, quod capillatus utrinq; & furculatus solebat ferri. Matrix, uide in dictione Cor. Medulla, uide ibidem. Mucro. Mucro est acumen in quod pars quæcunque desinit. Sic foliorum multorum, filiquarum quarundam, & spinarum omnium extrema in mucronem acuminantur. Muscus. Muscus est id quod in ipsa corticis superficie quarundam arborum lanuginosum apparet, ueluti canis quidam ipsarum arborum uilli. In quibusdam etiam quædam ipsarum arborum que uisitur uillosa flosculorum congeries, quæ quod confecta sit densaq; floreat, muscus dici consueuit: ut in Ligustro, & compluribus alijs. Muscaria. Muscaria sunt in orbem radiatæ herbarum comæ, cacuminaq; in fasces coacta: à flabris similitudine, cuius uentilatu muscæ cõuius abigunt, dicta.

N

Nucamenta. Nucamenta dicuntur ea quæ callo squamati compactili pendunt è ramis nucum, roborum, picearum: sic dicta, quod sint quasi quædam naturæ rudimenta, pineam nucem facere condiscantis.

O

Oculus. Oculi gemmula illa in herbarum furculis, primū germinationis argumentū dicitur.

P

Palma. Palma dicitur maius uitis flagellum, unde nascuntur uuæ. Palmus. Palmus ueteribus duplex fuit. Minor digitorum quatuor habebatur, Græcis *πτελαυς* uocatus, Maior digitorum


duodecim, *ωδων* Græcis dictus. Palmites dicuntur qui è stirpibus ac furculis quotannis prodeunt: sic nominatæ, quod in modum humanarum palmarum uirgulas quasi digitos ædant. Pampini sunt frondentium ramusculorum comæ coliculiq; fructum fouentes, & ab impendente uindicantes iniuria. Hinc pampinare, est pampinos superfluos ex uinea detrahere, posteaquàm fronduit. Panícula. Panícula dici potest quicquid sublonga uel subrotunda effigie tumet, ut quæ pendet è picearum ramis. Lanosam quoq; comam in milio, panico, arundine, & qualem in aruis complures herbarum, & in palustribus iungi gerunt, Latini paniculam dixere. Pappus tam Græcis quàm Latinis est lanugo ex floribus aut fructibus, decidua. Sic etiam lanosi quidam uilli, qui deflorescentibus aliquot herbis remanent, & postmodum in auras euanescent, pappi sunt, ut in senecione, soncho, & plerisque alijs sit. Pediculus. Pediculus, siue quod idem habet, Petiolus, id est quo folium, fructus, aut flos dependet. Pedamenta. Pedamenta quibus stat recta uinea dicuntur, hoc est, quibus ueluti pedibus nititur. Nominantur etiam à quibusdam pedamina. Pilula. Pilula, uide Cachrys. Pyramis, uide Conus. Propago. Propago dicitur uitis uetula depressa, atq; in terrâ per inflexos arcus submersa, ut ex una plures emergant. Pulpa. Pulpa in arboribus est, quod nos in animalium corporibus musculum appellamus. Puluinus. Puluinus est quod inter sulcos eminus protumet, sic dictus quod quandam referat puluinorum in quibus sedemus similitudinem.

Q

Quincuncialis figura, eius figura quæ de cussim antiquis significabat, media est. Fiebat uerò decussis ad x literæ formam, quæ quidem apud Latinos decem significat. Atq; hæc si per medium secetur, remanebit v figura, quæ quinarium numerum, atque adeo quincuncem demonstrat. Sed hæc quidem multoties tum superius, tum etiam inferius multiplicata, figuram facit, quæ quincuncialis appellatur. Talem planè Trichomanis cauliculi efficiunt. Typos formæ quincuncis, & quincuncialis ordinis, subijcere placuit.

Quincunx.

Ordo quincuncialis.



R

Racemus pro uua accipitur. Neq; tantum ipsius uitis est, sed etiam hedere, & aliarum herbarum, aut fruticum uuas quasdam producentium. Dicitur etiam ramosum id, quo dependunt acini. Rami. Rami sunt, qui in caule fissi multiplices sparguntur.

Sarmenta. **S**armenta prælongæ sunt uirgule, in quas uitis luxurians spargitur; hoc est, uitis ipsius brachiorum & caulium ligna, tam dum sunt in ipsa uite, quam dum exsecta, & ex emptæ sunt. Scapus est caulis qui in styli modum sursum prorepat, aut in altum fertur, ducta à columnaribus scapis similitudine.

Scapus. Scopus ramosum id, quo dependet acinû.

Scopus. Sefqui uocabulum cum aliqua mensura uel modi, uel numeri, uel temporis collocatû, non integrum modò id cui iungitur explicat, sed integrum & semis. Sic sequilibra, libram unam & semis significat, Sefquimensis integrum mensum cum dimidio. Sextarius capit uncias uiginti mensurales. Siliqua tegumentum est, quo uel grana leguminû, uel herbarû semina concluduntur. Nam non modò legumina, sed & complures quoq; & herbaræ & frutices siliquas proferunt. Sinus alarum caua sunt. Spica est quod culmus extulit. Hanc antiquitus rustici specam uocabant, & à spe uidetur nominata: eam enim quod sperant fore, ferunt, Tria uerò continet, granum, glumam, & aristam. Spica mutica est quæ non habet aristam. Et mutica, quasi mutila nominatur. Spongiæ antiqui olitores uocarunt radículas illigatas & connexas. Hinc Asparagi satiuû & altis radices multis irretitæ capillamentis coalescentes, & inter se implicatæ, ac quasi in unitatem coeuntes spongiolæ, & spongiæ spongiolæq; appellantur. Stamina sunt qui in medio calycis erumpunt apices, sic dicta, quod ueluti filamenta ab intimo floris sinu prosiliant. Stipulæ folia sunt culmû ambientia. Striæ partes sunt quædam quæ protuberant & eminent. Hinc striatus caulis, qui huiusmodi strijs est præditus, aut striaturis exasperatus. Strigiles etiam, si Vitruuius credimus, appellantur.

Stolones. Stolones appellantur coliculorum soboles, inutilisq; è radicibus fruticatio. Suffrutices sunt quæ cõpluribus ramulis surculisq; lignosis scatent, sed minutis constant folijs.

Surculus. Surculus, quod ex ramis simplex ac indiuuum oritur, estq; uelut germen quoddam ex ipso trunco uel caudice productum.

T

Thyrus. **T**hyrsus est caulis, idq; nomen sibi uendicauit, quod uirgulæ in modû, uel teli rectitudinem confurgat. Tomentum Latinis omne id quo culcitra ad molliorem & calidiorē quietem infarciuntur, dicitur, siue id lana sit siue pluma, siue quod uoluerit aliquis, excipiendis molliter & fouendis calore corporib; nostris aptum. Sic Dictamni folia, quod mollia uidentur esse, tomentitia & lanea dicuntur à Dioscoride, hoc est, γυαφαλοειδῆ. Tori prominentes partium calli, & in se pulparum mo-

do collecti nominantur. Græci κωνδύλης uocant. Hinc κωνδυλώδης, id est, torosus, quod idem Latinis est ac nodi formâ præ se ferens.

Triens. Triens quatuor cyathi. **Tunica.** Tunica est tenuis cortex & ueluti membranaceus, quo uel arbor, uel radix inuestitur. Sic cape folliculis est tunicatum. Turbo dicitur quicquid ex acuminē tendēs in amplius spaciâ. Hinc turbinatum, quod ex angusto continenter in latius prodit. Sic turbinata conspiciuntur pyrorû forma. Permulta etiam herbarum folia in mucronem turbinantur. Turiones sunt tene-ritates summitatû ipsarum arborum, quæ singulis annis cresunt. Topiarium opus est quod ex arbore, frutice, uel herba ad decorem componitur in testudines aut cameras fornicatum. Hinc topiariæ dici merentur arbores uel herbaræ quæ nimirum huic operi, quod flexiles sunt, ac suo lentore sequaces, accommodantur.

V

Vascula, seminû inuolucra sunt. Væ- næ sunt quæ in plantarû folijs apparent, & ramulos & humorē habentes. Vermiculatum quod rosæ modo, quasi purpuriflo, rutilat, dicitur. Verticillum florum uel foliorû ambitus, qui coliculos aut ramulos herbarum coronat, existit: ab instrumenti mulæbris similitudine dictum, quod fuso uertendi gratia solitum est adhiberi. Vinacei, grana sunt acinorum, γίγαστρα Græcis nominant, quæ pressis uuis cum folliculo abiiciuntur.

Virga. Virga est quæ ex radicibus, aut caudicis lateribus exit. A nonnullis uirgæ appellatæ sunt soboles. Virgultum surculus is est, qui terræ committitur, ut in arborē infurgat. Viticulæ non palmites aut sarmenta sunt, sed flagella quæ uitis modo reptantia longè lateq; uagantur, ac uicinos frutices nacta sic intrincant eos, ut ijs perinde quasi pedaminibus abutantur: uel scandentia suis irretiunt clauiculis, quibus quasi digitis hærent, quales in cucumeribus, cucurbitis, & plerisq; alijs inueniuntur.

Vmbella. Vmbella est floris seminis uel pedamentû, in plures digestum longiores pediculos, qui si mul ex fastigio eodem orti, in latius continuo radiantur, singuliq; uel florem, uel semē sustinent, in orbem circumactum. Græci hunc floris habitum σικυδοειδῆ, Latini uerò quoniam umbellæ, qua mulieres uultum uindcant à sole, & æstus arcunt, circinatâ effigiem gerit, umbellam dixerunt. Vmbilicus id in pomis est, quod in eis medium uel prominet, uel conditur. Vngues in rosis & foliatis floribus intellexerunt ueteres, imas suorum foliorum partes, quibus in capite suo cohærent, decoloræq; dependunt. Vel breuius: Vnguis infima pars foliorum rosæ alba appellatur.

GRÆCÆ

GRÆC A-

RVM NOMEN-
clationū Index: cuius nu-
merus paginam, litera se-
quens eiusdē paginae par-
tem, designat. Picturas,
uel ante, uel post capita lo-
catas, uel ipsam in-
sertas repe-
ries.

A



Βρότονου. 8. C
ἀγριοκαρδία-
μου 324. D

ἀδίκτωρ 81. A
ἀδύφου 191. A
ἀειζων 31. A
ἀειζων ἀγριου 799. B
αἰγούροϋ 797. A
αἶσα 128. C
αἰκαλύφου 105. A
ἀκανθῶ, ἢ ἀκανθα 51. D
ἀκανθα λουκή, 54. B
ἀκόνιτον 86. C
ἀκορον 13. A
ἀκτιν, 63. A
ἀλβία 16. C
ἀλισμα 43. C
ἀλκία 79. B
ἀλκυωνίδου 268. C
ἀλοή, 137. A
ἀλσίη 20. C
ἀμαράκον 582. C. C
σς. C

ἀμαραντος 98. C
ἀμμι 66. D
ἀμπελος λουκή. 95. A
ἀμπελῶ μέλανα 96. D
ἀμπελῶ οἶνοφόρῳ καὶ
ἡμέρος 83. B
ἀναγαλλίς. 17. A
ἀναγαλλίς ἐνυδρῶ
724. C
ἀνδροσάκμου 75. A.
C 830. C

ἀνδράχην 111. A
ἀνυθου 29. A
ἀνθεΐς. 24. D

ἀνθρωπομορφῶ 529. A

αἰσιν 61. A
αἰνίς. 60. C

ἀπείρη 51. C
ἀπῖθ 132. C

ἀρχαρον 68. C
ἀριστολογία 89. B

ἀρπικου 71. B
ἀρκευθός ἢ ἀρκευθίς 77. A

ἀρνώγλωσσον 40. A
ἀρον 68. C
ἀρτεμισία 48. A

ἀστρον 9. C
ἀσκληπίας 130. C
ἀσκυρον, ἢ ἀσκυροειδές
73. B

ἀσπαργῶ 59. C
ἀσπράγμας. 133. A

ἄσριου 448. C
ἀσφodelῶ 114. D

ἀστρακυνίς. 123. A
ἀστράφεις 120. C
ἀσάκη 109. B

ἀψίνθου 3. A

B

Βαλωτή. 153. B
βαρύνθου 149. A

βασίλειον. 546. D
βάτῳ 151. A

βατράχιον 155. A
βήχιον 139. B

βίλιον 171. A
βλήχιον 197. A

βλήχιον 173. A
βολιδος ἀγριῶ 168. D

βοτάνιον ἔριον 474. C
βότρυν 178. C

βωδάνιον 133. A
βόγλωσσον 141. B

βούκρος 797. A
βενίας. 175. A

βούβηλον 143. A
βούβος 149. A

βούρον 165. A
βρυανία 95. A

βρώμος 184. C

Γ

Γαλιόδδλον 193. A
γαλινίς 193. A

γαλινίον, ἢ γαλινίον, ἢ
γαλινίον 195. B

γαντινί. 199. A
γαντινίον 210. C

γαντινίον 877. A
γαντινίον 217. A

γαντινίον 197. A
γαντινίον 191. A

γαντινίον 201. A
γαντινίον 221. A

γαντινίον 221. A
γαντινίον 221. A

Δ

Δακτυλινίον 43. C
δακτύλος 230. D

δάκτυλος ἀλεξανδρείας, ἢ
δακτύλος 237. A

δακτυλινίον 226. D
δακτύλος 376. D

δακτύλος 223. A
δακτυλινίον 234. D

δακτύλος 228. C
δακτύλος 775. B

E

Εβρόντρινον 81. A
εἰσικός 16. C

εἰσικός 704. D
εἰσικός 247. A

εἰσικός 241. A
εἰσικός 271. A

εἰσικός 98. C
εἰσικός 271. A

εἰσικός 259. A
εἰσικός 278. C

εἰσικός 252. C
εἰσικός 729. B

εἰσικός 237. A
εἰσικός 259. B

εἰσικός 266. C
εἰσικός 254. D

εἰσικός 250. C
εἰσικός 279. A

εἰσικός 266. C
εἰσικός 261. A

εἰσικός 243. A
εἰσικός 245. A

εἰσικός 324. C
εἰσικός 239. A

εἰσικός 358. C
εἰσικός 268. C

Z

Ζεΐν. 282. C
Ζεΐν. 128. C

H

Ηδύσμος 287. A
ημιονίτις 295. A

ημιονίτις 243. A
ημιονίτις 285. A

ημιονίτις 297. A
ημιονίτις 308. C

ημιονίτις 305. A
ημιονίτις 298. C

ημιονίτις 128. C
ημιονίτις 303. A

ημιονίτις 826. C
ημιονίτις 324. D

ημιονίτις 16. C
ημιονίτις 591. A

ημιονίτις 318. D
ημιονίτις 328. D

ημιονίτις 310. D
ημιονίτις 320. D

ημιονίτις 321. B
ημιονίτις 316. C

ημιονίτις 239. A
ημιονίτις 330. C

ημιονίτις 132. C
ημιονίτις 333. A

ημιονίτις 450. C
ημιονίτις 450. C

K

Καλαμίνθου 433. A
καλινίτις 81. A

καλινίτις 392. C
καλινίτις 337. B

καλινίτις 361. B
καλινίτις 324. D

καλινίτις 397. A
καλινίτις 397. B

καλινίτις 378. C
καλινίτις 347. A

καλινίτις 376. D
καλινίτις 410. D

καλινίτις 386. C
καλινίτις 797. A

καλινίτις 426. C
καλινίτις 349. B

καλινίτις 339. A
καλινίτις 529. A

καλινίτις 341. A
καλινίτις 421. A

καλινίτις 359. A
καλινίτις 105. A

καλινίτις 410. C
καλινίτις 123. A

καλινίτις 402. C
καλινίτις 367. A

καλινίτις 373. A
καλινίτις 445. A

καλινίτις 358. C
καλινίτις 820. D

καλινίτις 344. C
καλινίτις 448. C

καλινίτις 405. A
καλινίτις 412. D

καλινίτις 437. B
καλινίτις 353. B

καλινίτις 442. C
καλινίτις 429. A

καλινίτις 339. A
καλινίτις 388. C

καλινίτις 427. A
καλινίτις 375. A

καλινίτις 450. C
καλινίτις 443. A

καλινίτις 407. A
καλινίτις 443. A

καλινίτις 558. C
καλινίτις 452. D

A

Αγώπης 493. A
αγώπης 454. D

αγώπης 460. D
αγώπης 495. A

αγώπης 466. D
αγώπης 363. B

αγώπης 472. C
αγώπης 450. C

LATINARVM NOMENCLATIONVM INDEX

Apios	132.C	Cicerbita	673.A	Fœnumgracum	797.A	Leporinus pes	493.A
Apollinaris	832.C	Cicuta	405.A	Fontalis	652.C	Leucoion Dioscoridis	456.D
Aristolochia	89.B	Cinara	791.A	Fragaria	854.C	Leucoion Theophrasti	485.A
Armoracia	661.A	Cinnalis	81.A	Fumaria	337.B		
Arnoglossum	40.A	Citrage	497.A	Fufus agrestis	123.A		
Artemisia	48.A	Clematis Daphnoides	359.A				
Arum seu aris	68.D			G			
Afarum	9.B	Cnicus & cneus	410.C	GAleopsis	193.A	Lolium	128.C
Aselepias	130.C	Cnicus sylvestris	123.A	Gallion	195.B	Lichen	472.C
Acyrum	73.B	Colubrina	234.D	Geminalis	567.A	Ligustrum	479.A
Asparagus	59.C	Columbaris seu columbina	591.A	Genista	219.A	Lilium	363.B
Asphodelus	114.D	Colutea	445.A	Genifella	219.A	Limonion	466.D
Aster atticus	133.A	Coma	820.D	Gentiana	199.A	Lingua canina	407.A
Atractylis	123.A	Consolida media	390.D	Geranium	210.C	Lingua serpentina	578.C
Atriplex	120.C	Consolida minor	145.B	Gingidium	217.A	Linum	470.C
Avena	184.C	Convolvulus	259.A	Gitli	502.D	Lithospermum	488.C
Auricula muris	20.C	Corion seu coriannon	344.C	Gofstipium	580.C	Lunaria minor	481.A
				Gramen	135.A	Lupinus sativus	305.C
B						Lupus salictarius uel reptitius	165.A
Ballote	153.B	Corona regia	526.C	H		Lychnitis	845.B
Balsamine	188.C	Corona Veneris	721.A	HALicacabum	691.A	Lycototum	86.C
Barba caprina	180.C	Cotonea málus	375.A	Hedera	421.A	Lyfimachia	490.C
Barbichium	155.A	Crambe	412.D	Hedera terrestris	877.A		
Beta	804.D	Crista gallinacea	591.A	Hedypnois	676.C		
Beta sylvestris	466.D	Crocus	442.C	Helxine	278.C	M	
Bellis siue bellius	145.A	Cruciata	419.A	Helxine cissapelos	259.A	MAiorana	666.C
Betonica	349.B. & 351.B	Cucumis seu cucumer	702.C	Hemionitis	295.A	Mála infana	532.C
		Cucumis anguino	704.D	Hepatorium	243.A	Malua	510.C
Blattaria	182.C	Cucurbita	367.A	Hiberis	324.D	Málus cotonea	375.A
Blitum siue blitum	173.A	Cucurbita sylvestris	373.A	Hieracium	318.D	Marrubium	589.A
Botrys	178.C	Cunila	303.A	Hierobotane	591.A	Melilotus	526.C
Bouis lingua	141.B	Cyanus	427.A	Hirci barba	820.D	Melones	702.C
Brassica fatua	412.D	Cydonia	375.A	Hirudinaria	400.D	Mentha	285.A
Bubula lingua	141.B	Cynia	443.A	Hordeum	437.B	Menthastrum	287.A
Buglossum	141.B	Cynoforchis	558.C	Hordeum distichum	437.B	Mercurialis	474.C
Buglossum magni	341.A	Cyperus & cyprip	452.D	Hordeum polytichum	437.B	Mercurialis sylvestris	443.A
Bulbus sylvestris	168.D					mas	443.A
Buphtialmum	143.A	D		Hyacinthus	834.C	Milium	410.D
Buxus	643.A	Damassonium	43.C	Hydropiper	842.C	Millefolium	582.C
		Daphnoides	226.D	Hyofcyamus	832.C	Mors uermium	5.B
C		Daucus	230.D	Hypericum	830.C	Morus	521.B
Calamintha	433.A	Dolichi	707.B	Hyflopus	840.C	Myrice	512.C
Callitrichum	81.A	Dracunculus maior	234.D			Myrrhis	524.D
Caltha uel calthula	381.B	Dulcis radix	191.A	I			
Campanula	431.B			IBiga	884.C	N	
Canina brassica	443.A	E		Ibicus	16.C	NApus	175.A
Canina málus	529.A	EBifcus	16.C	Illecebra	799.B	Napus bunias sativus & sylvestris	175.A
Cannabis	392.C	Ebulus	63.B	Inguinalis	133.A	Nardus sylvestris	855.B
Capillaris	795.A	Echium	268.C	Intubus	676.C	Nasturtium agreste	324.D
Capfella	303.A	Elenium	241.A	Inula	241.A	Nasturtium sativum	361.B
Carduus	791.A	Elleborus albus	271.A	Iouis glans	376.D		
Carduus Veneris	223.A	Elleborus niger adulterinus	276.C	Irion	254.C	Nepeta	433.A
Carduus suarius	880.C	Ephemeru	239.A et 358.C	Iris	316.C	Nerion	542.C
Carduus niger	882.C	Equinalis herba	321.B	Iris sylvestris	239.A	Nigella	502.D
Cardiaca	394.C	Equisetum	321.B	Isatis	330.C	Nummularia	400.D
Caron uel careum	397.A	Erica	254.D	Iuglans	378.D	Nux auellana	397.B
Caryophyllata	383.A	Eruca	261.A	Iuniperus	77.A	Nux Regia & Persica	378.D
Castutha	347.A	Eruum	570.C	Iunonis rosa	363.B		
Castia herba	201.A	Eryngium	297.A			Nux castanea	376.D
Castanea	376.D	Eupatorium	243.A	LABrum Veneris	223.A	Nux Pontica	397.B
Centimorbia	400.D	Eupatorium adulterinu	264.C	Lactaria herba	810.C	Nymphæa	534.C
Centunculi aut centuncularis herba	221.A			Lactuca	298.C		
Cepa	429.A	F		Lactuca caprina aut marina	810.C	O	
Cerafus	426.C	FABA	388.C	Lactuca sylvatica	318.D	OCimum	546.D
Chamæcyparissus	873.B	Farrago	767.A	Lamium	468.D	Ocimastrum	895.A
Chamædaphne	359.A	Farfaria	139.B	Lanaria herba	779.A	Oenanthe	563.A
Chamæleon albus	880.C	Febri-fuga	386.C	Larix seu Larex	495.A	Olus atrum	326.D
Chamæmelon	24.D	Felterra	386.C	Lafer, seu Laferpitium	762.C	Ononis	60.C
Chelidonium maius	864.C	Ficus sativa	754.C			Ophioglossum	578.C
Chelidonium minus	866.C	Filicula	587.A			Ophris	565.B
Chrysanthemum	878.C	Filix	594.D			Orchis	558.C. & 561.A
Cicer	266.C	Feniculum	500.C			Origanum	551.A
						Orminum	567.A
						Olyris	542.D
						Oxalis	465.A
						Oxyacantha	542.D
						Oxylapathum	460.D
						Oxys	565.A

LATINARVM NOMENCLATIONVM INDEX:

P aeonia 201.A	S alvia 247.A	T hymra 303.A	A loë 137.A
Panicum 252.C	Sambucus 63.A	Thymus 826.C	Altaraxacon 676.D
Papauer fatium 517.B	Sanguinalis 613.B, &	Thyrallis 845.B	Altercum 832.C
Papauer corniculatum 521.A	448.C	Tilia 863.A	Ameos 66.D
Papauer nigrum 502.D	Sanguinaria 448.C	Tintinabulū terrę 466.D	Amoris poma 532.C
Papauer rhæas 514.D	Sanicula 672.C	Tithymalorum genera 810.C	Anethum 39.A
Parthenium 582.C	Sardiana glans 376.D	plura 810.C	Anisum 61.A
Pastinaca 685.A	Satyrion regium 711.B	Tordylon, siue tordylon 809.B	Apium hortense 743.A
Pedicularis herba 785.A	Satyrion trifoliū 709.B	Trichomanes 795.A	Apium agreste 155.A
Peplos 604.C	Saxifraga 729.B	Trifoliū odoratū 816.C	Aquilegia 101.B
Pepones 702.C	Scandulaceum 305.A	Triticum 647.B	Archangelica 468.D
Petasites 643.B	Scilla 781.A	Trifolium pratense 820.C	Arcocus 791.A
Petrofelinum 654.C	Scorpium 86.C	Trifago 868.C	Aristologia 89.B
Petrofelinum sylvestrc 573.A	Scythica radix 191.A	Trixago palustris 775.B	Armoracia 661.A
Perfoliata 631.B	Secale 767.A	Tuber terrę 450.C	Artemisia 48.A
Perficaria 631.A	Sedum 31.A	Tusilago 139.B	Arthanita 450.C
Perfica mālus 602.C	Semen 282.C	Typha 822.C	Arthenica herbæ 845.B
Personaria 711.B	Semen lumbricorū 5.B		Articocalus 791.A
Pes anserinus 652.D	Seminalis 613.B	V	Asa fetida 762.D
Pes cornicis 448.C	Senetio 285.A	Veranū album 271.A	Afarum 9.B
Peucedanus 598.D	Sentes 151.A	Verbasum 845.A	Aspergula 51.C
Phu 855.B	Septifolium 259.B	Verbascula duo 845.B	Asprella 321.B
Pinastellus 598.D	Seriola 676.C	Verbenaca 591.A	Atriplex 120.C
Piperitis 731.A	Seris 676.C	Vernilagium 882.C	Auena 184.C
Pifolochia 89.B	Serpentaria 400.D	Vesicaria 691.A	
Pifum 628.C	Serpentaria maior 234.D	Vetonica 349.A	B
Piruitaria 785.A	Serpyllum 250.C	Vicia 171.A	Balsamita 721.A
Plantago 40.A	Sertula campana 526.C	Victoriola 237.A	Baptiscula 427.A
Polygonatum 584.C	Seseli Creticum 809.B	Viola 456.D	S.Barbaræ herba 745.A
Polypodium 587.A	Seseli Malsiliense 787.A	Viola alba 485.A	Bardana 71.B
Polytrichon 628.D	Sideritis prima 770.C	Viola matronalis 312.D	Basilicon 546.D
Polytrichum 81.A	Siliquastrum 731.A	Viola muraria uel purpurea 310.D	Bedegarim, siue Bedeguar 54.B
Porrum 633.A	Sinapi 537.A	Viscum 328.D	Belzuinum 762.D
Portulaca 111.A	Sion 724.C	Vitis alba 95.A	Benedicta herba 383.A
Potamogeton 652.C	Sifer 750.C	Vitis nigra 96.D	Berberis 542.D
Prænestina nux 397.B	Sifymbrium 721.A	Vitis uinifera 83.B	Betonica 349.A
Proserpinaca 613.B	Sifymbrium cardamine 721.A	Vmbilicus terrę 450.C	Bipennula 607.B
Prunus 402.C	Sitaniū 647.B	Volucrum māius 645.A	Bistorta 259.B
Pseudonardus 889.A	Smilax aspera 717.B	Vceolaris 278.C	
Psfiorum 95.A	Smilax hortensis 707.A	Vrtica 105.A	C
Pulegium 197.A	Smilax lauis 719.A	Vrtica labeo 193.A	Bisfmalu 16.C
Pulicaris herba 887.B	Smyrniū 759.B	Vua crispa 186.C	Bombafum 580.C
Pulmonaria 636.C	Solanum 691.A		Bombax 580.C
Pyrethru sylvestrc 638.C	Solidago 694.C	X	Bonifacia 237.A
	Solis oculus 582.C	Xanthium 578.D	Bonus Henrichus 465.A
Q	Sonchus 673.A	Xylon 580.C	Borrage 141.B
QVercus 228.C	Sorbus 755.A	Z	Branca urfina 51.D
Quinquifolium 622.D	Spartum 759.A	Zea 282.C	Bruscandula 165.A
	Spina alba 54.B		Bryonia 95.A
R	Spinacia, uel spinaceum olus 668.C	INDEX NO	Bucheiden 711.B
Radix 658.D	Spina mollis 341.A	MENCLATION VM	Buglossa 341.A
Ranunculus 155.A	Stachys 765.B	quibus officinæ se-	Buglossū sylvestrc 268.C
Raphanus 658.D	Sternutamentaria 638.C	plasiariorū, & her-	Burfia pastoris 305.A
Raphan ⁹ sylvestris 132.C	Stichas 777.B (762.C)	barij nostri tempo-	
Rapum 211.A, &	Stratiotes millefolia 791.A	ris utuntur.	
450.C	Strobilus 714.C		
Rhodia radix 664.C	Succisa 714.C	A	
Rhododendron 542.C	Superciliū terrę 81.A	Brotonū 8.C	
Ricinus 339.A	Sylux mater 645.A	Abfinthiū 9.C	
Rosa 656.C	Symphytum 694.C	Acorū 13.A	
Rosinarius 477.A		Acus pasto-	
Rubia 279.A	T	ris 210.C	
Rubus 151.A	Tamarix 512.C	Acerofa 465.A	
Rumex 460.D	Telephium 799.B	Acutella 60.C	
Ruta hortensis 615.B	Terminalis 392.C	Affodillus 114.D	
	Terræ capillus 811.A	Agrimonia 243.A	
S	Terræ corona 877.A	& 620.C	
SABina, siue Sauina 149.A	Terrestris mālus 529.A	Alchimilla 613.A	
Sagminalis herba 591.A	Tecticus ferapias, siue orchis 561.A	Alliaria & alliaria 103.A	
Saluaris 640.C	Teucrium 828.C	Alleluya 665.A	
Salix 333.A	Teucrion Plinij 295.A	Allium 735.A	
Salix equinalis 321.B	Thlaspi 305.A	Alkakengi 691.A	

OFFICINIS SEPLASIARIORVM CONSVETAS NOMENCLATVRÆ.

Cataputia maior 339.A	Flos amoris 98.C	Malua 510.C	Plasfoli 707.B
Cataputia minor 454.D	Flos february 485.A	Maluaufcum 16.C	Pilosella 604.D
Cauda equina 321.B	Flos omniū mensiū 381.B	Mandragora 529.A	Pin-pinella 607.B
Caulis 412.D	Feniculum 500.C	Marrubiū nigrum 153.B	Piper Hispanum, seu Indicum 731.A
Caura 582.C	Feniculus porcini 598.D	Marrubiastrum 153.B	Pipcritis 483.A
Cepa 429.A	Fenumgracum 797.A	Materfylua 645.A	Plantago 40.A
Cepa fyluestris 168.D	Fortis, seu fortis herba 729.A	Matricaria 48.A	Podagra lini 347.A
& 839.B	Fuga damonum 830.C	Melanzana 532.C	Polypodium 587.A
Centauria minor 386.C	Fumus terræ 337.B	Melilotum 526.C	Polyrrichon 795.A
Centum nodia 615.B	Funis arborum 719.A	Melissa 497.A	Porrum 633.A
Centumcapita 297.A	G	Mentha 287.A	Portulaca 111.A
Chamaedrys 868.C	Gallitrichum 81.B	Mentha aquatica 721.A	Potentilla 620.C
Chærefolium 217.A	& 567.A	Mentha Romana 287.A	Praefum 559.A
Cheiri 456.D	Genesta, siue Genestra 219.B	Mœtha Saracenica 287.A	Praefum fortidum 153.B
Chelidonia 864.C	Gentiana 199.A	Mercurialis 474.C	Primula ueris 145.B
Cheruilla 750.C	Glaftum 330.C	Milium 410.D	Prunella 622.D
Cicer 266.C	Gratia Dei 210.C	Milium folis 488.C	Pruneola, siue Prunula 402.C
Cichorea 676.C	Guadum 330.C	Millefolium 726.C	Prunus 402.C
Cicuta 405.A	H	Millemorbia 193.A	Pseudomelanthion 1123.C
Cicutaria 524.D	Hederatefreftris 877.A	Mora uaticana 151.A	Pyllium 887.B
Citonia 375.A	Hepatica 472.C	Morella 691.A	Pulegium 197.A
Citruli uel citreoli 702.D	Herba diui Ioan. 830.C	Morfus diaboli 714.C	Pulegiū fylueftre 433.A
Coloquintida 373.A	Herba fortis 729.A	Morfus gallinae 20.C	Pyrethrum 640.C
Colubrina 772.D	Herba fullonum 779.A	Morus celfi 521.B	Pyrethru fylueftre 638.C
Condifi 779.A	Herbæ paralyfis 845.B	Muralia 278.C	Pyrocia 466.D
Consolida maior 694.C	Herba Roberti 210.C	N	
Coriandrum 344.C	Herba stellæ 448.C	Nafturtium 361.B	
Corni ceruinū 448.C	Hermodactylus 358.C	Nafturtium aquaticum 721.A	
Corrigiola 613.B	Hirundinaria 130.C	Nafturtium tectorum 305.A	
Cotula fortida 582.C	Hispanaci 668.C	Nenuphar 534.C	
Cotula nō fortida 143.A	Hispanicum olus 668.C	Nigella 502.D	
Cotum 580.C	Hordeum 437.B	Nil 330.C	
Crassula maior 799.B	Humulus 165.A	Nilech 330.C	
Crefcio hortenfis 361.B	Hypericum 830.C	O	
Crocus 442.C	Hysfopus 840.C	Ocularia 245.A	
Crocus hortenfis 410.C	I	Oculus bouis aut uaccæ 143.A	
Cuculus 691.A	S. Iacobiſſos 741.B	Oleander 542.C	
Cucumer, seu Cucumis 702.C	Iarum 68.D	Ophthalmica 245.A	
Cucumer afininus 704.D	Indicum 330.C	Orobis 570.C	
Cucurbita 367.A	Iringus 297.A	Origanum 551.A	
Cufcuta 347.A	Iris 316.C	Os mundi 109.B	
Cyclamen 450.C	Iua muſchata 884.C	Ofatis 330.C	
Cynogloſſum 407.A	Iuniperus 77.A	Oſteritium 762.C	
Cypirus 452.D	Iuſquiamus 832.C	P	
Cypreſſus 873.B	K	Paeonia 201.A	
D	Keirim 456.D	Pagana lingua 237.A	
Dens leonis 676.D	Kerua 339.A	Palma Chriſti 339.A	
Diapenſia 672.C	L	& 711.B	
Digitalis 892.C	Lactuca 298.C	Pampinula 607.B	
Digitii citrini 711.B	Lactucella 673.A	Panis cuculi 565.A	
E	Lapatium acutū 460.D	Panis porcini 450.C	
Elleborus albus 271.A	Lanaria 845.A	& 132.D	
Endiua uera 676.C	Lappa maior 71.B	Panis terræ 450.C	
Enula 241.A	Lappa inuerſa 578.D	Papauer 517.B	
Enula campana 241.A	Lappa minor 573.D	Papauer cornutū 521.A	
Equina mentha 287.A	Larga 495.A	Papauer rubeum 514.D	
Eruca 261.A	Laureola 226.D	Parietaria 278.C	
Eſula 810.C	Lens 858.D	Pafinaca 750.C	
Eſularotunda 604.C	Lemſticum 759.B	Pafioria burſa 610.C	
Euiſcum 16.C	Lilium album 363.B	Penradactylon 339.A	
Eupatorium adulterinū 264.C	Lilium conualſū 239.A	Pera paſtoris 610.C	
Euphraſia 245.A	Lilii inter ſpinas 645.A	Perforata 830.C	
F	Linaria 544.D	Perſica 602.C	
Faba 388.C	Lingua bouis 341.A	Peruinca 359.A	
Faba craſſa 799.B	Lingua ceruina 295.A	Pes anferinus 652.D	
Fafeoli 707.B	Lium 470.C	Pes afininus 103.A	
Ficaria 193.A	Liquiritia 291.A	Pes columbinus 210.C	
Ficus fatiua 754.C	Luparia 86.C	Pes corui 155.A	
Filago 729.A	Lupinus 308.C	Pes leonis 613.A	
Filipendula 563.A	Lupulus 165.A	Pes uituli 68.D	
Filix 594.D	M	Petroſelinum 573.A	
Flammula 155.A	Maiorana 666.C		

Scrophularia maior 193.A	alba 468.D	Braun betonick. 349.B	Efels cucumer 704. D
Semperuivum 31.A	Vua lupina 691.A	Braun doften 551. A	f
Semperuivum marinum 137.A	Vua uerfa seu uulpina 86.C	Braun melangä. 532. D	Äfigbon 308. C
Sena 445.A	Vua uulpis 691.A	Braunellen 622. C	Äfeigebaum 754. C
Serpentaria minor 68.D	Vuularia 237.A	Braun weiderich. 490. C	Äfeigwarzefraut 866. C
Serpentaria officinarum 772.D	Z Ingiber caninum 731.A	Braunwurcz 193. A	Äfelber 333. A
Serpyllum 250.C		Brauner fingerhüt 892. C	Äfeldnegele 351. B
Serpyllū romanū 826.C		Brennfraut 845. A	Äfenich 252. C
Seruilla 750.C		Bryglanch 633. A	Äferblümen 809. A
Serullum 750.C		Buchwurcz 243. A.	Äieberfraut 386. C
Sigillū Salomonis. 584. C		631. B	Äilzfraut 347. A
Siler montanum 787. A		Bunnen leberfraut 472. C	Äingerhüt 892. C
Simeonis herba 79.B		Bübenleuß 578. D	Äifchmüng 721. A
Sinapi 537.A		Büchampffer 565. A	Äorgzwang/oder forz wein 799. B
Sinapi rusticum 305.A		Büchbiot 565. A	Äflachß 470. C
Sinapi syluestre 256.C		Büchflee 565. A	Äflachsfraut 544. D
Sitanium 647.B		Büchßbaum 643. A	Äflachsfeiden 347. A
Solatrum 691.A			Äflachfraut 631. A
Solidago Sarracenia 729.A		Äftani 376. D	Äfrauenveiel 312. D
Sorba 575.A		Äcalecutischer/oder Indianischer pfeffer 731. A	Äfreyßhamfraut. 802. D
Sorgi 772.C		Ähußwurcz 276. C	Äfrenbder Peterfilien 654. C
Sparagus 59.C		Äitirullen 702. D	Äfüñß blatt 622. D
Spelta 282.C		Äcypref 873. B	Äfüñßingerfraut 622. D
Sphatula foetida 793.B		Äcoloquint 373. A	
Squilla 781.A		Äcoriander 344. C	ÄAmenderle 868. D
Staphisagria 785.A		Äcreuzbaum 339. A	ÄGarben 726. C
Stellæ herba 448.C		Äcreuzfalbey 247. A	ÄGarten oder heimifch Benedictenwurcz. 383. B
Stichas arabica 777.B		Äcreuzwurcz 285. A	ÄGartenfreß 361. B
Stichas citrina 98.C		Ä419. A	ÄGarten hysop 303. A
Stramonia 691.B		Äcucumern 702. C	ÄGartenfenß 537. A
Succus cyrenaic. 762.D			ÄGauchblüm 324. D
T			ÄGauchbiot 820. D
Tamariscus 512.C		ÄAnbetrupff. 337. B	ÄGauchflee 565. A
Tanacetū 48. B. & 49. C		Ädemet/oder fruch deymet 287. A	ÄGeißblatt 645. A
Tanacetū syluestre. 620.C		Ädenngraß 613. B	ÄGeeler fingerhüt. 892. C
Tapfus barbatus 845.A		Ädennenmarc 855. B	ÄGeeler/oder guldener flee 748. D
Taraxacon 676.D		Ädenschelfraut 610. C	ÄGeelmüng 433. A
Tecticulus canis 558.C		Ädinfelforn 282. C	ÄGeel melanzan. 532. D
Tecticulus uulpis, aut fa- cerdonis 709. B		Ädondernegele 351. B	ÄGeel ölmagen 521. A
Tilia 863.A		Ädoften 551. A	ÄGeel rüben 685. A
Tinctorius flos 809.A		Ädrachblüm 878. C	ÄGeel fchließelblümen. 845. B
Tormentilla 259. B		Ädreifeltige blümen 802. D	ÄGeel feebümen. 534. C
Trifoliū 816. C. & 820. C		Ädropßwurcz 587. A	ÄGeel weiderich. 490. C
Trifoliū acetosum. 565.A		Ädurchwaß 631. B	ÄGenßfüß 652. D
Trifolium humile. 493.A			ÄGenßpappel 510. C
Trinitas 493.A		ÄBerwurcz 880. C	ÄGensfich 620. C
Trinitatis herba 802.D		ÄEdelfalbey 247. A	ÄGerlin/oder Weirlin 750. C
Triticum 647.B		ÄEinkorn 282. C	ÄGerßen 437. B
Tunica 351.B		ÄEifenfraut 591. A	ÄGerwel 726. C
Turcicū frumentū. 824.C		ÄEifenhart 591. A	ÄGildblümen 809. A
V		ÄEngelfuß 587. A	ÄGilgen 363. B
Valeriana 855.B		ÄEgelkraut 400. D	ÄGlatte winden. 719. A
Vernix 77.A		ÄEphew 421. A	ÄGlaßfraut 278. C
Verberna 591.A		Äepfidh/oder Eppich 271. A. 743. A	ÄGldfraut 770. C
Veronica 168.C		Äerbß 628. C	ÄGltfchen 514. D
Veronica 168.C		Äerbßell 542. D	ÄGoldblüm 878. C
Vincaperuina 359.A		Äerdapffel 450. C	ÄGotheyl 622. C
Vincetoxicum 130.C		Äerdbeer 854. C	ÄGotts vergeß 589. A
Viola 310.D		Äerdtrappew 421. A.	ÄGräßblümen 351. B
Virga pastoris 223.A		ÄErdbgall 386. C	ÄGrindfraut 285. A
Vifcum 328.D		ÄErnroß 510. C	ÄGrindwurcz 460. D
Vitalis 259.A		ÄErucen 570. C	ÄGroß bathengel. 828. C
Vitia syluestris 109.B			ÄGroße beemwell. 694. C
Viricella 95.A			ÄGroß epffich 326. D
Vngula caballina 139.B			ÄGroß feigwarzen
Volubilis maior 719.A			Fraut
Volubilis media 259.A			
Vrinalis herba 544.D			
Vrtica 105.A			
Vrtica iners, mortua uel			

GERMANICARVM APPELLATIONVM INDEX. -

<p>Fraut 193. A Groß schwalbenfraut 864. C Groß sam morzen. 750. C Groß stehend windt 717. B Groß Teuffelsmilch 810. D Guckguchflee 565. A Gulde gunzel 350. D Guldener widerthron 678. D Gundelrebe 877. A Gurchen 702. D Güter Heinrich. 465. A</p> <p>B Abichfraut 318. D Halskraut 431. B Hanff 392. C harnfraut 544. D harstrang 598. D haselnuß 397. B hasenflee 565. A hasensfuß 493. A hasenpappel 510. C hasenpfärlin 604. D hauchblatt 237. A bederich 256. C herbstroß 750. C bergrosbärtlin 790. C bergspan 394. C bergkraut 287. A beyd 254. D heydrofen 656. D heydelpfenuch 252. C heydnisch wundkraut 729. A himelbzant 845. A himelschlüssel 845. B birß 410. D birrenseckel 610. C birßzung 295. A birgenflee 264. C hohen steinbrech 748. C holzmannholt 466. D hänerfil 303. A hänerföhl 250. C hundsbblüm 582. C hundsföhl 443. A hundßzung 407. A</p> <p>S Jacobs blüm 741. B S. Johanskraut. 830. C S. Johans trenblin/ oder beerlin 662. D Joseplen 303. A Jipen 840. C Jsp. 840. C Jwenbürlin / Juden= docken/oder Juden= hirsen 691. A</p> <p>K Kantenköbel. 337. B Kägle 493. A Kantenkraut 321. B Kappißkraut 412. D Katzenflee 493. A Katzenkraut 855. B Katzenmünz 433. A Katzenwedel 321. B Katzenkraut 845. A Beßen 376. D</p>	<p>K Kirschenbaum 426. C Klapperofen 514. D Klein bathengel. 868. C Klein ephew 421. A Klein monkraut 481. A Klein sam morz. 750. C Klein naterzüg. 400. D Klein salbey 247. A Klein schelwurz. 866. C Klein Taufentgalden= kraut 386. C Knabenkraut 799. B 558. C Knobloch 735. A Knospen 822. C Köhl 412. D Köhleskraut 790. C Köhlkraut 676. C Korn 767. A Kornrosen 514. D Kornmünz 433. A Kränfuß 448. C Krauß balsam 287. A Aren 661. A Breß 305. A Kreuzblümen 711. B Bronäglin 810. C Krottendüll 582. C Krottenflachß 544. D Bühorn 797. A Kürbß 367. A Kürwurz 474. C Kunel 303. A Kunigundkraut. 264. C Küttenbaum 375. A</p> <p>L Lattich / oder Lac= tuck 298. A Lauch 633. A Latendel 889. B Lein 470. C Liebßdöckel 759. B Ließen 822. C Linden 865. A Linsen 858. D Lynkraut 544. D Lödichbaum 495. A Löwenfuß 613. A Löwentapen 613. A Lungenkraut 636. C</p> <p>M Abelgeer. 419. A Män 517. B Magsomen 517. B Maorian / oder Mey= ran 666. C Meyenblümen. 239. A Mangolt weiß vnd rot 804. D Manstrew 297. B Marienrosen 845. B Marobel 589. A Matkümbich 357. A Maulberbaum 521. B Maurephew 421. A Maurzauten 729. B Meerhirs 488. C Meerzwibel 781. B Meer cucumber. 702. D Meyenkraut 866. C Meysterwurz 762. C Melan 702. D</p>	<p>M Melissen 497. A Mengelwurz 460. D Mercuriuskraut. 474. C Merzich 661. A Merzenblüm. 485. A Merzich violen 310. D Mettram 48. A Neupörlin 604. D Nistel 328. D Nittelwinden 259. A Nofkolb 822. C Nüch rhabarbarum 460. D Nüß 287. A Nuckenkraut 842. C Nundtholz 479. A</p> <p>N Nabelkraut. 544. D Nachschatt. 691. A Nagelkraut 604. D Narrenkolt 822. C Naterwurz 772. D Naterzünglin 578. C Negelblümen 351. B</p> <p>O Obßzung. 341. A Oernemig 243. A Olander 542. C</p> <p>P Pisselbeer. 542. D Pappel 510. C Pastiney/ oder pastina= chen 685. A Petalim 573. A S. Peters Korn 282. C S. Pet. schlüssel 845. B S. Peterskraut 278. C Peterfilien 573. A Peterfilien der frembd 654. C Pestilenzwurz 643. B Pfaffenhödlin 866. C Pfaffenörlin/ oder pfaf= fenblatt 676. D Pfeben 702. D Pfefferkraut 483. A Pfeischbaum 602. C Pflaumen 402. C Pfennigkraut 400. D Pferdßchwanz 321. B Psirimen 759. A Pieffen 804. D Porst 512. C Prumen 402. C Psilentkraut 887. B</p> <p>O Wendel 250. C</p> <p>R Raddistel 297. A Ragwurz 561. A Rappensfuß 448. C Ruch döpfelkraut. 631. B Rauten 615. B Reinweiden 479. A Rentic 659. A Riechd andom. 765. B Ringelblüm 381. A Roeken 767. A Römisch pappel 510. C Römischer queckel 826. C Röde 279. A Rosen 656. C Rosenwurz 664. C</p>	<p>R Rosmarin 477. A Rosmünz 287. A Rosspappel 510. C Rosßchwanz 321. B Rot heilwurz 259. B Rot nachschatt. 691. A Rot rüben 685. A Rot steinbrech 563. A Rot wasserpfeffer 842. D</p> <p>S Saffran 442. C Salbey 247. A Samfraut 652. C Sanickel 672. C Saturn 303. A Saurampffer 465. A Saurer fleck 565. A Saurich 542. D Sawwurz 193. A Scabiosen 717. A Scariol 676. C Schaffripp 726. C Schaffgarben 726. C Schaffthew 321. B Scharlach 567. A Scharpff wind 717. B Schnittlauch 633. A Schellkraut 864. C Schirling 405. A Schlehen 402. C Schlüsselblüm. 845. B Schluten 691. A Schmalzblüm 878. C Schültriden 479. A Schmerwurz 694. C Schwalbenwurz. 866. C Schwarz Coriander 502. D Schwarz gartendistel 882. C schwarz kömich 502. D Schwarzwurz. 694. C Schwarz ephew. 421. A Schwefelwurz. 598. D Schweinßrod 652. D Schweinßrot 450. C Seebilim 534. C Seyßtenkraut 779. A Senet 445. A Sergenkraut 303. A Sefel 787. A Serbon 832. C Serbrot 450. C Sewfenchel 598. D Sewrodt 652. D Sibengzeit 816. C Synnaw 13. A Syngren 359. A Sorgfomen 772. C Spectgilgen 645. A Speierling 575. A Spelz 282. C Sperensich 419. A Spicanardi 889. B Spitzmünz 287. A Spinnet/ oder spinnet 668. C Springkraut 454. D Sprungföner 454. D Spozdöpfel 575. A Stedende döpfelkraut 691. B</p>
--	---	---	--

Steinklee 748. S	526. S	Weisser ephew 421. A	Wilden poley 433. A
Steinleberkraut 472. C	Vogelneft 685. A	Weydt 330. C	Wild rofen 656. S
Steinmünz 433. A	W Andlößkrut 793. B	Weyßen 647. B	Wilde fälbey 567. A
Steinrauten 729. B	Waldfar 594. S	Weyßenfolb 647. B	Wild fcharlach 567. A
Steinsomen 488. C	Waldfilgen 645. A	Welfch viel 312. S	Wilden fenff 256. C
Stendelwurz 709. B	Waldföl 466. S	Welfch linsen 445. A	Wild fchwarzer corian
Stichaskraut 777. B	Waldrägolt 466. S	Welfch nuß 378. S	der 502. S
Streyffwurz 460. S	Walwurz 694. C	Welfcher birß 772. C	Wild wullkraut 845. B
Streichblumen 809. A	Wasserbatenig 775. B	Welfcher steinklee 526. S	Windentraut 719. A
T	Wasserdost 264. C	Welfcher weyßen 647. B	Wintergrün 466. S
Ag vñ nacht. 278. C	Wasserepff oder eppich 271. A	Widertode 795. A	Wyfenflee 820. C
Tamarifck 512. C	Wassermähnen 534. C	Widampffer 460. S	Wyfenfimmel 397. A
Taubnessel 468. S	Wassermünz 721. A	Wilder balsam 287. A	Wolffsmilch mancher
Tausenblatt 726. C	Wasserpfeffer 842. C	Wild Basilg 895. A	ley 810. C
Taußels abbß 714. C	Wegdutt 613. B	Wild Benedictē wurz 383. B	Wolgemüt 551. A
Taußelmilch 604. C	Weggras 613. B	Wilder bertram 638. C	Wolricheder klee 816. C
Thym 826. C	Wegwarten / oder weg weiß 676. C	Wild bingelkraut das mennle 443. A	Wüterich 405. A
Todtern 347. A	Weiden 333. A	Wild chamullen 582. C	Wullkraut 845. A
Todtnessel 468. S	Weiderich 490. C	Wild cucumer 704. S	Wunderbaum 339. A
Tornentill 259. B	Weingartenwinden 259. A	Wild flafchs 544. S	Mundkraut 799. B
Treibförner 454. S	Weinrauten 615. B	Wilder galgan 452. S	Wurmkraut 48. A
Triacks 855. B	Weiß Andorn 589. A	Wilder gartensaffran 410. C	Wundfcherling 405. A
Türkisch Cucumern 702. S	Weiß Glocken 719. A	Wild himelschlüssel 845. B	Wuzerling 405. A
Türkisch korn 824. C	Weiß himelschlüssel 845. B	Wilden klee 526. S	Y Elenger ye lieber
V	Weiß Hornungß blüß men 485. A	Wilder kofzell 524. S	Yngrün. 359. A (884. C
Veielwurz 316. C	Weiß lügen 363. B	Wilder freß 324. S	Z
Vergiß mein nit. 868. S	Weiß mözelen 750. C	Wilder fürß 373. A	Äpfelkraut. 237. A
Verlich 542. S	Weiß muezwurz. 271. A	Wild maen 514. S	Äsam Pastiney 685. A
Vnholden fertz 845. A	Weiß seeblumen 534. C	Wild mören 750. C	Äsam / oder gartensenf
Vnser frawen flachß 544. S	Weiß fenff 261. A	Wild münz 287. A	Ä 537. A
Vnser frawen mantell 613. A	Weißwurz 584. C	Wild negeblüm 351. B	Ämer saffran 442. C
Vnser frawen münz 287. A	Weißsteinech. 748. C	Wild ochsenzungen 269. C	Äitlofen 358. C
Vnser frawen schüchlin 526. S		Wild pastiney 685. A	Äunling 645. A
			Äsfern 266. C
			Äterwurz 460. S
			Äweyblatt 565. B
			Äwibel 303. A. 429. A

Sequentes duæ appendices suis capitibus adiſciantur.

Appendix in caput de Colutea.

Pag. 445.

Dum hosce cōmentarios conscriberemus non erat ad manū græcus Theophrastus: quare cum latino tantū utendum esset exemplari Theophrasti, nō satis cōſicere potuimus an per y aut per u uox ipsa scriberetur, cum nō raro Latini eas uoces in quibus græcē u est, per u efferant. Quare latine dici hanc herbam Coluteam & Colyteam purauimus. Sed nacti tandem græco Theophrasti codice, statim deprehendimus *κολυτῖα* à *κολυτῖα* diuersam esse: idipsum enim Theophrastus manifestē innuit. In latina uerō Theodori uersione perperam pro Colytea scribitur Colycea: id quod nobis etiam tenebras offudit. Legendum itaq; initio capitis de Colutea in eum modum erit: *κολυτῖα* Græcis, Colutea Latinis dicitur &c. Expungenda itaq; dictio Colytea, & passim in hoc capite pro Colytea legendum Colutea.

Colutea
differt à
Colytea

Appendix in caput de Trifolio odorato.

Pag. 816.

Non late hanc herbam propè accedere ad descriptionē Loti syluestris. Caulem namq; fert bicubitalem, & aliquando maiore, numerosis alarum cauis. Folia Trifolio quod in pratis nascitur similia: semen Foenogracæ ita respondens, ut nisi minus esset, nix ab inuicem discerneres: sapore item medicato. Tamen non minus accedit etiam ad Trifolij acutripicturam. Frutex enim uerius esse quàm herba uidetur, cubito maior, uirgas habens tenues, nigras, iuncosa adnata obrinentes, in quibus sunt folia Loti, in singulis pediculis tria, in ambitu cuspidibus serrata, ut hinc cōmodissimè dici mereatur *τρίφυλλον*. Hæc etiam odorata sunt uchementer, ut nonnullis caput offendant: & ad bituminis certè odorem proximè accedunt, sed non parum tamen suauior & iucundior est. Florem præterea ex se mittit purpureum, hoc est, ad purpuræ colorem non nihil accedentem: ex albo enim purpureus, aut subcæruleus est. Semen etiam modicè latum, & subhirsutum, ex altero fine ueluti cornu obtinens. Quod ego non de ipso quidem nudo semine, sed de eius potius folliculo, quod in cacumine planè aculeatum ac ueluti cornurum existit, intelligendum puto. Radix deniq; illi longa, gracilis, & tenax existit, nihilq; est in tota descriptione quod ei apertissime nō quadrat. Accedit præterea amaritudo quæ in semine non est obscura, pulchrè sibi etiam Trifolij odorati facultates uendicans: mouent enim quæ amara sunt uri nam, menses ducit, comitialibus profunt, aliæq; quæ Dioscorides Trifolio huic adscribit efficere possunt. Quare ijs rationibus motus, à concepta sententia discedere nondū queo, nisi contingat nobis aliam intueri stirpem, cuius semina, atque adeo grana ipsa hirsuta, & cornuta existant. Quanquā non lateat parum admodum referre utram sententiā, nostram aut aliorum amplectaris, cum Lotus & Trifolium facultatibus non multum aut ferè nihil distent. In hoc tamen semine, quod nos Trifolij odorati esse contendimus, nulla inesse apparet additctio, quam tamen in Loti semine Dioscorides requirit. Quod pro confirmanda nostra sententia adſicere uoluimus.

Errata quædam momentanea ad finem operis quære.



ABSINTHIVM
VVLGARE.

Wermut.


A



SERIPHIVM
ablinthium,

Welsomen.

NOMINA.



VINOION græcè, Absinthium latinè appellatur. In officinis suam appellationem retinuit. Germanicè wermüt / quasi prohibens hilaritatem & alacritatem, ob immensam suam amaritudinem, nominatur. Nomen hoc Græci ab ἀψίνθη, id est, contrectando, per ἀντίφρασις deflexerunt, quod nulum animal, ob eximiam amaritudinem, hanc herbam attingat. Veteres Græci Comici ἀπίνθηον quoque conformi etymo, quasi impotabilem dixerunt, quod hanc nemo, propter insignem amarorem, bibere possit.

Absinthium una de dictum.

GENERA.

Absinthij genera sunt tria, Galeno & Dioscoride testibus. Vnum quod Romanum, vulgare seu cōmune uocant, & est id quod passim in Germania nostra nascitur, & cuius picturam hic damus. Huius generis est quod à Ponto regione, in qua nascitur, Ponticum cognominatur, estq; ceteris multo præstantius. Alterum genus est marinū, quod Seriphium nominant. Germani welsomen. Tertium Santonicū, à Santonibus Galliæ populis, apud quos plurimum gignitur, dictum est. Hinc nonnulli eius semen corrupta uoce Sanctum, quoniam Sanctonicum dicendum esset, appellant. Nisi id nominis ob insignē eius efficaciam, quam in necandis lumbricis obtinet, illi imposuerint. Hodie semen lumbricorū nuncupāt, germanicè wurmsomen.

Vulgare Absinthium.

Ponticum.

Seriphium.

Santonicum.

FORMA.

Absinthiū vulgare, herba est caule ramoso, folijs incanis, multipliciter sectis, aureo flore, semine rotundo, racematim coherente. Seriphium uerò herba est præternues ramos cirrósue habens, minori similis Abrotono, exiguis referta seminibus, subamara, & graui odore. Ex qua deliniatione omnibus perspicuum fit, herbam cuius effigiem damus esse Seriphium. Siquidem herba est tenuibus cirris, Abrotono fœminæ similis, semine in siliquis paruo, grauiter odorata, & subamara. Santonicū simile est Absinthio, sed non adeo copioso semine scatens, & subamarum.

Vulgare. Seriphium.

Santonicum.

LOCVS.

Nascitur, Oribasio & Apuleio autoribus, locis cultis, montosis & saxosis: plurimum autem præstantissimumq; in Ponto, Cappadocia, & Tauro monte. Seriphium passim circa itinera, macerias uinearum, & sæpes provenit: ut uerum sit quod à Plinio dictum est, pleraq; herbas pedibus cōculcamus, quarum si nobis uirtus perspecta esset, eas in cœlum laudibus ferremus. Santonicum in Gallia, ut diximus, copiose gignitur.

TEMPVS.

Colligendum in fine Iulij mensis, ac in umbra exiccandum, quo etiam tempore floribus & semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Ponticum minus calefacit, quod adstrictionis multæ sit particeps. Minus etiam cæteris generibus extenuat, nō minus tamen resiccat. Galeno itaq; autore calidum in primo gradu, & siccum in tertio statuitur. Succus autem eius longè quàm herba ipsa calidior est. Vulgare quidem adstrictoriam, amaram & acrem qualitatem obtinet, haud secus atq; Ponticum. In hoc tamen ab eo differre uidetur, quod in illo maior sit amaritudo quàm adstrictio. Quamuis neque Ponticum modicè amarum sit, quod Ouidius satis ijs innuit uersibus:

Turpia deformes gignunt Absinthia campi,

Terraq; de fructu, quàm sit amara docet.

Loquitur autē de Ponto. Seriphium ipsum Abrotono minus est calidum, uerum Absinthio calidius. Santonicum in extenuando & calefaciendo desiccandoue, Seripho paulò imbecillius,

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

- c Absinthium calfacit, adstringit, bilemque stomacho & uentri inhaerentem expurgat. Vrinās cit. Crapulam praesumptum arcet. Inflationibus, uentrisque & stomachi doloribus, cum Sefeli & Nardo Gallico potum prodest. Fastidia discutit. Morbo regio correptos, dilutum aut decoctum eius per singulos dies cyathis tribus haustum sanat. Menfes cum melle sumptum aut appositum euocat. Strangulationibus fungorum ex aceto potum subuenit. Ixiæ, cicutæ, muris aranei morfibz, & draconi marino cum uino aduersatur. Anginis cum melle & nitro inungitur. Contra epinyctidas ex aqua, sugillata uero & oculorum caligines cum melle, similiter auribus ex quibus manat sanies, illinitur. Decocti eius uapor suffitusue, dentium auriumque dolores lenit. Decoctum cum passo dolentibus oculis oblinitur. Præcordijs, iecinori, & stomacho dolenti, ac longo tempore affecto, cum cerato Cyprino tritum illinitur. Stomacho autem cum rosaceo subactum. Cum ficis, nitro, & farina loliacea, aquæ inter cutem, lienosisque subuenit. Præterea uestiarijs arcisque inditum Absinthium, uestes ab erodentium iniurijs seruat. Culices cum oleo perunctum à corporibus abigit & arcet. Atramentum librarium ex diluto eius temperatum, literas à murium erosione tuctur. Par est etiam succum hæc omnia facere, attamen in potionibus improbat, stomacho enim obest, & capitis dolores adfert. Seriphium uero per se, uel cum oryza decoctum, & cum melle sumptum, ascaridas & rotundos lumbricos necat, aluum simul leuiter subducens. Eadem potest præstare cum edulio aut lenticula decoctum. Santonicum eadem quæ Seriphium potest.

EX GALENO.

- Ab-sinthium adstrictoriam, amaram, & acrem simul qualitatem possidet, ex calfaciens pariter & extergens, roborans & desiccans. Proinde biliosos uentris humores per egestionem infernam propellit, ac per urinam euacuat. Magis uero quod in uenis est biliosum per urinas expurgat. Ideo contentam in uentre pituitam, sumptum nihil iuuat. Sic neque si in thorace aut pulmone contineatur; nam adstringens in eo facta, cultas, quam amara ualentior est.

EX PLINIO.

Stomachum corroborat, & ob hoc sapor eius in uina transfertur. Bibitur decoctum in aqua, & postea nocte & die refrigeratum sub dio; decoctis sex drachmis foliorum cum ramis suis in ecclesiis aquæ sextarijs tribus. Oporteret & sale addi. Tritum, ut aiunt, raro in usu est, sicut & succus expressus. Bibitur & madefacti dilutum. Exprimitur autem cum primum semen turgescit, madefactum aqua triduo recens, aut siccum septem diebus, deinde coctum in æreo uase ad tertias, decem heminis, in aquæ sextarijs quadragintaquinque, iterumque percolatum, herba eiecta, lente coquitur ad crassitudinem mellis, qualiter ex minore Centaurio quaeritur succus. Sed hic Absinthij succus inutilis stomacho capitique est, cum (ut tradunt) sit illud decoctum saluberrimum; nam stomachum adstringit, bilemque detrahit, urinam cit, aluum emollit, & in dolore sanat, uentris animalia pellit. Malaciam stomachi & inflationes cum exiguo Sili & Nardo Gallico, addito aceto, discutit. Fastidia abstergit, concoctiones adiuuat. Cruditates detrahit cum ruta, & pipere, & sale. Antiqui purgationis gratia dabant cum marinæ aquæ ueteris sextario, feminis sex drachmis, cum tribus salis, & mellis cyatho. Efficacius purgat duplicato sale. Quidam in polenta dedere supradictum pondus addito Pulegio. Alij contra paralytin. Alij pueris folia in fico, sic ut amaritudinem fallerent. Facile thoracem purgat cum Iride sumptum. In regio morbo crudum bibitur cum Apio, aut Adianto. Aduersus inflationes calidum paulatim sorbetur ex aqua. Iecinoris causa cum Gallico Nardo, lienis cum aceto, aut pulte, aut fico sumitur. Aduersatur fungis ex aceto. Item uisco, cicutæ ex uino, & muris aranei morfibz, draconi marino, scorpionibus. Oculorum claritati multum confert. Epiphoris cum passo imponitur, sugillatis cum melle. Aures eius decoctum

A decoctum uaporis suffitu sanat: aut si manat sanies, cum melle tritum. Vrinam ac menses ciunt tres quatuorue ramuli, cum Gallici nardi radice una, cyathis aquae vi. menses priuatim cum melle sumptum, & in uellere appositum. Anginis subuenit cum melle & nitro. Epinyctidas ex aqua sanat: uulnera recentia, priusquam aqua tangantur impositum: pretereaque capitis ulcera. Peculiariter ilibus imponitur, cum cypria cera, aut cum fico. Sanat & pruritus. Non est dandum in febris. Nauseas maris arcet in nauigationibus potum: inguinum tumorem in uentrali habitum. Somnos allicit olfactum, aut inscio sub capite positum. Vestibus insertum tineas arcet. Culices ex oleo perunctis abigit, & fumo si uratur. Atramentum librarium ex diluto eius temperatū, literas à musculis tuetur. Capillum denigrat absinthij cinis, unguento rosaceoq; permixtus. Marinum, quod quidam seriphium uocāt, stomacho inimicum. Aluum mollit, pellitq; animalia interaneorum. Bibitur cum oleo & sale, aut in farinae trimestris forbitione dilutum. Coquitur quantum manus capiat, in aquae sextario ad dimidias.

VINI ABSINTHITIS VIREs.

EX DIOSCORIDE.


Absinthites uinum stomacho accommodatum est, urinam cit. Tarde cōcoquentibus utile: iecinorosis itidem, nephriticis, & regio correptis morbo. Cibus nō appetentibus, & stomacho male affectis, & longis prae cordiorum distensionibus ac inflammationibus, rotundis lumbricis, & suppressis mensibus auxiliatur. Contra ixiæ uena hausta, copiosius potum, & uomitionibus redditum prodest.

CONFECTIO.

Variae uini absinthitis sunt confectiones, ut ex Dioscoride constare potest. Optimum tamē fit, si tusae Pontici absinthij drachmae octo, linteo raro ligatae, in amphoram uini cōijciuntur. Mustum deinde mittitur, relicto uno uasis spiraculo ne effervesces foras exiliat.


APPENDIX.

Santonici, quod ut cōmemoratum est, hodie semen lumbricorū uocant, praeci- *Semen lum-*
puus hoc tempore ad lumbricos ex corpore pellendos & enecandos usus est. Et si *bricorum.*
genuinum est, magna efficacia cum melle assumitur tam à pueris, quàm adultis. Seriphium quoq; aduersus lumbricos à multis cōmendatur, eoq; nomine mors uermium appellatur. Sunt *Mors uermiū.*
etiam qui lumbricorū semen nominent.



ABROTONVM
MAS.

Stabwurtzmennle.



ABROTONVM
FOEMINA.

Stabwurtz weible.

C

NOMINA.

Abrotonum una
de dictum.

BPÓTONON Græcis, Abrotonum Latinis nominatur. Officinæ anti-
quū nomen retinuerunt. Germanis Garthagen/ Stabwurz/ Schoß-
wurz/ Gertwurz/ Rutelkraut/ Aßtrisch/ appellatur. Hoc autem no-
men sibi usurpauit, ut Nicandri testatur interpres, ὅτι τὸ πῶς ὅτι μὲν ἀβρότον, καὶ
ἀπαλὸν φαίνεται, ἀλλ' ὡς καὶ ὅτι τὸ δύσπικτον εἶναι. hoc est, quod conspectu tenerum, molle &
delicatum appareat, aut quod grauem, acremue & difficilem halitum prospiret.

GENERA.

Abrotonū duorum est generum, ueterum & recentiorū omnium sententia, mas
& fœmina. Plinius lib. xxi. cap. vii, mas quidem campestre uocat Abrotonum, fœ-
minam uero mōtanum. Vulgus, syluestrem Cypressum, à similitudine & odore fo-
liorum eiusdem, nomenclaturæ herbæ fruticisue uocat. Germanicè weißgart-
han/ oder wilder cypress.

FORMA.

Abrotonū mas.

Abrotonū, quod mas appellamus, farmentosum, minutis folijs, minus album
quàm fœmina, tenui semine ac numerofo uti Absinthiū, Semen autem nō quouis
tempore producit, sed ad Septembris duntaxat mensis initia, quo si diligenter ob-
seruabis tempore, semine prægnaus esse comperies. Recte igitur λεπτόκαρπον in Dio-
scoride legitur, huic lectioni nō solum ueterum codicum fide, uerumetiā sensu suf-
fragante. Fœmina frutex est, arboris speciem habens, candicantibus folijs, Seriphij
modo minutim circum ramulos incisus, floribus refertus, in summo auri fulgore co-
mantes corymbos obtinens, odoratus etiam cum grauitate quadam.

Abrotonum
fœmina.

LOCVS.

Mas passim apud Germanos in hortis, & in campestribus nascitur: fœmina ue-
ro in collibus & montibus sua sponte prouenit.

TEMPVS.

Floret utrunq; Augusto. Colligitur autem in autumnno, potissimum Septembri
mense: hoc enim tempore semen, ut diximus, profert.

TEMPERAMENTVM.

Abrotonū calidum & siccum, inq; tertio ordine seu recessu post media situm est,
id quod amaritudo eius, quam gustu præ se fert, facile monstrat.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Vtriusq; abrotoni semen feruefactū & crudum tritum cum aqua potum nō nisi
recta ceruice spirantibus, ruptis, conuulsis, ischiadicis, urinæ difficultatibus, & sup-
pressis mensibus auxiliatur. Potum in uino exitialium uenenorum antidotum est.
Cum oleo rigentibus illinitur. Serpentes lecto instratum & suffitum fugat. Cum ui-
no potum aduersus eorundem morsus, peculiariter autem scorpionum & phalan-
giorum, prodest. Oculorum inflammationibus cum cotoneo cocto, aut pane illi-
tum subuenit. Tritum cum farina hordeacea decoctumq; tubercula discutit. Admi-
scetur irinō unguento.

EX GALENO.

Non instrenue excalfacit & desiccatur. Nam siue comā cum floribus (reliqua enim
eius palea inutilis est) cōtusam ulceri puro illinas, mordax & irritans uidebit, siue eo
in oleo macerato, caput aut uentrem perfundere uoles, admodū calefacere reperies.
Quin & si qui per circuitum rigoribus capiuntur, eos ante inuasionem rigorum
hoc uoles confricare, minus utiq; rigore concutientur, imò & sensus confestim ubi
admotum fuerit ipsum calfacere percipit. Porro quod lumbricos interimat par est,
nimirū quum sit amarum. Protinus uero quod & digerendi & incidendi uim ha-
beat scies. Præterea abrotonum usum calidum & siccum facultate est, magis
etiam quàm cucurbita sicca uista, & anethi radix. Illa enim ulceribus humidis
simul

A simul & citra phlegmonem callo induratis profunt, ac proinde maxime ulceribus ijs quæ in pudendorum præputijs sunt competere uidentur; at cinis Abrotoni ulceribus omnibus mordax est, acidcirco cum oleo tenuium partium, Cicino scilicet, aut Raphanino, aut Sycionio ueteri, potissimum Sabino, ad alopecias confert. Barbam etiam segnius tardiusq; enascentem cum aliquo dictorum oleorum elicit: sed nec minus illis, lentiscino maceratum. Rarefaciendi enim uim, eò quod tenuium est partium, obtinet, & mordax est, & calidum. Abrotonum uero inimicum stomacho existit.

EX PLINIO.

Vsus est & folijs, sed maior semine, ad calefaciendum, ideo neruis utile, tussi, orthopnoicis, urinæ, torminibus, conuulsis, ruptis, lumbis. Datur bibendum manualibus fasciculis decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis cyathis bibitur. Datur & semen tusum in aqua drachmæ pondere. Prodest & uulua. Concoquit panos cum farina hordeacea, & oculorum inflammationibus illinitur cotoneo malo cõcocto. Serpentes fugat. Contra ictus eorum bibitur in uino, illiniturq;. Efficacissimum contra ea quorum ueneno tremores & frigus accidunt, ut scorpionum & phalangiorũ, & contra alia uenena. Prodest quoquomodo algentibus, & ad extrahenda ea quæ in herent corporibus. Pellit interaneorum mala. Ramo eius si subiiciatur puluino, uenerem stimulari tradunt: efficacissimamq; herbam esse contra omnia ueneficia, quibus coitus inhibeat.

DE ASARO CAP. III.

B

NOMINA.



A ZAPON græcè, Asarũ latinè dicitur. Officinis hodie nomen retinet. Germanicè *Naschwurz*. Asaron autem dictum est, quod in ornatũ non ueniat, uel ut Plinius lib. xxi. cap. vi. inquit, quoniam in coronas atq; festa non addatur: uel quod manualibus scopis, quæ odoris gratia gestantur, minime solitum sit inseri.

Asaron cuius dictum.

FORMA.


Folia hederæ similia habet, longè tamen molliora, rotundioraq;. Flores inter folia ad radicem purpureos, odoratos, Hyoscyami cytino similes, in quo semen acino nõ dissimile. Radices multas, geniculatas, tenues, obliquas, gramini per similes, longè tamen graciliores, odoratas, calefacientes, & linguam admodum erodentes. Cæterum hic admonendum esse lectorẽ duximus, omnia Dioscoridis exemplaria hoc in loco deprauata esse, perperamq; habere uel *πυκνότερα* uel *μικρότερα*, cum potius scribendum sit *μαλακότερα*, id quod partim Plinij testimonio, partim etiam iudice sensu ipso comprobari potest. Plinius siquidem lib. xij. cap. xij. Asarum sic depingit: Est hederæ folijs, rotundioribus tantum, mollioribusq;. Si quis uero ea de re ad iudicem sensum referat, Asarumq; cum hederæ conferat, Asari certè folia neq; densiora, neq; minora hederæ folijs esse comperiet, quum Asari folia maiora multò sint quàm hederæ. Proinde cum folia hederæ illorum comparatione multò minora sint, euidentissimum est pro *μικρότερα* legendum esse *μαλακότερα*, huic nimirum lectioni ad stipulantibus Plinio & sensus iudicio, ut dictum est: ad tactum em̃ huius folia longè sunt hederæ molliora. Accedit quod ab una dictione in aliam facilis sit transitus. His itaque rationibus motus, Asari folia *μαλακότερα*, hoc est, molliora hederæ folijs esse dixi, ut reuera etiam sunt.

Dioscoridis locum emendatus.

LOCVS.

Nascitur in umbrosis locis, montibus potissimum & syluis: aspera enim macraue & sicca loca amat.

TEMPVS.



ASARUM

Gäfelwurtz.

A

TEMPVS.

Bis anno, uere nimirum & autumnus floret. Colligendum in fine Augusti, à die uidelicet decimoquinto eius mensis, usque ad octauum Septembris.

TEMPERAMENTVM.

Asarum in calefaciendo & exiccando ordinis tertij existit, radices potissimum eius.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Radices Asari calefaciunt, & urinam mouent. Hydropicis & ischiadicis diuturnis profunt. Ducunt menses pondere drachmarum sex cum mulso potæ. Purgant Ellebori albi modo. Ruptis præterea, conuulsis, tussi ueteri, difficultati spirandi, & urinæ conferunt. Cum uino potæ ferarum moribus salutes. Folia adstringunt. Illi-
ta capitis doloribus, oculorum inflammationibus, ægilopis incipientibus, mammis à partu tumentibus, ignibusque sacris profunt. Coma somnum etiam conciliat. Sic Crateias herbarius de Asaro proditum reliquit.

EX GALENO.

Asari radices utiles sunt, facultate similes radicibus Acori, intensiores tamē. Itaque ex ijs, quæ de illis prodicta sunt, hic faciendâ coniectura.

EX PLINIO.

Nardi uim habet Asarum, quod & ipsum aliqui syluestre Nardum appellant.

EX MARCO AEMYLIO.

Est Asaron græcè Vulgago dicta latinè.

Hæc calidæ & siccæ uirtutis dicitur esse.

Tertius est illi gradus, ut dicunt, in utroque.

Prouocat urinam, potatæque menstrua purgat.

Hocque modo iecoris medicatur sumpta dolori.

B *Hydropicosque iuuat, schiasim fugat hausta frequenter.*

Et uulvæ morbis decoctio subuenit eius.

Dicitur ictericum potata repellere morbum.

Elleborique modo uomitu præcordia purgat.

Sed non est huius purgatio tam uiolenta,

Nec metuenda quidem, si fiat taliter illa:

De folijs eius triginta recentia tollens,

Adde meri tantum quo possint cuncta recondi.

Tota nocte mero facias macerentur in illo,

Mane terens, uino quo sunt macerata resolue.

Tunc olus excoctum cum pingui carne recenti

Porcina, prius ægroto da sufficienter,

Et sumat uini uult quantum fortis & albi,

Sic Asari succum colatum trade bibendum.

Fortibus & magnis est hic numerus foliorum

Sufficiens, reliquis, ut diximus, est minuendus

Iuxta quod uires, ætas, & cætera poscunt.

APPENDIX.

Lixiuum in quo Asarum decoctum est, si eo caput lauetur, cerebrum roborat, & memoriam, Succus etiam eius cum Pompholyge, caligantibus oculis confert.



ACORVM
officinarum.

Drachenwurtz.

NOMINA.



AΚΟΡΟΝ græcè, Acorū latinè appellatur. Officinis nomen retinet. Germanicè *Gel lilgen/Drachenwurz* oder *Ackerwurz* uocatur. Acoron aphrodisiam quasi ueneream Græci etiam uocant. Apuleius, quicumque ille fuerit, in cōmentariolo quod de aliquot herbis scriptū à se reliquit, Piper apium dictam fuisse hanc herbam testatur, quod ea in aluearijs suspensa, nunquam diffugiant apes.

FORMA.

Folia Iridis habet, angustiora tamen. Radices non dissimiles, implicatas, neque in rectum enatas, sed obliquas, & in superficie existentes, geniculis seu internodijs distinctas, subalbas, gustu acres, odore non ingratas. Præstat densum, candidum, non cariosum, plenum & odoratum, cuiusmodi est in Colchide & Galatia. Ex qua sanè Dioscoridis descriptione satis liquet Acorum nostrum, quo hodie officinæ utuntur, etsi non uerū sit, tamen aliquā saltem Acori speciem esse: Iridis enim folia obtinet, angustiora tamen. Radices quoque similes, implicatas & inuicem adnatas, non in rectū, sed in obliquum tendentes: non in profundo delitescentes, sed in superficie existentes, & modico cespite tectas: denique geniculis seu internodijs interceptas. Neque etiam in colore ab eo quem Dioscorides pingit uariare uidetur: nostrū enim Acorū non raro *ὑπολινκος*, hoc est, subalbas seu candicantes radices habere conspicitur. Accidit autem ut & rubentes intus habeat radices, quæ tamen cum candicantes passim intercurrentes uenas obtineant, recte subalbæ dici possunt, quod nimirū neque uere rubescant, neque candidum etiam prorsus colorem referant, sed eum potius qui ex rubro & candido mixtus sit. Cæterū radices Acori quæ intus candicant, foris ut plurimū subrubet. Hinc est quod Serapion in Acori descriptione Dioscoridis uerba referens, *ὑπολινκος* dictionē ita uertere uoluit: Et color radicū exterior tendit ad rubedinem. Proinde qui hac sola ratione, quod Acori radix intus interdum rubescat, mouetur, ut diuersum nostrū prorsus à Dioscoridis credant, ij non utuntur argumento quod tanti momenti sit, ut quod conātur, persuadere alijs possit. Cum enim Dioscorides Acori radices *ὑπολινκος*, hoc est, albicantes faciat, noster certe nunquam non tales habere deprehenditur: uel enim uere candicantes sunt, uel subrubentes, quas etiam *ὑπολινκος* recte dici posse iam ostendimus. Porro quamuis odorata non sint eius radices, tamen nihil ob stare posset odor, quo minus nostrum uerum esse putaremus Acorum, quum abunde constet illum, haud aliter quàm colorem, secundum diuersas regiones in eadem sæpe herba mutari: si non esset aliud, quod ut diuersum certo crederemus nos urgeret, hoc nempe, quod nostri Acori radices gustu acres non sint, quod tamen omnes ueteres uno ore de Acoro affirmant, sed potius adstringentes. Quapropter etsi tota ferè descriptio illi respondere uideatur, tamen quia acris non est, uires eas quas uero Acoro tribuunt ueteres, habere non potest: ut hoc nomine uehementer errent qui à solis descriptionibus tantū pendent. Nec minus hallucinantur officinæ quæ ad urinas mouendas, aut menses euocandos, lienesue minuendos eo utuntur. Perperam etiam Diacori compositionem ex eodem faciunt. Curent itaque ut uerum Acorum habeant, quod iam in multis Germaniæ officinis pro stare puto. Nam radix illa quæ à nonnullis seplasiarijs nunc sub nomine maioris Galangæ uenditur, si cætera etiam respondeat, haud dubie radix ueri Acori est. Et debent seplasiarij ea uti, quoties in compositionibus medicamentorū Acori fit mentio, præcipue autem in Diacori compositione apparanda, quod hæc calefaciendo cōcoctionem stomachi supra modum iuuat. Et hoc eò confidentius faciendum esse hortor, quod Galangam maiorem ueri Acori radicem esse existimem: geniculis enim scatet, foris subrubra, intus subalba, gustu acris, odore non ingrata, ut hoc nomine illa tuto & sine errore officinæ pro Acoro uti queant.

Acorum officinarum non est uerū Acorum.

C

LOCVS.

Apuleius locis cultis, pratis achortis nasci, raramq; inuentu herbam hanc tradit. Nostrium Acorum iuxta amnes, & passim in aquosis & palustribus locis prouenit.

TEMPVS.

Legitur radix Acori æstatis initio, & siccatur in umbra digitalibus frustis.

TEMPERAMENTVM.

In calefaciendo & desiccando tertij est ordinis. Nostrium quidem desiccatur, at citra calefactionem.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Acori radix calefaciendi uim habet. Decoctum eius potum, urinam cit. Prodest lateris, thoracis & iecoris doloribus: torminibus, ruptis, conuulsis. Lienes minuit. Vrinæ stillicidio, & uenenatorū moribus subuenit. In fessu, quemadmodum Iris, ad muliebria utilis est. Succus radicis caligines oculorum discutit. Antidotis præterea radix utiliter miscetur.

EX GALENO.

Acori utimur radice quæ gustu acris est, & modicè amara, odoreq; non iniucunda. Hinc manifestum est hanc facultate calidam, & cōsistentia tenuium partium esse. Huic consentaneū est, ut urinam moueat, & lienes induratos iuuat, tum corneæ membranæ crassitiem detergeat simul atq; extenuet. Ad hoc autē melior est ipsius succus. Omnino uero siccificum esse clarum est.

EX PLINIO.


Vis ei est ad calefaciendum extenuandumq; efficax, contra suffusiones & caligines oculorum succo eiusdem potio, cōtraq; serpentes. Pectoris doloribus subuenit, & ideo antidotis miscetur. Iecinori medetur, thoraci quoq; & præcordijs. Vrinam cit eius decoctum, & omnia uescig uitia sanat. Testium tumores radix decocta in uino, tritaq; & illita mirè discutit. Duritias & collectiones omnes sanat, decocto huius herbæ fouentibus. Cōtusis & euersis pota duobus obolis in mulsi cyathis tribus radix prodest. Acoron quoq; utile est interioribus scēminarum morbis.

ACORI OFFICINARVM VIRES.

*Acori adulterini
facultates.*

Gustus abunde monstrat eius radicem immensam adstringendi facultatem obtinere. Hinc est quod diuersam planè à ueri Acori radice uim sortita sit. Nam ut hec tenuium est partiū & facultate calida, atq; adeò detergit, extenuat atq; discutit: ita illa consistentia crassarū partium, ac facultate frigida, constringit, densat, cogit & contrahit. Quare urinam nō cit, ut uerum Acorum, nec menses euocat, sed potius supprimit. Sanguinem etiā undecunq; manantem cohibet. Proinde recte Pandecta rum autor scribit, eum qui secum Acori radicem gestet, à nullo sanguinis profluuiio corripī. Et ex recentioribus aliqui hanc facultatem Acori nostri obseruarunt, atque hinc adeò tradunt eius succum igne expressum, menses nimium promanantes constringere posse, id quod certè de Acoro affirmare uanissimū erit. Ex ijs itaq; intelligit iam seplasiarj, quis usus nostri etiā in medicina sit Acori: nec cōmittent, ut fanatici cuiusdam, qui nuper Morophrasti impudentis hominis pestilentissimas nugæ & ineptias tegere, atq; adeò epistola aliqua operi illius temerè præfixa cōmendare, ac præ illo monstro reliquos omnes medicos, si dñs placet contemnere ausus est, cōsilio obsecuti, hoc prorsus abijciant, cum illius immensa sit adstringendi, quod demonstrauius, facultas.

De Althæa



ALTHAEA

Eibisch.

B 2

NOMINA.

Bismalua.
Maluauiscus.Althea unde
dicta.

ΑΘΑΙΑ, ἰβίσκον, ἰβίσκον græcè: Althæa, Ebiscus, Ibiscus latinè dicitur. Officing, quæ ut plurimū barbaris uocibus gaudent, Bismaluam, Maluauiscum, & simpliciter Euiscum nominant. Maluauisci autem uox corrupta est, ex malua nimirū & euisco composita, quasi dicat aliquis Malua ebiscus, hoc nomine illam ab alijs maluis, quæ sanè multæ sunt, segregans. Germanicè *Ibisch*/oder *Eibisch*/Groß oder wild pappel. Althæa uero à multiplici remediorū potestate & usu, uel ut Plinius ait, ab excellentia effectus nominata est. Siquidē *althæa* Græcis idem ualeat, ac si à medendo medicā simpliciter dicas. Nam *ἁλθαίειν* illis mederi significat, *ἁλθός* uero remedium & medicinam.

FORMA.

Syluestris Maluæ genus est, cui folia ut Cyclamino rotunda, lanuginosa, flos roseus, caulis cubitorum binū, radix lenta uiscosaq̃, intus candida.

LOCVS.

Locis humentibus, pinguibusq̃ gaudet.

TEMPVS.

Radices, ut reliquarum ferè herbarum omnium, inter autumnii initia, hoc est, in fine Augusti, & Septembris mensis principio, legendæ. Folia uero & semen in æstate. Floret Iulio & Augusto mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Folia & flores calidi & sicci primo excessu seu ordine. Radices uero in principio secundi.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Radix in aqua mulsa aut uino cocta, aut per se pota, ad uulnera, parotidas, strumas, abscessus, mammarū inflamationes, sedis contusiones, inflations, neruorum distentiones, efficax est. Siquidem discutit & maturat, aut rumpit, & ad cicatricem perducit. Cocta quo dictum est modo, & cum adipe anserino aut suillo, uel terebinthina subacta, ad uteri inflamationes & præclusiones utiliter admouetur. Decoctum eius idem præstat, secundasq̃ à partu relictas educit. Decoctum radice cum uino potum, urine difficultati, calculosorū cruditati, dysentericis, ischiadicis, tremulis, & ruptis succurrit. Dentium mitigat dolorem cum aceto decocta, colluto inde ore. Semen autem uiride siccumq̃ tritum, cum aceto in sole perunctum alphas extergit. Cum aceto & oleo inunctum à uenenatorū moribus præseruat. Valer ad dysenteriam, sanguinis reiectionē, & alui fluores. Seminis decoctum in posca aut uino contra omnes apum & minutarū ferarum ictus bibitur. Folia cum exiguo oleo, moribus & ambustis illinuntur. Addensat aquam sub diuo radix trita & admixta.

EX GALENO.

Digerendi, laxandi, phlegmone leuandi, mitigandi, concoquendi coctu difficilia tubercula. Porro radix eius & semen cætera quidem pari herbæ uiridi modo agunt, uerum tenuiorum partium, magisq̃ exicatoriam, ad hæc magis exterforiam quàm illa facultatē ostendunt, ut & alphas detergent, & semen renum calculos confringat. Radicis autem decoctum, dysentericæ, alui profluuii, & sanguinis reiectioni utile est, nempe cum adstringentem quandam facultatem possideat.

EX PLINIO.

Althææ contra omnes aculeatos ictus efficacior uis, præcipuè scorpionum, uersparum, similiumq̃, & muris aranei. Quin & trita cum oleo, hac peruncti antè, uel habentes eam, non feriuntur. Eius radix præcipuè cōuulsis ruptisq̃ efficax est. Cocta in aqua aluum sistit. Ex uino albo strumas & parotidas, & mammarum inflamationes, & panos in uino folia decocta & illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta,

A cocta, quamlibet perniciosæ tussi citissimè medentur. Hippocrates uulneratis, siccantibusq; defectu sanguinis, radicis decoctæ succum bibendum dedit. Et eam uulnerib; cum melle & resina, item cõuulsis, luxatis, tumentibus, & musculis, neruis, articulis imposuit. Et asthmaticis ac dysentericis in uino bibendam dedit. Mirum, aquâ radice ea addita addensari sub dio, atq; elactescere. Efficacior aut quo recetior.

EX THEOPHRASTO.

Vfus eius ad rupta, & tussiles è uino dulci, & ad ulcera in oleo. Aliàs si carnibus concoquas, in idem aggregare, ac ueluti congelare posse affirmant.

DE ANAGALLIDE CAP. VI

NOMINA.



ΑΝΑΓΑΛΙΣ græcè, Anagallis latinè, officinis inusitata, germanicè *Gauch hey!* oder *Colmartraut*. Hoc nominis fortè à Germanis inditum est, quod Anagallis in limine uestibuli suspensâ maleficiorum introitû pel-
lere credita sit. Errant qui Morsum gallinæ seu Passerinâ uulgò dictam
herbam, Anagallida putant: haud secus atque ij, qui Auriculam muris pro Anagal-
lide depictam ostendunt herbarij.

Gauch hey!
Germanis quare dicta.

Anagallis non est Morfus gallinæ, neque Auriculæ muris.

GENERA.

Duo duntaxat Anagallidis esse genera ueterum omnium testimonio constat, marem scilicet & fœminâ, quæ sanè nullo nisi florû discrimine distant. Mas enim puniceo, fœmina uero cœruleo flore conspicitur. Proinde hallucinari iuniores ac barbaros medicos euidentissimû est, qui plura duobus Anagallidis genera constituunt.

FORMA.

B Frutices sunt Anagallides parui in terra iacentes, folia in quadrangulis caulibus pusilla habentes, & modicè rotunda ad Helxines similitudinem. Semen gerunt rotundum. Non quicquam sanè certius hac scriptorum pictura respondet, cum duplex sit in flore color, puniceus nimirû & cœruleus, quadranguli caules per terram sparsi, folia non toto ambitu rotunda, & semen coriandro nõ dissimile circinatum. Non est tamen quod sic humi prostratos hos frutices intelligas, ut prorsus nõ suppullulent. Nam in altum etiam surgunt, non tamen altius, quàm ipsa tibi examulsi-
m pictura monstrat.

LOCVS.

Pedibus in aruis uineisq; ubiq; calcatur, neq; quicquam nunc Anagallide despectius est, cum tamen in antiqua medicina multus eius fuerit usus. Licet autem ubique ferè proueniat, in uliginosis tamen lætior.

TEMPVS.

Per æstatem utriusq; prouentus maximus est, potissimum autem mense Augusto. Florent autem à Maio mense usque in autumnum.

TEMPERAMENTVM.


Anagallidis uterq; sexus calidam & siccam facultatē obtinet, quod scilicet extergere possint. Mulieres nanq; quæ asperiorē & decolorē à natura cutem acceperunt, ad leuorem nitorēq; uultus harum succo utuntur, ut hac ratione errare necesse sit, qui Anagallidas frigidas & humidas esse statuunt.

Error quorundam detegitur.

VIRE.


EX DIOSCORIDE.

Vtraq; mitigandi facultatē habent. Inflammationes arcent, furculos extrahunt, ulcera serpentia cōpescunt. Succus earû gargarissatus pituitâ capitis purgat. Per nares infusus dolorē dentiû lenit, si in contrariâ narem iniiciat. Argema cum Attico melle emendat, & oculorû caligines iuuat. Contra uiperarû morsus, renum & iecinoris uitia, ex uino potus prodest. Tradunt nonnulli eam quæ cœruleum florem habet, prociduum sedem reprimere; quæ uero puniceum, illitu euocare.



ANAGALLIS
MAS.

Sauchheyl mennle.



ANAGALLIS
FOEMINA.

Sauckhysl weible.

C

E X G A L E N O .

Anagallis utraq; tam ea quæ florem parit cœruleum , quàm ea quæ puniceum , admodum extergendi facultatem obtinent . Quendam etiam calorem attractoriū possident , ita ut impactos corpori refigant aculeos . Succus earum ex naribus purgateadem de causa , Et ut summatim dicatur , exiccatoriam citra mordicationē facultatem habent , quamobrē uulnera glutinant , & putrida adiuuant .

E X P L I N I O .

Superstitio
sum.

Vtriūsq; succus oculorum caliginem discutit cum melle , & exitu cruorem , & argema rubens , magis cum Attico melle inunctus . Pupillas dilatat , & ideo hoc inunguntur antè , quibus paracentesis fit . Iumentorū quoq; oculis medentur . Succus caput purgat per nares infusus , ita ut deinde uino colluat . Bibitur & contra angues fucci drachma in uino . Mirum , quod fœminam pecora uitant . At si decepta similitudine (flore enim tantum distant) degustauere , statim eam quæ Asyla uocatur , in remedio quærunt . Ea à nostris ferus oculus nuncupatur . Præcipiunt aliqui effossuris , ante solis ortum , priusquā quicquid aliud loquantur , ter salutare eam , tunc sublatam exprimere , ita præcipuas esse uires . Vrinam cient Anagallides . Iecinori mirè profunt . Cohibent quas nomas uocant . Vtiles & recentib; plagis , præcipuè senum corpori . Ad recentia quoq; uulnera tanta traditur uis , ut saniem offib; extrahant . Anagallis cœrulea procidentia sedis retro agit , è diuerso rubens proritat .


D E A L S I N E ► C A P ► V I I ►

N O M I N A .

Morsus gal
linæ.

D

Alsine cir
dicta.
Auricula
muris.



ΑΣΙΝΗ græcè , Auricula muris latinè , Morsus gallinæ uulgò appellatur . Pauerrina Italicè , quod paueris , id est , iunioribus anseribus gratum pabulum sumministrat . Auiculas caueis inclusas , cum fastidiunt escā , aucupes hac herba recreare solēt . Hinc germanicè Vogelkraut / Hünnerferb / Hünnerderm / Hünnerbiß uocatur . Alsine autem dicta est , quod lucos , quæ Græci ἄλσος nominant , nemorosaq; & umbrosa loca amet , Auricula uero muris , quod musculorum auribus folia similia habeat .

G E N E R A .

Quamuis Dioscorides & alij unam tantum Alsinen faciunt , nos tamen tria eiusdem genera , licet plura adhuc inueniantur , damus . Primum genus Alsinen maiore uocauimus , quod scilicet uera sit Alsine , & alijs maior , germanicè Hünnerderm nominatur . Alterius generis plantam Alsinen mediā appellauimus , germanicè Hünnerferb . Hæc quod ad flores attinet , qui cœrulei sunt , à descriptione uariat : eiusdem tamen cum priore facultatis . Tertij generis herbam Alsinen minorem uocauimus . Hæc , quidem , ut prima , pulchrè descriptioni respondet , germanicè Kleimvogelkraut nuncupatur .

F O R M A .

Helxine du
plex.

Cauliculis serpit rotundis , è quorum geniculis exiles ramuli profiliūt , folijs Helxines minoribus , minusq; hirsutis , flore exiguo , candido , foris herbaceo . Hæc cum teritur cucumis odorem refert . Non autem illam Peponis maturi iucunditatem , sed herbaceum cucumeris odorem subolet . Porro cum Dioscorides Helxinæ similem esse Alsinen tradit , non de ea Helxine quæ uulgò Parietaria , sed ea potius quæ alio nomine Cissampelos dicitur , intelligas oportet : hæc enim folia Hederæ haud dissimilia obrinet . Adeò ut liquidò iam cõstet , Alsinen esse eam herbam quam passim hodie Morsum gallinæ appellant . Huc accedit quod facultates , ut ex sequentibus patebit , quas uulgus Morsui gallinæ tribuit , ab Alsines uiribus nihil uariant .

L O C V S


Nascitur in lucis , hortis , & maxime in parietibus , macerij; , opacisq; locis .

T E M P V S .




ALSINE
MAIOR

Günderm.



ALSINE
MEDIA.

Günsesab.



ALSINE
MINOR,

Kleinnogelkraut.

C

TEMPVS.

Incipit à mēdia hyeme. Arefcit autē æstate media. Cum prorepat, musculorū aures imitatur folijs.

TEMPERAMENTVM.

Refrigerantem & humectantem haud secus quā Helxine obtinet facultatem; est enim aqueæ essentia frigida; quare & citra adstrictionem refrigerat.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Alfine refrigerandi facultatem obtinet. Oculorū inflammationibus cum polenta illita cōuenit. Succus eius aurium doloribus instillatus prodest. In uniuersum eadem quæ helxine potest.

EX GALENO.

Ad feruentes phlegmonas, & mediocria erysipelata competit.

EX PLINIO.

Vfus eius ad collectiones inflammationesq;. Quin emendat omnia quæ Helxine, sed infirmius. Epiphoris peculiariter imponitur; item uerendis ulceribusq; cum farina hordeacea. Succus eius auribus infunditur.

APPENDIX.

Easdem facultates, herbis quas morsus gallinæ uulgò nominant, nostri temporis herbarij tribuunt, quod scilicet ad feruentes inflammationes, ac erysipelata profint. Omnes enim, ut dictum est, refrigerant atque humectant. Hinc est quod minorem aliqui Germanorū Siebertraut uocent, quia scilicet febribus accommoda, & utilis sit.

DE ANTHEMIDE CAP. VIII.

NOMINA.


D
Chamæmelon
cur dictum.



ΝΘΕΜΙΣ, ἡ χαμαίμηλον græcè, Anthemis, Chamæmelon latinè, officinis corrupto nomine Camomilla dicitur, Germanicè Camillen. Chamæmelon, quoniam odorem habeat mālī, appellant, id quod de primo genere potissimum intelligendum uenit.

GENERA.

Tria eius genera, floribus tantum distantia, inueniuntur. Hi enim etsi intus aurei sint, tamen foris per ambitū illis adiacent folia aut candida, aut lutea, aut purpurea. Quæ foris in orbem candida folia obtinet, ea est quæ à Dioscoride propriè λευκάνθημον, & uulgò hodie Camomilla uocatur. Quæ uero luteis per ambitum folijs cōstat, ea haud dubie est, quā priuatim Dioscorides à suis floribus χρυσάνθημον nominat, Germani autem, pulchrè ad græcam appellationem alludētes, Goldtblumen, Gelcamillen, Streichblumen appellant. Tertia species chamæmeli, quæ nimirū purpurea per orbem folia habet, nulla alia est nisi ea quam hodie uulgo medicorum Consolida regalis solidam regalem, Germani autē à similitudine calcaris, cui respondet flosculus eius herbæ, & à colore lepidio regioq;, qui aspectari nunquā satis potest, Kittersporn uocant. Dioscorides peculiariter ἡρωάνθημον, eo quod uere floreat, dici tradit. Tria itaq; in uniuersum Anthemidis seu Chamæmeli genera sunt, quorum sanè primum Chamæmelon leucanthemon, alterū Chamæmelon chrysanthemon, tertium Chamæmelon eranthemon Dioscoridī nominatur. De duobus primis generibus neminē dubitare, quin uera & legitima sint, arbitramur, quod nihil in ijs sit quod Dioscoridis descriptioni, quam mox subiiciemus, non respondeat. Tertium fortè nonnullis qui morosius omnia obseruant, minime genuinum Chamæmeli genus esse uidebitur: ideoq; quibus simus argumentis & cōiecturis impulsī, ut tertium Anthemidis esse genus credamus, necesse erit ostendere. Potissimū autem quod nos in hanc sententiam pertraxit est, quod singula in Dioscoridis descriptione illi congruant, rami scilicet palmum non excedentes, fruticosi, multas alas habentes, parui & exigui, capitula




CHAMAEMELON
LEVCANTHEMON.

Camillen.



CHAMAEMELVM
CHRYSANTHEMON.

Gel camillen.



CHAMAEMELVM
ERANTHEMON.

Bitterspoon.

C 1

- c pitula rotunda, aurea, foris purpureis folijs, magnitudine in nullo alio genere Rutę folijs magis similibus circumdata. Deinde sententiam hanc nostram cōfirmavit antiquissimus codex manuscriptus, in quo pictura exquisitissime Regalem dictā con-
 » solidā refert, quam nō sanē uerbis describit: Herba est quam quidā Monachellā, siue
 » Capuciarīā uocant (ā cucullo haud dubiē monachorū, quem flores illius herbę re-
 » ferunt, nomen imponentes) Dioscorides Eranthemō appellat, & est una species
 » Anthemidis, quę folia instar Camomillę habet, nigriora tamen: florem autem uio-
 » lę similē. Hęc ille. Quibus omnibus illud etiā accedit, nostram de hac herbā senten-
 tiam mirificē corroborans, quod uulgus hodiē medicorū Consolidā regalē calculo-
 sis, & oculis prodesse tradat, adeō ut illius etiā conspectū multos ex oculis laboran-
 tes sanasse dicant. Atq; hinc fit ut studiosi passim eam herbā in suis musæis suspen-
 sam habeant, oculis hac ratione cōsulere uolentes. Has autem omnes facultates ut
 ex sequentibus patebit, Eranthemō suo Dioscorides etiā adscribit. Quamobrem
 nihil certius est, quā Consolidam regalem tertium esse Anthemidis genus, id
 quod argumenta nostra iam adducta palām euincunt.

FORMA.

Rami palmum non excedunt, fruticosi, frequentes alas habentes, parui, tenues
 & multi, capitulis rotundis. Flores intus aureos continent, foris uero per ambitum
 candidos, aut luteos, aut purpureos, foliorum Rutę magnitudine.

LOCVS

Nascuntur in aspero, sicco, macroq; solo, & iuxta semitas atq; itinera.

TEMPVS.

Colliguntur uere, in calidis potissimum regionibus, in nostris inter æstatis ini-
 tia, hoc est, Iunio mense.

D

TEMPERAMENTVM.

Calefaciunt & desiccant in primo ordine.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Vim habent radices, flores & herba calfaciendi, extenuandi q; . Potu & infessio-
 nemenses, scetus, calculos & urinam pellunt. Aduersus inflationes, & tenui intesti-
 ni dolores bibuntur. Bile suffusos expurgant, & icinorosis medentur. Decocto ea-
 rum uescicę uitia fouentur. Efficacius ex omnibus generibus est, quod florem fert
 purpureum, ceterisq; maius existit, idq; propriē Eranthemō uocatur. Quod uero
 Leucanthemon & Chrysanthemō cognomināt, uehementius urinam ciunt. Ae-
 gilopijs illitę medentur. Commanducata oris ulcera sanant. Nonnulli in clysteri-
 bus ex oleo utuntur, terentes ipsas ad pellendos febrium circuitus. Folia & flo-
 res reponi debent, & separatim contusa in pastillos conformari. Radix quoq; sic-
 catur, & usu poscente interim partes duas herbę, floris aut radiceis modō unam: in-
 terim contrā floris duas, & herbę unam, alternis diebus duplicantes pondus, dare
 conuenit. Bibere autem oportet in uino diluto mulso.

EX GALENO.

Tenuium est partium, quamobrem digerendi, rarefaciendi, & laxandi facultatē
 obtinet. Est itaq; Chamę melon tenuitate Rosę persimile, calore uero ad olei faculta-
 tes magis accedit, animali familiars, & temperatas. Quapropter lassitudinib; ut si
 quid aliud, cōfert, doloresq; mitigat. Pręterea tensa remittit & laxat, quęq; medio-
 criter dura sunt emollit, quęq; cōstipata cōdensatę uel sunt rarefacit. Ad hęc febres
 quę citra uisceris alicuius inflammationē infestant, dissoluit, pręsertim quę ex hu-
 morib; biliosis, aut cutis densitate cōsistunt. Qua de re & ab Aegyptiorū sapientis-
 simis Soli cōsecrata est, febriumq; omniū remediū putat. Verum hac quidem in re
 à ueritate aberrāt: solas enim quas diximus febres sanare potest, easq; quę iam cō-
 coctę sunt. Iuuat autem pulchrē reliquas etiā omnes quę melancholicę sunt aut
 pituitosę, aut ex uisceris inflammatione proinatę: nam & harum remediū Chamę
 melum

A melum uel strenuissimū est, ubi iam cōcoctis adhibetur: quapropter & hypochondrijs, ut si quid aliud, gratum existit.

EX PLINIO.

Medici uere folia tusa in pastillos digerunt: item florem & radicem. Dantur omnia mixta drachmæ unius pondere contra serpentum ictus. Pellit mortuos parvus, item menstrua in potu, & urinam, calculosq; inflationes, iecinorū uitia, bilem suffusam, ægilopia. Cōmanducata ulcerum manantes in ore eruptiones sanat. Ex omnibus ijs generibus ad calculos efficacissima est, quæ florem purpureum habet, cuius & foliorum & fruticis amplitudo maiuscula est. Hanc propriè quidem Eranthemum uocant.

DE ANETHO CAP. IX

NOMINA.



ANETHON græcè, Anethum latinè appellatur. Nomen in officinis genium retinet. Germanicè Dyllen/ & Hochfraut nominatur.

FORMA.

Anethum sesquicubitali proceritate assurgit, multicaule, ramosum, exilitate folij in staminis penè modum extenuata, luteolo flosculo, semine lato & quasi foliato, radice lignosa, neque adeò proluxa, umbella fœniculi, cui cognatum quasi genus, propter similitudinem uideri potest.

LOCVS.

In hortis feritur: interdum & sponte, fœniculi modo, prouenit.

TEMPVS.

B Floret in æstate, Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Anethum adeò calefacit, ut habendum sit aut secundi ordinis intensi, aut tertij remissi. Exiccantiū uero ordinis est secundi incipientis, aut primi finientis. Vstum autem tertij tum calfacientium, tum desiccantium ordinis fit.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Anethi aridi comæ seminisq; decoctum potum lac euocat. Tormina & inflationes sedat. Aluum leuesq; uomitiones sistit. Urinam cit. Singultus lenit. Oculos hebetat, & genituram assiduè potum extinguit. Decoctum eius mulieribus præfocatione uulvæ laborantibus ad insidendum utile. Semen eiusdem uustum & illitum condylomata tollit.

EX GALENO.


Anethum in oleo decoctum digerit, sedat dolores, somnum conciliat, crudos & incoctos tumores concoquit. Fit enim ex eo oleum, cuius propinqua sit temperies pus mouentibus, & maturantibus uocatis medicamentis, nisi quatenus paulò illis tum calidius, tum tenuiorum partium est, atque adeo digerēdi facultate præditum. Vstum ulceribus admodum humidis illitum prodest, potissimum ijs quæ in pudendo consistunt. Quæ autem in præputio sunt inueterata, ijs probè cicatricem inducit. Cæterum uiride humidius est, & minus calidum, itaq; magis cōcoquit sicco, & somnum cōciliat, sed minus digerit. Idcirco mihi uidentur ueteres coronis ex eo concinnatis in symplosijs usi esse.

EX PLINIO.

Anethū ructus mouet, & tormina sedat. Aluum sistit. Epiphoris radices illinuntur ex aqua uel uino. Singultus cohibet semen feruens olfactum. Sumptū ex aqua sedat cruditates. Cinis eius uuam in faucibus leuat, oculos & genituram hebetat.

EX SIMEONE SETHI.

Ad crassorū humorū inflationes prodest. Quidā sanè ipsum stomacho bonum



ANETHVM

Dill.

A esse, alij uero minimè, dixerunt. Illi quidem ad eius caliditatem, & facultatē quæ humiditatem cōcoquit, & flatus qui sunt in uentriculo discutit, respexerunt: ij uero ad substantiam eius, quæ crassarum est partium, concoctu difficilis, & nauseosa. Oleo incoctum discutit, & somnum conciliat. Inunctū tumores crudos concoquit. Inflationes quoque quæ in uentriculo generantur, digerit. Corpus ex immodico labore defatigatum, curat. Renes uero, ut quidam aiunt, lædit.

DE AIZOO CAP. X.

NOMINA.




AIZON græcè: Aizoon, Sedum, Semperuium latinè nominatur. Potestremum nomen officinæ obtinuerunt. Vulgò Iouis barba, Germanicè *Hauswurß*, *Donderbar* dicitur, quod scilicet nonnullis locis plebis animos iam pridem inuasit opinio, non feriri fulmine domum, in cuius tegulis uireat Sedum. Porro Aizoon & Semperuium appellant, quod perpetuò, tam æstate quàm hyeme uirescat, nec ullis frigoribus, aut cœli iniuria quantumuis frigida, emoriatur.

GENERA.

Dioscoridem sequentes tria eius genera statuimus. Primum Aizoon seu Sedum maius, quod folia latiora habeat. Alterum Sedum minus, quod Græcis etiam *τριβαλές*, quia ter floreat in anno, uocatur. Vulgò Vermicularis, à similitudine foliorum, quæ rotunda sunt, & figuræ oualis, ut uermiculos putes, & Crassula minor nominatur. Huius iterum duo sunt genera: alterum enim mas est, quod nimirum floribus luteis spectatur, & Germanis *Klein hauswurß das männle* appellatur. Alterum foemina, quod pallidis seu candidis conspicitur floribus, Germanicè *Klein hauswurß das weible* uocatur. Tertium genus est quod Aizoon syluestre, ab alijs Portulaca syluestris, aut Illecebra minus rectè & improprie dicitur. Nam Portulaca syluestris diuersa ab hoc tertio Sedi genere herba est, ut suo dicemus loco. Illecebræ autem nomen aliæ debetur herbæ, quæ Telephion uocatur, ut in eiusdem historia docebimus. Nomina uero hæc generi illi indiderunt, seducti errore eorum qui Portulacam syluestrem cum tertio Aizoo apud Dioscoridem confuderunt, atque adeò quæ debent Portulacæ & Telephio nomina; Aizoo temerè assignauerunt. Ut enim uiribus diuersa est Portulaca syluestris ab hoc genere tertio Aizoi, ita etiam nomine & forma. Quare meritò reprehendendi sunt qui duo hæc capita sic sibi temerè miscuerunt. Vulgares herbarij Vermicularem minorem uocant, Germani *Kagentreuble* oder *Maurpfeffer*.

FORMA.

Semperuiū maius caules profert cubitales, interdū etiam maiores, pollicis crassitudine, pingues, egregiè uirentes, incisas Characiæ Tithymalli instar habentes. Folia pingua, pollicis magnitudine, in cacumine linguæ similia, alia in terram resupinata, alia in capite inuicem contracta, circulo oculi figuram circumscribunt. Minus Aizoon caules ab una radice exeuntes multos habet, tenues, folijs plenos rotundis, pinguibus, paruis, in summo acuminatis. Emittit autē e medio caulem palmi altitudine, umbellam & flores pallidos luteosue sustinentem: *χλωρὰ* enim hoc loco, ut aliàs sepe, pro *ἀγρὰ* accipitur, id quod ex Serapione etiam abunde constare potest, qui hunc Dioscoridis locum ita reddidit: Et habet uirgam in medio longam, circa longitudinem palmi, super quam est capitellum, in quo est flos citrinus, subtilis. Eam autem Semperuii minoris speciem quæ flosculis luteolis spectatur, dilucidioris doctrinæ gratia, marem appellauimus. Alteram uero quæ candidos obtinet flores, foeminā. Tertium Semperuii genus syluestre dictum, foliola habet pinguiora, ad Portulacæ figuram accedentia, & hirsuta, breuiorisq; cacumine. His uerbis ex-




SEDVM MAIVS

Grosßhaufswurz.

SEDVM MINVS
MAS.


Klein haußwurtz
mennle.





SEDVM MINVS
FOEMINA.

Klein haufswurtz weible.



SEDI TERTIVM
GENVS.

Ratzenreuble.

cquisitè admodum Dioscorides & Plinius tertium Aizoi genus, quod uermicularè minorem hodie appellant, deliniarunt. Habet enim pinguia admodum foliola, ad Portulacæ syluestris formam nonnihil accedentia, hirsuta, & breuiori quàm in Aizoo minori cacumine. Reliqua quæ sequuntur in quibusdam Dioscoridis exemplaribus, manifestè adulterina sunt. Neq; ijs plura habet Aldinū exemplar, & alia quæ paulo sunt castigatiora.

LOCVS.

Maius nascitur in montanis & testis. Nonnulli autem in tectis domorum conferunt. Minus Aizoon in muris & petris, maceris uinearū, parietibusq; prouenit. Tertium in petrosis locis, sepulchris umbrosis, oppidorumq; fossis.

TEMPVS.

Florent Maio & Iunio mensibus maius & minus. Tertiū autem genus in Maio tantum floribus ornatur luteis.

TEMPERAMENTVM.

Aizoon utrunque, tam maius quàm minus, desiccant modicè, uehementer autem refrigerant; sunt enim ex tertio ordine & recessu refrigerantium. Tertium genus calidum esse, Dioscoridis & omniū ueterum testimonio constat. Gustus etiam minimè reclamationis: si enim gustaueris, linguam uehementer urit.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Maius uim obtinet refrigerandi & adstringendi. Conferunt ad erysipelata, herpetas, nomas, oculorū inflammationes, ambusta, podagras, folia per se, & cum polenta illita. Succus uero cum polenta & rosaceo, capiti in doloribus infunditur. Datur à phalangio morsis in potu, diarrhœa laborantibus, dysentericisq;. Teretes lumbricos cum uino potus excutit. Subditus in pello, muliebres fluxiones sistit. Succus etiam lippientibus à sanguine utiliter inungit. Minoris folia antedicto eandem facultatem habent. Tertium genus calfaciendi uim habet, acrem, & exulcerantem. Cum axungia illitum, strumas discutit.

EX GALENO.

Semper uiuū utrunq; tam maius quàm minus desiccatur quidem modicè, quandoquidè & mediocriter adstringat, omnis alterius uehementis qualitatis expertus: quare in eo aquea essentia abundat. Refrigerat non mediocriter, ideoq; ad erysipelata, herpetas, & à fluxione natas phlegmonas prodest.


EX PLINIO.

Vtriusq; uis eadem, perfrigerare & adstringere. Medentur epiphoris folia imposita, uel succus inunctus. Purgant enim ulcera oculorum, explentq;, & ad cicatricem perducunt. Palpebras deglutinant. Eadem capitis doloribus medentur, succo uel folio temporibus illitis. Aduersantur phalangiorum ictibus: aconito uero maius Aizoom præcipuè. A scorpionibus quoque feriri id habentem negant. Medentur & aurium dolori.

APPENDIX.

Errat non parum hodie magna medicorū pars, qui Sedi genus tertium refrigerare, asserere haud uerent. Et mirum sanè cur ab eo errore illos Dioscorides non reuocet, qui disertè ait, hoc ipsum calefaciendi, & exulcerandi facultatem habere. Sed


fortè non magnopere laborant quid de hac planta Dioscorides tradat: debuisset tamen erroris huius admonuisse eos saltem germanica eius plantæ nomenclatura. Neque enim alia ratione *Waurpfeffer* nostris Germanis dicta est, nisi quod in muris proueniat, gustuq; acris admodum sit.



PLANTAGO
MAIOR.

Wacht wegrich.

D



PLANTAGO
MINOR.

Spitziger wegrich.

NOMINA.



PNOTΛΩΞΩΝ Græcis: Arnoglossum, Plantago Latinis nominatur. Nomen latinū Plantaginis officinæ retinuerūt. Germanicè Wegerich/ Schafszungen/ quod nomen græco pulchrè respondet, dicitur. Arnoglossum, quod eius folia agninae linguae simillima sint, appellarūt Græci. Latini autem Plantaginem, ducto à planta uocabulo, nuncuparunt. Sunt tamen qui à multitudine neruorum, quibus quasi costis in dorso per longitudinem folia eius distincta sunt, Polyneuron uocant.

Arnoglossum uis de dictum.

Plantago.

Polyneuron.

GENERA.

Duo Plantaginis sunt genera, ueterum omnium sententia, maior & minor. Maior, quam peculiariter à septenis quæ in folijs apparent costis, græcè ἐπταπλόρον, id est, Septineruiā uocant, Germanis nostris à foliorum latitudine grosser oder breyter wegrich nominatur. Minor, eo quod eius folia fibris quinque tanquā neruis distincta sunt, πεντένδροον, id est, Quinqueneruia dicitur. Officinæ, quoniam folium arctius desinit in acumen, & uelut in lanceæ mucronē fastigiatur, Lanceolatam, uulgius autem Lanceolam appellat. Germanicè klein oder spiziger wegerich/ quia scilicet acuminatior & longior est, & ab equine costæ similitudine, Rosripp uocat.

FORMA.

Minor Plantago angustiora, minora, molliora, leuiora & tenuiora folia habet, caule anguloso, in terram inclinato: flores pallidos: semen in summis caulibus. Maior contra crassior uegetiorq̃, latiore folio, betaceo. Folia siquidem maioris Plantaginis betaceorum effigiem, nō alterius oleris referunt, quod Dioscorides λαχανόβηθι dixit. Nam apud Athenienses λαχανον pro Beta sæpe sumi solet, à cuius folijs non multum Plantaginea uidentur abhorrere. Non itaq̃ ulus intelligere potuit, cum in exprimenda similitudine speciatim loqui, non generatim conueniat. Huius caulibus angulosus, subruber, altitudine cubitali, à medio sui ad uerticē usq̃ tenui semine circumdatus, flosculum in spica luteum, nōnunquam herbaceum ostentat. Radices subsunt illi teneræ, hirsutæ, candidæ, digitali crassitudine. Descriptiones hæ Dioscoridis pulchrè picturæ respondent. Antiquus etiam herbarius easdem pro maiori & minori Plantagine herbas exhibet.

LOCVS.

Maior in palustribus potissimum nascitur. Vtraq̃ autem circum sepes, aggeres, prata, & lacunosa loca.

TEMPVS.

Herba & flores in ætatis initio, Maio & Iunio mensibus, semen uero Augusto carpitur mense.

TEMPERAMENTVM.

Mixtæ est temperaturæ Plantago, habet enim quiddam aqueū frigidum: habet uero & austerum quiddam, id quod terreum est, siccum, frigidum. Itaq̃ refrigerat simul & desiccatur, & in utroq̃ secundū recessus à medijs est.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Vim habent folia exicatoriā & adstringentē, ideo ad omnia ulcera maligna, elephantica, quæ humore scatent, & sordida, cōferunt. Eruptiones sanguinis, nomas, carbunculos, herpetas, epinyctidasq̃ cohibent. Vlceres ueteres & inæqualia cicatrice obducunt. Medentur & ijs quæ Chironia nuncupantur. Sinus glutinant. Morsibus canis, ambufis, inflammationibus, paratydi, panis, profunt. Strumis & agilopis cum sale illita cōferunt. Oulus coctū cum aceto & sale dysentericis & coeliacis sumptum subuenit. Datur & in locum Betæ cum lenticula coctum. In leucophlegmatia post aridas epulas in medio herba decocta datur. Comitibus, & asthmaticis data proficit. Foliorū succus oris ulcera continua collutione purgat. Cum creta cimo-

D 2 lia &

c lia & cerusa ignibus sacris medetur. Fistulas infusus sanat. Auriū doloribus & lip-
pitudinibus succus instillatus, & collyrijs additus prodest. Gingiuis sanguinolentis,
& sanguinē reſcientibus potus cōfert. Dysentericis subter per aluum iniicitur.
Bibitur contra tabem. Aduersus uteri strangulationes in lana apponitur: item uul-
uæ fluxiones. Semen cum uino potum alui fluxiones, & sanguinis excreationes si-
stit. Radix decocta collutione, & cōmanducata, dentiū dolores sedat. Eadem cum
folijs in passo ad uesticæ renumq; ulcera præbetur. Ferunt tres radices cum tribus
uini cyathis, & pari aquæ potas, tertianis auxiliari, & quatuor quartanis. Sunt qui
radice è collo suspensa ad strumas discutiendas utantur.

EX GALENO.

Quæcunq; medicamenta cum hoc quod refrigerant unā etiam adstringunt, ea
& ad ulcera maligna omnia, & ad fluxiones, & putredines profunt, atque adeo etiā
ad dysenterias: nam & sanguinis eruptiones sistunt, & si quid aduratur refrigerant.
Sinus quoq; glutinant, & alia ulcera recentia simul & uetera. In omnibus ferē id ge-
nus medicamenti primas tenet, aut certē nulli secundū est Arnoglossum, idq; tem-
peraturæ symmetria. Nam siccitatem obtinet morfus expertem, & frigiditatē quæ
nondum obstupefaciat. Semen eius & radix similis sunt facultatis, attamen siccio-
ris, & minus frigida. Semen etiam subtilium est partium, radices autem crassiorū.
Et huius herbe folia exiccata, subtilioris & minus frigida facultatis fiunt, nempe dif-
flato ex eo ac digesto excremento aqueo. Hac ratione radicibus utuntur ad dentiū
dolores, tum manducantes, tum collutionibus incoquentes. Præterea ad iecinoris
& renum obstructions non has tantum adhibent, sed folia quoque & multò ma-
gis semen: hæc enim quandam abstergerendi in se facultatē habent, quam & in her-
ba uiridi inesse satis cōijci potest, uerum ab humiditatis copia uinci.

D

EX PLINIO.

Vis mira in siccando densandoq; corpore, cauterij uicē obtinens. Nulla res æ-
que sistit fluxiones, quas greci rheumatismos uocant. Stomachū corroborat Plan-
tago per se sumpta in cibo cum lente alicæuē sorbitione. Strumis medetur. Semen
eius in uino tritum, uel ipsa ex aceto cocta, aut alica ex succo eius sumpta dysenteri-
cis datur. Lichenis foedo malo medetur trita. Vitia sedis & attritus celerrimē sanat.
Ex aqua mulsa duabus horis ante accessionem pota duabus drachmis, tertianas le-
niores facit, uel succus radices madefactæ uel tulsæ, uel ipsa radix trita in aqua ferro
calecta. Quidam ternas radices in tribus cyathis aquæ dederunt. Iidem in quar-
tanis quaternas fecerunt. Hydropicos sanat in cibo cum prius panem siccum come-
derint sine potu. Folia podagras refrigerant, & in primo impetu podagre rubentis,
hoc est, calidæ, conueniunt. Oris ulcera succus emendat, & folia radicesq; cōman-
ducata, uel si rheumatismo laboret os. Vitio reiectionis sanguinis idem medetur.
Phthisim sanat si bibatur, & ipsa decocta in uino cum sale & oleo à somno matuti-
no refrigerat. Luxatis dolores & tumores tollunt folia tusa, addito sale modico. Fi-
stulis infusus succus auxilio est. Sanguinis profluiuium sistit semen, si ore reſciatur,
siue aluo fluat, siue foeminarum utero. Succus uomentibus sanguinem datur.

Contusis, euerſis omnibus modis ipsa sumitur. Medetur omnium ge-
nerum ulceribus, peculiariter foeminarum, senum, & infan-
tium, igne mollita, melior & cum cerato.

DE ALI-



PLANTAGO
AQUATICA.

Wasserwegrich.

C

NOMINA.

Plantago aquatica.



ALISMA, ἡ δαμασώνιον græcè: Alisma, Damafonium latinè nominatur. Sunt qui eam herbam esse putent, quam herbarij & uulgus nominant Barbam syluanam, & Plantaginē aquaticam: nōnulli uero eam, quam multi pastorem fistulam uocāt. Prior Germanis Wasser wegrich/ & Groschlöffel/ quod scilicet in palustribus nascatur, ubi frequentes sunt ranæ. Altera uero iisdem Hirtenpfeiff nominatur. Plantaginem autem aquaticā, ob natales & similitudinem quæ illi cum uera Plantagine est, dixerunt: quemadmodū fistulam pastorem, quod singulari scapo rudis fistulæ & longitudinē & effigiem quandam uideatur imitari. Quæ uero nostra de ijs sit sententia paulò post indicabimus.

FORMA.

Alisma folia Plantagini similia habet, angustiora tamen & in terram reflexa, demissaq̃. Caulis illi est tenuis, simplex, altitudine cubitum excedente, thyrsis similis, capitula habens. Flores tenues, candidos & aliquatenus pallidos obtinet. Radices ut Ellebori nigri tenues, odoratas, acres, modicèq̃ pingues. Ex qua quidē deliniatione satis constat neutram herbarum quarum picturas damus, esse Alisma. Nam herba quam hodie Plantaginem aquaticam uocant, non per omnia historiæ respondet. Vt enim alia præteream, radix eius neque odorata, neque acris est. Alterius autem, quam pastorem fistulam nominauimus, etsi radix odorata sit, minimè tamē acris existit. Quicquid tamen sit, hac potius quàm altera pro Alismate utendum esse censeo. Eius effigiem suo loco dabimus.

LOCVS.

Aquosa amat loca, in quibus passim nascitur.

TEMPVS.

D In æstate colligi potest, tum enim floribus abundat.

TEMPERAMENTVM.

Calidam esse hanc herbam satis monstrant radices, quas acres esse constat. Absterforiam etiam quandam in se facultatem obtinent.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix unius aut alterius drachmæ pondere cum uino pota, his qui leporem marinum deuorarunt, prodest, & quos rubeta rana momorderit, quiq̃ opium hauserunt. Torminibus & dysenteria per se, aut cum Dauco pari pondere pota confert. Conuulsis itidem & uteri strangulationibus. Herba sistit aluum, menses ducit, & cœdemata illita lenit.

EX GALENO.

Damafonium aut Alisma. De hac herba in tertio libro tradit Dioscorides, quod radix eius epota dysenterias sanet, & aluum sistat, atq̃ cœdemata mitiget. Nos uero ea experti non sumus. Quod autem cōstitutos in renibus calculos aqua in qua decocta fuerit pota cōminuat, casu experti sumus. Ex quo liquet, quod absterforiam quandam facultatem obtinet.

EX PLINIO.


Vfus in radice aduersus ranas & lepores marinos. Lepori marino aduersatur in uino potum. Strumis imponitur ex aqua cœlesti folium tritum, uel radix cum axungio tusa, ita ut imposita folio suo operiatur. Sic & ad omnes ceruicis dolores, tum moresq̃, quacuncq̃ in parte.



ARTEMISIA
LATIFOLIA,

Beifuß.

D 4



ARTEMISIA
TENUIFOLIA.

Mettram.



ARTEMISIA
MONOCLONOS.

Reinfarn.



TAGETES
INDICA.

Indianische
negelen.

NOMINA.



ARTEMISIA Græcis, Artemisia latinis, Germanis *Beysfuß/Bucken/S. Johans gürtel/Sonnenwend gürtel/oder Grosser reinfaru* appellatur. Officinæ ueterem appellationē retinent. Nomen herbę inditum putant ab Artemisia uxore Mausoli regis, quę sibi hanc herbam adoptauit, cū antē Parthenis, id est, uirginalis, quod uirgo dea illi nomen dederit, uocaretur. Non desunt qui ab Artemide cognominatā arbitrentur, quod priuatim fœminarū malis, quibus *ἀρτεμης*, hoc est, Diana præest, medeatur. Nomen Germanicū *S. Johans gürtel*, quasi diuī Ioannis zonam dicas, à superstitionis uulgi nonnullis monachis & mulierculis herbæ huic impositum est. Nam fuerunt qui non coronas duntaxat, sed etiam zonas ex ista herba cōfecerunt, quas tandem in ignem, qui in die diuī Ioanni baptistæ sacro, in singulis plateis urbium succendebatur, nescio in quem euentū, proiecerunt, haud dubiē hac herba in deserto diuum Ioannem cinctum fuisse somniati.

Artemisia unde dicta.

GENERA.

Tres sunt, Dioscoride teste, Artemisise species, quę etiam hodie apud nos passim reperiuntur. Prima *πλάτυφυλλον*, latine Artemisia latifolia dici potest. Ea autem est quę simpliciter hodie Artemisia uocatur. Huius iterū duo sunt genera colore duntaxat distantia: unū caule & floribus rubens, Germanis *Rot bucken/uel Rot beysfuß* dicitur; alterum candicans caule, floribus uero flauis, Germanicē *weiß bucken* appellatur. Altera græcē *λεπτόφυλλον*, latine uero Tenuifolia nominatur: quod quidē genus uulgo hodie *Matricariā*, Germani *Muttertraut/ & Mettram*, quod uteri, quem matricē uocant, morbis medeat. Tertia species Artemisia monoclonos dicitur, Tanacetū corrupto nomine pro Tagetē hodie nominant, Germani *Reinfarn*, quod filicis ferē speciem referat, & in aquarum ripis nascatur. Alio nomine *Wurmtrant*, quoniā lumbricos ē uentre pellat. Esse uero hanc herbam aliquam Artemisise speciem uel hinc etiam cōstare potest, quod primam speciem, ut diximus, nonnulli Germanicē *Grossen reinfaru* uocant: hac enim nomenclatura manifestē docent, & eam quam Tagetem appellant Artemisise esse congenerem, quod scilicet eandem habeat appellationē. Huius haud dubiē generis est herba quę elegantissimos profert flores, garyophyllos Indos uocatos: nulla enim in re nisi floribus, qui sunt elegantiores & longē maiores, ab hac nostra distat: odore tamē nostrā hanc etiam uincit. Hinc est quod Tagetē Indicam appellauerimus, Germanicē autem *Indianische negelen*. His autē herbis tribus cōuenire Dioscoridis descriptiones faciliē unus quisquē ex ijs quę paulō pōst dicemus cognoscat. Esse autem Artemisise genera ex manuscripto codice, quem ob uetustatem lubens cito, manifestē colligi potest. Is enim pictas ordine tres iam cōmemoratas herbas ita ob oculos ponit, ut nemo qui illas uel semel saltem uiderit, non agnoscat. Picturæ accedunt descriptiones, & nomenclaturæ hodie etiam usitatæ. Primam enim Artemisiam, alteram *Leptophyllon* & *Matricariam*, tertiam uero Tagetem, quo nomine Apuleius usus est, & Tanacetum appellat, ita ut nemo deinceps quin uera sint Artemisise genera dubitare debeat, aut meritō possit.

Artemisia latifolia.

*Artemisia tenuifolia.
Matricaria.
Artemisia monoclonos.
Tanacetum.
Tagetes.*

FORMA.

Prima species quę priuatim Artemisia dicitur, fruticosa est herba, Absinthio similis, maiora tamen & pinguiora folia habet, quę supernē ex nigro uirescunt, subter autem candicāt, crebrō etiam resecta sunt. Flos illi tenuis, & semen rotundū. Altera, folia tenuiora obtinet, flores exiguos, tenues, albos, & grauiter olentes. Porro *Sampfuchi* odorem cōfricata eius folia & flores referūt. Quę utiq; descriptio ita *Matricariā* uulgō dictam herbā exprimit, ut nemo non, nisi talpa cecior sit, hanc esse alteram

Artemisia.

teram

Cteram Artemisiæ speciem uideat. Fruticosa enim herba est Matricaria, folijs quàm sit Artemisia propriè dicta gracilioribus, floribus tenuioribus, per ambitum albis, (intus enim lutei existunt) grauiter cum uniuersa herba olentibus. Hallucinant itaque qui Serapionis interpretem secuti, Dioscoridis Parthenium esse putant, ut suo loco abundè demonstrabimus. Tertia *μονόκλων*, hoc est, unicaulis dicta, simplici caule confurgit, folijs minutim scissis. Caulis in summo floribus luteis & tenuibus abundat. Hæc odoris iucunditate priorem uincit. Quæ sanè descriptio pulchrè herbam Tanacetum appellatam hodie, deliniat, ita ut tertiam esse Artemisiæ speciem nemo dubitare debeat, aut saltè iure queat. Tagetes Indica caule exurgit rubescente, ramulis multis brachiato, folijs tenuibus, minutim scissis, & grauiter odoratis, floribus in summo caule luteis, & croci ferè colorem referentibus, elegantia nulli alteri cedentibus.

LOCVS.

Prima nascitur in aquosis, incultis, asperisque locis. Altera in hortis, locis siccis & lapidosis. Tertia in aquarum ripis, atque uinearum aggeribus passim prouenit, unde Germanicè appposito uocabulo *Reinsfarren* uocatur. Indica Tagetes non nisi sata prouenit in Germania.

TEMPVS.

Singula genera tria æstate, potissimè cum uua maturefcit, tunc enim abundant floribus, colliguntur. Indica paulò tardius in nostra regione floret.

TEMPERAMENTVM.

Calefaciunt & modicè desiccant, & sunt, quod ad calefactionem attinet, ordinis secundi; quod uero ad resiccationem, aut primi intensi, aut secundi remissi. Sunt etiam modicè tenuium partium.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Excalfaciunt & extenuant. Feruefactę profunt ad infessus muliebres, ducendos **D** menses, secundas, & fœtus. Vteri præclusionem atque inflammationē iuuant, lapides frangunt, & urinæ suppressionem tollunt. Herba ipsa imo uentri illita copiosa, menses mouet. Succus eius cū myrrha subactus & admotus, ex utero elicit quæcunq;, & infessio. Bibitur etiam coma trium drachmarum pondere eorundem ducendorum gratia. Si quis stomacho laborans Artemisiam leptophyllon contuderit probè cum oleo amygdalino, & ueluti malagma confecerit, stomachoq; impo- fuerit, sanabitur. Neruorum quoque dolore si quis affectus fuerit, ac succum eius cum oleo rosaceo miscens inunxerit, curabitur.

EX GALENO.

Ad renum calculos mediocriter, & ad uteri fomentationes profunt.

EX PLINIO.

Artemisia priuatim sceminarum malis medetur. Eandem quoq; secum habentibus, negant nocere mala medicamenta, bestiàm uel ullam, ne solem quidem. Bibitur & hæc ex uino aduersus opium. Alligata priuatim potens traditur, potaue aduersus ranas. Alligatam qui habet uiator, negatur lassitudinem sentire.

APPENDIX.

Præter dictas facultates usu compertum est, flores Tanacetis pueris ex uino uel lacte dados, mirificè ex uentre lumbricos pellere, ideoq; Germanis herba lumbricorū, ut paulò antè diximus, appellata est hæc Artemisiæ species.



APARINE

Klebkraut.

C

NOMINA.

Errant qui putat
legendū esse ὀμ-
φαλόκαρπον,
nam Dioscoridis
et Pauli exem-
plaria castigatio
ra omnia habent
ὀμφαλόκαρπον
Cui sane lectioni
et ratio ipsa sub-
scribit, cū sic no-
minata sit ab um-
bilici specie, quā
fructus eius re-
fert. Quare cum
altera lectio ra-
tione omni desti-
tuta sit, immerito
ab Orofio Hispa-
no Hermolaus,
Marcellus, et Ru-
ellius Dioscoridis
interpretes ὀμ-
φαλόκαρπον
legētes taxantur.



APARINH, ὀμφαλόκαρπον, ὀφελανθρον, græcè, Aparine latine, Klebtraut Germanicè nominat. Omphalocarpus ab umbilici similitudine, quam semē eius refert, rectè dicta est. Philanthropos autem uox humanitatis, amoris & comitatus illi imposita est, quod blanda, comis, & hospitalis herba sit, nec aliter prætereuntiū uestes apprehendat, quā solent amici & hospita-
liores à se discedentes comprehensa ueste retinere, aut si id nequeant, aliquandiu se-
qui. Quam appellationem pulchrè Germani exprimentes, Klebtraut nominant:
est enim illis kleben/ quod latinis tenaciter adhærere. Officinæ & herbarij nonnulli
Aspergulam hodie uocant: rectius tamen una detrita litera nominarent Asperulā,
quod asperitate sua attingentiū uestimentis pertinaciter hæreat.

FORMA.

Ramulos habet Aparine multos, exiguos, quadrangulos, & asperos. Folia per
ambitum orbē uel Rubiæ modo per interualla, circumposita. Flores albos. Semē
durum, candidum, rotundum, à medio, umbilici modo, leniter cōcauum. Ipsa her-
ba uestibus adhærescit.

LOCVS.

Nascitur in frumentario agro, aut hortis circa sepes & maceries.

TEMPVS.

Colligitur æstate dum semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Aparine modicè extergit & desiccatur, habetq; nonnihil tenuium partium: unde
fatis constat hanc aliquam etiam caloris in se portionem habere.

D

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Aparines seminis, caulium & foliorum succus cum uino potus, phalangiorū &
uiperarū moribus auxiliatur. Infusus doloribus aurium medetur. Herba ipsa cum
axungia trita coacta, strumas discutit.

EX PLINIO.

Efficax Aparine contra serpentes, semine potō ex uino drachma: & contra pha-
langia. Sanguinis abundantiam ex uulneribus reprimunt folia imposita. Succus
auribus infunditur.

DE ACANTHO CAP. XV

NOMINA.

Branca ursina.



Marmoraria.
Dioscoridis lo-
cus emendatus.

AKANTHOS, ἄκανθα Græcis, Acanthus siue Acantha Latinis dicitur.
Officinæ à similitudine, quam eius folia cum anterioribus urforum
pedibus habent, Brancā ursinam uocant. Ad quam etiam similitudi-
nem respicientes Germani, Bernslaw oder Bernstaz nominant. Il-
lud non prætereundū esse putauī, hanc herbam olim etiam Roma-
nis Marmorariam esse dictam: quæ uox in omnibus Dioscoridis exemplaribus de-
prauata est, ac in Mamolatiam detorta: quod eius folia columnarū maximè Corin-
thiarum capitulis insculpebantur, quarum identidem tam scapi quā uertices mar-
more splendebant. Antiqui etiam Acantho pateras pingebant.


GENERA.


Duo Acanthi genera damus. Primum quidem legitimam Acanthum nomina-
uimus, quod scilicet descriptioni per omnia respondeat. Germanis dicitur Welsch
bernslaw. Alterum Germanicā, quod nimirum in Germania officinæ omnes pro
Acantho hanc usurpent herbam, Germanis simpliciter Bernslaw uocatur.

FORMA.

ACANTHVS
VERA.

Welch bernflaw.





ACANTHVS
GERMANICA.

Teufelskranz.

A FORM A.

Folia habet multò quàm Lactuca latiora & longiora, Erucae modo incisuris diuisa, nigricantia, pinguia, leuia, Caulem leuem, binum cubitorum, digitali crassitudine, ex interuallis sub ipsum usq; uerticem foliolis quibusdam oblongis ueluti nucamentis, aculeatis, ex quibus candidus promitur flos. Semen illi est oblongum, luteum, caput thyrsi specie. Radices subsunt glutinosae, mucosae, rubentes, longae. Haecenus Dioscorides. Si autem ueri Acanthi picturam diligenter spectare uolueris, huic descriptioni prorsus quadrare uidebis, ita ut nulla sit nota quae illi non ad amissim respondeat. Neque impedit quod Acantha spinam significet, spinosa enim & haec quidem herba est, sed mollibus duntaxat spinis, ideoq; à Vergilio mollis Acanthus dicitur. Germanicam tamen Acanthum ad Dioscoridis picturam non penitus accedere, est euidentissimū. Potest tamē in prioris inopia, huius etiam cōmodus esse usus, ut ex ijs quae paulò pōst dicemus, patebit.

L O C V S.

Nascitur uera in hortis, petrosīs & humentib; locis. Germanica in hortis & pratis undique.

T E M P V S.

Colligitur in aestate dum floribus & semine abundat, Iunio praecipue & Iulio mensibus.

T E M P E R A M E N T V M.

Folia Acanthi mediocriter digerentem facultatem obtinent. At radix exiccatoria est, & leuiter incisoria, & tenuium partium. Hanc uim Acantho etiam Germanico inesse, gustus abunde monstrat. Folia enim eius modicē amara, radix autem subacris est.

V I R E S.

E X D I O S C O R I D E.

B Acanthi radices uetis & luxatis illitae profunt. Potae urinam mouent, & aluum sistunt. Tabidis, ruptis, conuulsis, mirē utiles sunt.

E X P L I N I O.

Radices Acanthi uetis luxatisq; mirē profunt. Item ruptis, conuulsis, & phthisin metuentibus incoctae cibo, maximē pūsana. Podagris quoq; illinuntur tritae & calefactae calidis.

A P P E N D I X.

Et si nostrae Brancae ursinae picturae Acanthi non undiquaq; respondeat, tamē eius radicem eandem habere cum Acanthi ueri radice facultatē est euidentissimum. Cum enim gustu subacris sit, necesse est ut exiccer, incidat, & tenuium sit partium. Errant itaq; nostrae aetatis medici, qui neglecta prorsus radice, folijs tantum utuntur, quae quidem mediocriter discutere ualent.

D E S P I N A A L B A C A P X V I

N O M I N A.



ΚΑΝΘΑ ΛΟΛΗ græcē, Spina alba latinē, Officinē Bedegarim seu Bede- Bedegar.
guar Peno nomine appellant, Germani Weißdistel/oder Storchkraut.
Nomen herba hæc ab albis folijs seu lacteis maculis, quibus folia con- spina alba uita
spersa sunt, accipit. de dicta.

G E N E R A.

Quamuis Dioscorides Spinæ albæ duntaxat unum faciat genus, tamen cū plures inueniantur apud nos herbæ quae descriptioni respondent, plura etiam ut illius statuamus genera necesse est. Vnum itaq; genus est, quod hodie uulgò Carduus Mariæ dicitur, Germanis uero Mariendistel oder Srawendistel nominatur. Nos spinam albam hortensem, quod nimirum in hortis tantum proueniat, appellauimus.

c mus. Alterum genus syluestre est, proximè ad Dioscoridis deliniationē accedens, ideoq; à Germanis Weiswegdistel uocatur. Cæterum uidimus herbam peregrinā siccam, quæ syluestri, quod ad formam attinet, per omnia respondebat, quæ haud dubiè uera spina alba erat, & descriptioni prorsus cōueniebat. Picturam eius, quod uiridi destituebamur, dare non potuimus.

FORMA.

Folia albo Chamæleonti similia habet, angustiora tamen & candidiora, subdensa, subasperaue, & aculeata. Caulem binos cubitos excedentē, digiti magni aut minoris crassitudine, subalbum, intus cauum. In cacumine eius caput est aculeatum, Echino marino non absimile, minus tamen & oblongū. Flores purpureos, in quibus semen Cnici forma, sed rotundius. Quæ descriptio in uniuersum quadrare uidetur herbæ quæ uulgò Carduus Mariæ appellatur. Folia siquidem Chamæleonti non dissimilia, angustiora, candidioraq; (albis enim maculis undiq; cōspersa, unde tam Græcum quàm Latinum, adde etiam Germanicum nomen Weisdistel/ut diximus, illi impositum est) subdensa, subasperaue, & minimè mollia, & mirum in modum aculeata sunt, ita ut contrectata immodicè pungant. Caulis eidem supra bina cubita altus, digiti maioris aut minoris crassitudine, & inanis. In summo uertice Echino marino haud dissimile caput aculeatum obtinet. Flores denique purpureos, in quibus semen Cnico simile, sed rotundius habet, id quod ex utriusq; seminis collatione pulchrè deprehendes. His accedit, quod facultates quas albæ Spinæ Dioscorides tribuit, similes sint ijs quæ Carduo Mariæ à nostris hodie herbarijs assignantur, ut ex sequentibus innoscet clarius. Syluestri sic quadrat descriptio ut nihil magis. Nam, ut cætera omittā, radix desiccatoria est & modicè adstringens, atque adeo genuinas Spinæ albæ facultates obtinet.

D

LOCVS.

Nascitur in montibus & syluosis locis. Hodie in hortis passim etiam plantatur, ut alia quædam Carduorū genera. Syluestre in locis incultis & arenosis prouenit.

TEMPVS.

Colligenda est herba in æstate dum semine pregnans est. Floret autem Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Radix eius desiccatoria est, & modicè adstringens. Semen uero tenuis essentia, & calidæ facultatis.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Radix huius pota, sanguinē excreantibus, stomachicis & cœliacis prodest. Vrinam cit. Oedematis illinitur. Decocto eius dentes in dolore colluuntur. Semen potum conuulsis infantibus, & à serpente demorsis auxiliatur. Ferunt etiam quod amuletum ex eo uenenatas bestias abigat.

EX GALENO.

Radix cœliacis & stomachicis succurrit. Sanguinis reiectiones cohibet, & cedemata illita contrahit, ac dentes dolentes iuuat, si decocto eius colluantur. Semen potum ijs qui conuelluntur prodest.

DE ASPA-




SPINA ALBA
HORTENSIS,

Marion distel.



SPINA ALBA
SYLVESTRIS.

Weißweddistel.



ASPARAGVS

Spargen.

NOMINA.

*Asparagus unde
dictus.*



ΣΠΑΡΑΓΟΣ græcè, Asparagus latinè uocatur. Officinæ extrita priore litera Sparagum nominât, Germani Spargen. Sic autem potissimū altilis satiusq̃, de quo nobis hic sermo est, nominatur, eò quod coliculos hos, qui prima germinatione prodeunt è terra, præcipuos habeat.

FORMA.

E radiculis thyrsus primum exilit, cacumine in torulos turbinato, quod tandem increfcens explicatur in pregrandes ramos, quibus insunt folia capillamenti modo, & ut Foeniculi tenuata, quæ per uetustatem occalescunt in spinulas. Florem fundit paruulum, quo decusso baccæ dependent primum uirides, quæ tandem maturitate rubescunt, seminibus refertæ. Radices spongiosæ, longæ & rotundæ.

LOCVS.

In hortis seritur & plantatur, inq̃ nōnullis locis lapidosis sponte prouenit.

TEMPVS.

Thyrso primū cum uer appetit emicante uiuret, spica tum cibus expetita. Recentes hos thyrsulos in uoluptatem gulæ uerterunt helluones. Hodie decoctus in iure Asparagus, aceto, sale, & oleo conspersus, magno gulæ delectamento comeditur, & in principum delicijs est. Semen suo legitur tempore, nimirum æstate.

TEMPERAMENTVM.

Abstergendi facultatem habet Asparagus, idq̃ citra manifestam aut caliditatem, aut frigiditatem.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Asparagi coliculi cocti & comesti aluum molliunt, & urinam mouent. Radicum uero decoctum, difficultati urinæ, regio morbo correptis, nephriticis, ischiadicis: cum uino autem idem decoctum phalangiorum morsibus auxiliatur. Si decoctum super dente retineatur, eius dolori medetur. Facit ad eadem omnia semen etiam potum. Ferunt mori canes decoctum eius bibentes.

EX GALENO.


Renes ac iecur infarctu liberat Asparagus, & maximè herbæ ipsius radices & semen. Quin & dentiū dolores sanat siccitatis nomine, quam uel maximè dentes requirunt.

EX PLINIO.

Utilissimus stomacho cibus, ut traditur, Asparagi. Cumino quidem addito inflationes stomachi coliq̃ discutunt. Iidem oculis claritatē adferunt. Ventrem leniter molliunt. Pectoris & spine doloribus, intestinorumq̃ uitijs profunt. Vino cum coquuntur addito, lumborū & renum dolores mitigant. Venerem stimulant. Vrinam cient utilissimè, præterquā quod uescam exulcerant. Radix quoq̃ plurimorum prædicatione trita, & in uino albo pota, calculos exturbat. Quidam ad uulvæ dolorem, radicem cum uino dulci propinant. Eadem in aceto decocta contra elephantiam proficit. Asparago trito cum oleo perunctum pungi ab apibus negant.

EX SIMEONE SETHI.

Asparagus olerum omniū maximè nutrit. Proinde si quis dicat eius naturā positam esse mediā inter olera & carnes, non procul à uero aberrabit, propter nutriendi facultatem plantarū & carniū, quæ similiter se habet. Vrinam quoq̃ cit, & obstructions iecoris & renum aperit: id quod manifestū ex eo, quod urinæ odorem in suum transmutat, ut hunc qui aliquantulū eius ederint, sentiant. Neq̃ quispiam admiretur illum statim urinæ suam qualitātē indere: nam & rubea tinctorum si manibus contineatur, urinam in suum colorem transmutat: quod paradoxum etiam esse uidetur, ut extrinsecus impositum urinam tingat. Asparagi colicis & renum affectibus, qui à pituita proueniunt, auxiliantur: semen genitale augent, & celerius quā reliqua olera in sanguinem mutantur. Menses ciunt. Cordis palpitationib. succurrunt: dentibus profunt: sed nō semper stomacho boni sunt, propterea garo & oleo conditis, cum mediocriter cocti sunt, ijs uti oportet.



ANONIS

Sawhechel.

DE ANONE CAP. XVIII

C

NOMINA.

Reſta bouis.
Remora aratri.
Acutella.

ANONIS, ἄνωρις Grecis: Anonis & Ononis Latinis appellatur. Vulgus herbariorū Reſtam bouis, quod in opere arantes boues ſubinde ſiſtat, nominare ſolet. Nonnulli Remoram aratri, quod altis & duris radicib. in agris aratrum remoretur, appellant. Sunt qui Acutellam uocent, quod ſuis ſcilicet ſpinis ingredientium pedes pungat & offendant. Germanis *Hawhechel* nuncupatur, & *Schfenbrech* / quia crebris inter folia aculeis, haud ſecus ac inſtrumentum hoc quo mulieres linum carmināt, & à craſſiore purgant ſtuppa, horreat: uel quod ligone ad aculeatam hanc herbam eruendam & extirpandam cum in altum agitur, & ſeſe propagat, opus ſit. Equites Germani *Staltraut* / eò quod decoctum eius meiere nequeuntib. equis offeratur, uocant. Binominis autem antiquis eſt ſcriptoribus, una tantum litera mutata. Sunt enim qui Ononim, ut Theophrastus & Galenus: ſunt etiam qui Anonim, ueluti Dioſcorides & Plinius, nomenclant. Anonis haud dubiè à non iuuando, quod nullo iuuamine polleat, dicta eſt. Siquidem aratoribus inimica eſt, uiuaxq; nimis fruges opprimit, ſuisq; aculeis nocet. Ononis uero, quod aſinos, quos Græci *ovres* uocant, ſeſe terentes ad illam ſcabentesq; iuuat. Complures quoq; Graj herbam ſic appellari prodiderunt, quod in ea ſe uoluitantes, ſpinis eius dorſum libenter affricent & ſcabant. Officinis prorsus ignota, & inuſitata.

FORMA.

Ramos habet palmares, aut maiores, fruticofos, frequentibus geniculis cinctos, cauis alarū multis, capitula rotunda. Folia exigua, tenuia ceu Lentis, ad Rutæ, aut ſcenarij Loti figuram accedentia, ſubhirſuta, odorata, nec iniucundè olentia. Ramuli acutas ſpinas, ſpiculis acuminatis ſimiles, ſolidasq; gerunt. Radice candida nittitur. Theophrastus toto caule foliatam eſſe tradit, ut ueluti coronam ex interuallis tota ſpecies repræſentet. Florem quoque illi eſſe minutulum, & in ſiliqua non undique ſeptum ſcribit. Quæ ſanè ſingula pulchrè picturæ reſpondent, & Anonim eſſe hanc herbam quam Reſtam bouis hodie herbarij nominant, euidenter, nulla reclamante nota, oſtendunt. Nam hæc ramos ſpargit fruticofos, palmo longiores, frequentibus cinctos articulis, à quibus alæ funduntur. Capitula exerit orbiculata, folia Lentis parua, ad Rutæ uel pratenſis Loti figurā accedentia, hirſuta, iucundum odorem expirantia, inter quæ nocentiores, & mucronatæ cuſpidis aculei quaſi ſpicula ſubrigunt. Flos ferè Piſi dilutiore micat purpura, in ſiliqua non undique ſeptus. Radix in nigro candicans.

LOCVS.

Nāſcitur culto ſolo, pingui, & glutinoſo, præcipuè autem in ſegetibus & aruiſ, inimica agricolis, uiuaxq; ſupra modum. Cum enim altam lætāmue naſta tellurem fuerit, protinus in altum agitur, & ſingulis annis, furculis in latus emiſſis, rurfus anno poſtero deorſum uerſus acta pluribus ramis luxuriat, ideoq; runcanda & radicibus extirpanda uenit.

TEMPVS.

Æſtate germinare incipit, à frugibus perficitur, autumno ſui incrementi finem faciens. Floret autem Iulio menſe, & Auguſto.

TEMPERAMENTVM.

Ononis radix tertio quadantenus ordine excaſcit.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Antequam ſpinofa ſit ſale conditur, & eſt cibus gratiſſima. Radix eius caleſcit, et extenuat, cuius cortex cum uino potus urinā ciet, calculos rumpit, cruſtasq; abſtergit. Decocta radix in poſca dentium dolorem collutione mitigat. Huius decoctum potum, hæmorrhoidas ſanare creditur.

EX GA

A EX GALENO.

Radiciſ cortex maximè utilis eſt, habens quippiã abſterſoriũ & inciſorium. Proinde non tantum urinaſ ducit, ſed & lapideſ confringit. Eadem facultate & cruſtaſ cõfeſtim detrahit. Vtuntur quoq; ea ad dentium doloreſ in poſca decoquentes, & collui decocto eiſ iubentēſ.

EX PLINIO.

Radix decoquitur in poſca dolori dentium. Eadem cum melle pota, calculoſ pel- lit, Comitialibuſ datur in oxymelite, decocta ad dimidias.

DE ANISO CAP. XIX.

NOMINA.



ANISON græcè, Aniſum latinè uocatur. Officinis nomen genuinum re- tinuit, germanicè *Eniſſ* appellatur.

GENERA.

Aniſum caule, folio, flore, Apio par eſſe uidetur. Caulem nanque te- nuiter ſtriatum, rotundum, multiſq; ramuliſ brachiatum obtinet. Folium ubi pri- mum enaſcitur, rotundum, ſed deinceps Apij modo diſſectum. Florem candidum, muſcarium ſcœniculi. Tota herba, haud aliter quàm ſemen, odorata eſt.

LOCVS.

Ex Syria originē habet, iam autem paſſim ſatum in Germaniæ hortis prouenit.

TEMPVS.

Iunio ac Iulio menſibuſ floret, ſemineq; prægnans eſt.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit & deſiccāt in tertio ordine.

VIREſ.

EX DIOSCORIDE.

B Aniſum in uniuerſum calefacit, exiccāt. *Ἀνιſον* rectius mea ſententia interpreta- bitur pro eo quod eſt, facile ſpirare facit. Oriſ halitum iucundio- rem facit. Anody- num eſt, dolore mē leuat. Vrinā cit. Diffundit. Hydropiciſ potum ſitū arcet. Pro- deſt ad uenenata animalia, & inflationeſ. Aluum, & album ſcœminarū profluuium ſiſtit. Lac ad mammas elicit, & Venerem ſtimulat. Suffitum naribuſ capitiſ dolo- rem ſedat. Tritum, cumq; roſaceo inſtillatum, aurium medetur rupturiſ.

EX GALENO.

Aniſi ſemen maximè utile eſt, acre & ſubamarum, ut propē ad urentium acce- dat caliditate. Proinde & urinam cit, & digerit, atq; uentriſ inflationeſ ſedat.

EX PLINIO.

Aniſum aduerſuſ ſcorpioneſ ex uino bibitur, à Pythagora inter pauca laudatū, ſiue crudum, ſiue decoctum. Item uiride aridū mē, omnibuſ quæ cōdiuntur, quæ- que intinguntur deſideratū. Panis etiam cruſtiſ inferiorib. ſubditum. Sacciſ quoq; additur. Cum amariſ nucibuſ uina cōmendat. Quin ipſum oriſ halitum iucundio- rem facit, ſcœto-remq; tollit manducatum matutiniſ cum Smyrneo, & melle exiguo. Mox uino collutum uultum iuniorem præſtat. Inſomnia leuat ſuſpenſum in pului- no, ut dormienteſ olfaciant. Appetentiã ciborum præſtat. Doleſ capitiſ leuat ſuf- ſitum naribuſ. Epiphoriſ oculorū radicem eiſ tuſam imponit Iollaſ: ipſum cum croco pari modo & uino, & per ſe tritum cum polenta, ad magnas fluxioneſ, extra- hendaq; ſi qua in oculiſ inciderint. Nariū quoq; carcinōdeſ conſumit illitum ex aqua. Sedat anginaſ cum melle & Hyſſopo ex aceto gargarizatū. Auribuſ inſundi- tur cum roſaceo. Thoraciſ pituitaſ purgat roſtum, cum melle ſumptum meliùſ. Cū acetabulo Aniſi nuceſ amaraſ quinquaginta purgataſ tere in melle ad tuſim. Præcipuum autem eſt ad ructuſ, ideo inflationib. ſtomachi & inteſtinorū tormini- buſ, & coeliaciſ medetur. Singultuſ & olfactum decoctū potumq; inhibet. Potum

F ſomnum



ANISVM

Enß.

A somnum concitat, Calculos pellit, Vomitiones cohibet, & præcordiorum tumores. Et pectorum vitijs, nervis quoque quibus succinctum est corpus, utilissimum. Prodest eius & capitis doloribus instillari succum cum oleo decocti. Non aliud utilius ventri & intestinis putant, ideo dysentericis & tenacis datur tostum. Dalion herbarius dedit bibendum cum anetho parturientibus. Phreneticis quoque illinunt recens cum polenta. Sic & infantibus comitialia vitium aut contractionem sentientibus. Pythagoras quidem non corripit vitio comitiali in manu habentes, ideoque quamplurimum domi ferendum, Parere quoque facilius olfactantes, Solimenes contra omnes durities ex aceto usus est. Semine eius poto, lassitudinis auxilium viatoribus spondit, Strangulationes uulvae, si manducetur & linatur calidum, uel si bibatur cum castoreo in aceto & melle, sedat. Vertigines à partu cum semine cucumeris & lini pari mensura trinum digitorum, uini albi tribus cyathis, discutit. Vrinam ciet. Venerem stimulat, Cum uino sudorem leniter præstat. Vestes quoque à tinea defendit.

EX SIMEONE SETHI.

Prodest ad uetustos ex frigore iecoris affectus, & ad spirandi difficultatem quæ ex pituita proficiscitur. Flatus qui in uentriculo sunt, digerit. Obstructiones tollit, & lacris copiam facit.

DE ACTE CAP. XX.

NOMINA.



ET H Græcis, Latinis Sambucus nominatur. Reliqua nomina dicemus paulo post, ubi huius genera indicabimus. Sambucus porro uidetur ab autore appellata, cui nomen Sambyx fuit: uel à fabuca musico instrumento, quod alij pectida nominant, alij magadin, Atque hinc est quod Sabucus potius quam Sambucus, si Serenio Quinto credimus, scribendum sit.

Sambucus unde dicta.

GENERA.

B Duo eius genera, Vnum arborefcit, quod priuatim officinæ Sambucum, Germani holder à cõcauitate uocant, Alterum Græcis χαμαιώκτην, quasi humilis, & co- χαμαίωκτην, actæ breuitatis Acte nominatur, Latinis Ebulus, Germanis Artich / uel niderer Ebulus. holder.

FORMA.

Sambucus in arborem assurgit, uirgis harundinum modo rotundis, subcauis, can dicantibus, proceris. Folia tria, aut quatuor, aut quinque, aut sex, aut septem per interualla circa uirgas obtinet, riuicis iuglandis similitudine, graueolentia, pluribus incisuris, in summis ramis siue caulibus umbellas rotundas ferentia. Flores albos, fructum acinumue Terebinthi in nigro purpureum, racemosum, succosum, & uinosum. Ebulus humilis minorque est, herbaceo generi propius accedens, quadrangulo caule, densis geniculis. Folia ex interuallis circa singulos geniculos Amygdalæ similia alæ instar expanduntur, per ambitum setrata, longiora, graueolentia. Umbellam in summo fert Sambuco similem, flores itidem & fructum. Radice nititur longa, digitali crassitudine.

Sambuci.

Ebuli.

LOCVS.

Vtrumque genus in opacis, asperisque potissimum locis, & iuxta aquas emicat. Ebulus uero in agris etiam quibusdam prouenit.

TEMPVS.

Parum ante Solstitium æstiuum floret Sambucus. Tardius autem Ebulus, Iunio nimirum & Iulio mensibus. In Augusto uero baccas suas profert.

TEMPERAMENTVM.


Sambucus uterque calefaciendi ac desiccandi facultatem habet, id quod amaritudo, & adstrictio modica abunde monstrant.

64



SAMBUCVS

Golden.



EBVLVS

Allich.

F 3

C

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Eadem utrisq; facultas, & par usus, exiccās scilicet, aquā educens, stomacho nocens. Folia olerum modo decocta, pituitam & bilem purgant. Quinetiā teneri caules in olla cocti, eadem præstant. Radix in uino decocta & in cibis data hydropicis auxiliatur. Eodem modo pota uiperarum morsibus subuenit. Vuluas emollit & aperit: & quæ circa eas sunt affectiones, decocta cum aqua in fessione corrigit. Fructus cum uino potus eadem efficit. Illitus capillos denigrat. Folia recentia ac tenera cum polenta illita inflammationes mitigant. Ambusti etiam, & canis morsibus illita succurrunt. Profunda & quæ in cauernas dehiscunt ulcera agglutinant. Podagricis, cum taurino hircinōue adipe illita, auxiliantur.

EX GALENO.

Vtraq; Sambucus, & arborefcens & herbacea, exiccandi, conglutinandi, modicē digerendi facultatem obtinent. Paulus Aegineta hæc adiicit: Potē & manducatæ aquam per aluum educunt.

EX PLINIO.

Vtriusq; decoctū in uino ueteri, foliorū, uel feminis uel radicis, ad cyathos binos potum stomacho inutile est, aluo detrahēs aquā. Refrigerat etiam inflammationē, maximē recentis ambusti: & canis morsum cum polenta, mollissimis foliorū illitis. Succus cerebri collectiones, priuatimq; membranæ quæ circa cerebrū est, lenit infusus. Acini eius infirmiores quàm reliqua: tingunt capillū: poti acetabuli mensura, urinam mouent. Foliorū mollissima ex oleo & sale eduntur ad pituitam bilemq; detrahendam. Ad omnia efficacior quē minor. Radicis eius in uino decoctæ duo cyathi poti, hydropicos exinaniunt: uuluas emolliunt foliorū decocto insidentiu. Caules teneri minoris Sambuci in patinis cocti, aluum soluunt. Resistunt folia serpentū ictibus in uino pota. Podagris cum seuo hircino uehementer profunt cauliculi illiti. Idemq; in aqua macerantur, ut ea sparsa pulices necentur. Foliorū decocto si loci. D 204. cus spargatur, muscæ necantur. Boa appellatur morbus popularū, cum rubent corpora, Sambuci ramo uerberatur. Cortex interior tritus, ex uino albo potus, aluum soluit. Ebuli fumo fugantur serpētes. Tenerum cum folijs tritum, ex uino potum, calculos pellit. Impositum testes sanat.

DE AMMI. CAP. XXI.

NOMINA.



AMMI Græcis, Ammi Latinis, Ameos officinis corruptē, Germanis Amey appellari potest.

FORMA.

Ammi caule rotundo & herbaceo cōstat, surculis multis & exiguis: folio oblongo, angusto, per ambitū incisuris diuiso: flore paruo, candido, umbella Anethi: semine exiliori multò quàm Cuminū, gustu Origanū præ se ferente, acri & subamaro: radice candida & multifibra. Esse autem hanc herbam uerum Ammi, feminis in gustu sapor, qui subamarus & acris est, omniū maximē ostendit: talem enim in eo saporē Galenus requirit. Origanū etiam gustu referre uidet. Qui bus accedit antiqui & manuscripti herbarij testimoniū, cuius pictura & descriptio satis docent, hanc herbam esse Ammi genuinū. Inter cætera enim semen Ammios piper gustu referre, ideoq; à nonnullis piperulā dictā esse ait. Id quod certe uerissimum esse cōperies, si semen gustaueris: miram enim huic acrimoniā inesse senties.

LOCVS.

Nusquam in Germania sua sponte nascitur. Satum tamen facillē & magna copia prouenit, sic ut deinceps extirpari uix queat.

TEMPVS.

Augusto mense floret, ac deinceps ubi defloruit, semen abundē producit.

TEMPERA-



67

AMMI

Amey.

F 4

C

TEMPERAMENTVM.

Ammi semen in calefaciendo desiccandoq; ex ordine tertio intenso existit.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Vis semini excafactoria, feruens & exiccās. Facit ad tormina, urinæ difficultatē, uenenatorū morsus cum uino potum. Menstrua ciet. Miscetur derodentib; ex cantharidibus confectis medicamentis, ut inde exortis urinæ difficultatibus resistat. Sugillata cum melle illitum tollit. Colorem potum & inunctū in pallorem mutat. Suffitum cum uua passa aut resina uulvas purgat.

EX GALENO.

Herbæ quam uocant Ammi, semē maximē est utile. Facultatis est excafactorie & desiccatorię, tenuiūmq; partium. Sed & gustu subamarū est, & acre. Et clarum est quod digerat, & urinam moueat.

EX PLINIO.

Inflationes & tormina discutit. Vrinam & menstrua ciet. Sugillata & oculorum epiphoras mitigat. Cum lini semine scorpionū ictus in uino potum drachmis duabus: priuatimq; cerastarum cum pari portione myrrhæ. Colorem quoque bibentium similiter mutat in pallorem. Suffitum cum uua passa, aut resina, uulvas purgat. Tradunt facilius concipere eas, quæ odorentur id per coitum.

DE ARO CAP. XXII

NOMINA.

ARON, ἡ ἀρίστη græcè, Arum & Aris latinè dicitur. Officinæ corrupto, ut solent, uocabulo Iarum appellat. Quidam, quod folium effigie bubuli uestigij prodeat, Pedem uituli uocarunt. Alij, quod dracunculū æmuletur, sola magnitudine discrepans, Serpentariā minorem appellant: neq; id sanè temerè. Videtur enim Aron esse Dracunculus minor, cui Dioscorides folia κισσουδῶν, hoc est, Hedere similia esse dicit, quæ prorsus Ari sunt, nisi quod paulò sint longiora. Plinius etiam Aro eas facultates tribuit, quas Dioscorides Dracunculo minori. Vt hinc coniicere liceat, Arum cum Dracunculo minori miscuisse ueteres. Vulgus, quod pistillum promit exerti ferè genitalis effigie, Sacerdotis uirile nominat. Id quod & Germani nostri faciunt, qui sua lingua *Pfassenpint* nuncupant. Aliàs Aron, & ob uehementem acrimoniam, *teütschen* Ingber uocant.


FORMA.

Folia emittit Dracunculo similia, sed longiora & minus maculata: caulē dodrantalem, purpurascētē, pistilli figura, à quo croci colore fructus exit. Radix illi candida, Dracunculo similis, quæ quod minore acrimonia est, cocta comeditur. Hæ utiq; delineationes ad amussim, nulla reclamante nota, nostro Aro cōueniunt. Siquidem folia promit Dracunculi, longiora, & pauciorib; maculis respersa, caulem dodrantem altum, in purpuram leniter tendentem. Ante seminis partum, sagaci nature artificio dignum, erumpit inuolucrum & cucullum, quod mucronata in turbinem uaginula pistillum complectitur, & suo fouet sinu. Verum ubi fructu prægnans fauiscit in hiatum, solida pistilli facies dilutiore purpura rutilans emergit, & anfractu penitus tandem patente, primum uiridia, dein crocea spectantur semina, quæ in coronæ modum concinnè contexta, imam eius partem ambiunt. Radicem etiam obtinet albam, ad Dracunculi radicem accedentem, ut pictura graphice monstrat. Neque obstat quod Galenus radicem Ari elixam mandiscribat, nostri autem tam acris sit ut uix gustari ob miras & diutinas, quas in lingua ac palato excitat puncturas, possit, tantum abest ut edendo esse queat. Siquidem Galeno libro secundo de alimentorum facultatib; teste, non parem in omnibus regionibus acrimoniam obtinet, sed in nonnullis minimam, ut Cyrenis. Et Plinio quoque lib. xix.

D
Pes uituli.
Serpentaria
minor.

Sacerdotis uirile.

Objectionis dissolutio.



c lib. xix. cap. v. teste, in Aegypto Aron nascitur radice mollioris naturæ, quæ etiam cruda editur. In quibusdam, ut Germania nostra, maximam. Verba Galeni paulò post in facultatum cōmemoratione citabimus. Hinc discendū erit, multa nobis in scriptoribus rei herbariæ, primo statim obtutu pugnantiâ uideri, quæ, si ad cœli regionumq; diuersitatē respexerimus, nihil prorsus pugnantiæ aut absurditatis habebunt. Quod nisi diligenter animaduertas, multas gentinas herbas pro adulterinis abñcias necesse erit. His accedit quod Galenus nō simpliciter dicat mandi Ari radicem, sed elixam. Non est autem mirum si acria etiam edendo fiant, si elixentur. Bis enim aut ter in aqua decocta, Galeno lib. ij. de aliment. facul. cap. ultimo teste, acrimonia spoliantur. Porro si ista sciolis quibusdam haud satisfecerint, dicendū planè erit Arum Germaniæ nostræ esse Arisaron, quod gustu, Dioscoride & Galeno autoribus, acrius est. Quamuis ego cum Ruellio, diligentissimo earum rerum inquisitore, Arisaron ab Aro differre haud putem, quod scilicet forma utriusq; eadem sit. Cuius etiam rei fidem facit ipsa nomenclatura, quæ utriusq; retinuit appellatorem: duobus tandem uocabulis in unum coalescētibus, dici cœpit Arisaron. Apud ueterrimos enim Aris primum; dein posterioribus, copulatis unâ nominibus, Arisaron confictum est nomen.

LOCVS.

Nascitur in syluis, locis umbrosis, humidis & frigidis.

TEMPVS.

Folia statim in Martio, inter primas herbas ueris exiliunt, in Iunio dispereunt, ita ut haud facilè hoc nomine herba ipsa reperiri queat. Semen Iulio & Augusto mensibus reperitur, primum, ut diximus, uiride, mox croceum.

TEMPERAMENTVM.

D Arum Galenus in calefaciendo & desiccando primi ordinis esse statuit. Et locutus est de Aro qui non uehementi acrimonia pollet. Nostrium haud dubiè in tertio ordine calidum & siccum est, ob multam, qua præditum est, acrimoniam.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Radix, semē, & folia Ari eadem Dracunculo uires habent. Radix priuatim cum fimo bubulo illita podagricis prodest, Dracunculi more reponitur. In totū, ob miorem eius acrimoniam edendo est.

EX GALENO.

Arum terrena essentia cōstat, sed calida: proinde extergendi facultatē possidet, uerum non ualentē, sicut Dracontium. Radices eius maximè sunt utiles. Si quidē comestæ crassitiem humorū mediocriter incidunt, adeò ut excreationib. ex pectore idoneæ sint: sed magis tamen aptum est Dracontium. Et in libro secundo de alimentorū facultatibus sic de Aro scribit: Ari radix rapi modo manditur. Quibusdam autem in regionibus acrior nascitur, ut Dracontio ferè similis sit. Dum rectè parare uoles, prioris decoctionis aqua effusa, repentè in alteram calidam inijcere oportet, ut in Brastica & Lente dictū est. Cyrenis cōtrā quàm in nostra regione planta se habet: nam illic minimū medicamentosi, minimūq; acrimoniæ habet, adeò ut uel rapis utilior reputetur: idcirco radicē quoq; in Italiā cōportant, ut quæ absq; ut putrescat aut regerminet, longo tempore perdurare possit. Perspicuū uero est alendis corporibus hanc accōmodatiorē esse. Si quis autem in thorace acpulsione collectos crassos lentosq; humores extussire studeat, acrior ac medicamentosior magis cōueniet. In aqua elixa estur cum sinapi aut aceto, ex oleo & garo. Quinetiā cum obsonijs, & sale, & ijs quæ caseo cōstant, sumitur. Haud uero obscurū est, succum eius qui in iecur ac uniuersum corpus diffunditur, quo uno animal nutritur, crassius esse, idq; maximè quum radix, quemadmodū sunt quæ Cyrenis aduehuntur, medica ui caruerit. Apud nos nanq; in Asia, plerq; Ari radices acriores sunt, & medicamento sam iam uim obtinent.

EX PLINIO.

A

EX PLINIO.

Aron miris laudibus extulere Græci, primum in cibis † ſceminarum præferen-
tes, quoniam mas dulcior eſſet, & in coquendo lentior, pectorisq; uitia expurgaret:
aridum in potione inſperſum, aut ecligmate, urinam & menſes cieret. Sic & in oxy-
melite potum, ſtomacho: interaneis exulceratis ex lacte ouillo bibendum, ad tuſ-
ſim in cinere coctum ex oleo dedere. Alij coxere in lacte, ut decoctum biberetur.
Epiphoris elixum impoſuere: item ſugillatis, conſillis. Ex oleo hæmorrhoidum
uitio inſudare, lentigines ex melle illinentes. Laudauit Cleophaſtus & pro anti-
doto contra uenena, pleuriticis, peripneumoniacis quoque & tuſſientibus. Semen
intritum cum oleo aut roſaceo inſundens, aurium dolori Dieuches. Cleophaſtus
tuſſientibus aut ſuſpirioſis & orthopnoicis, & purulenta excreantibus, farina per-
mixtum in pane cocto dedit. Diodotus phthiſicis ē melle ecligmate, & pulmonis ui-
tijs, oſibus etiam fractis impoſuit. Partus omnium animalium extrahit naturæ cir-
cumliſtum. Succus radicis cum melle Attico, oculorum caligines, ac ſtomachi uitia
diſcutit. Tuſſim decocti ius cum melle. Vlcerum omnium generum ſiue phagedæne
ſint, ſiue carcinomata, ſiue ſerpant, ſiue polypi in naribus, ſuccus mirē ſanat. Folia
ambuſtis proſunt ex uino & oleo cocta. Aluum inaniant ex ſale & aceto ſumpta.
Etiam luxatis cocta cum melle proſunt. Item articulis podagricis cum ſale, recentia
uel ſicca. Hippocrates ad collectiones cum melle impoſuit. Ad menſes trahēdos ſe-
minis uel radicis drachmæ duæ in uini cyathis duobus ſufficiunt. Eadem potio ſi
a partu nō purgantur, & ſecundas trahit. Hippocrates & radicem ipſam appoſuit.
Dicunt & in peſtilentia ſalutarem eſſe in cibis. Ebrietatem diſcutit. Serpentes nido-
re cum crematur, priuatimq; aſpides fugat, aut inebriat, ita ut torpentes inuenian-
tur. Perunctos quoq; Aro ut laureo oleo fugiunt, ideo & contra icſtus dari potu in
uino nigro putant utile. In folijs Ari caſeus optimē ſeruari traditur.

APPENDIX.

Posteriores medici Aron diſcutiendi, extenuandi, extergendiq; facultatem habe-
re tradunt: ideoq; tumoribus aurium, ſicubus, ſtrumis, ſcirrhisq; mederi, faciei de-
formitatem cutisq; auferre, eius denique radicem in puluerem redactam ſupercre-
ſcentem in uulneribus carnem minuere ſcribunt. Id autem poſſe præſtare, acrimo-
nia ipſa uehemens quæ guſtu ſeſe exerit, abundē monſtrat. Dioſcorides etiam Ari-
ſaron acrimonia haud exigua præditum ſcribit, ideoq; illitum nomas ſiſtere, colly-
riaq; efficaciſſima ex eo cōtra fiſtulas fieri. Deniq; radicem cuiuſcunq; animalis pu-
dendo impoſitam, id corrumpere tradit. Plinius quoq; Ariſaron ulceribus mederi
manantibus, item cōbuſtis & fiſtulis, ſcriptum reliquit. Præterea cōmixtum colly-
rio nomas ſiſtere ait,

Recētioreſ quas
facultates Aro
tribuant.

DE ARCIO CAP. XXIII.


NOMINA.



ΠΡΟΣΟΠΙΟΝ, ἢ προσωπιον, ἢ προσωπις Græcis, Perſonatia Latinis dicitur. Offici-
næ Lappæ maiorem, uulguſ Bardanam uocat, Germani Großflet. Lappæ maior.
ten. Perſonatia hac quondam ad perſonas utebātur, quoties in theatris Perſonatia una
alijs uel locis qui cognosci à populo nollent, egiſſe quidpiā uolebant. Eſt de dicta.
enim foliorū eius tanta amplitudo, ut tota humana facies ijs tegi poſſit: atque hinc
haud dubiē tam Græci quā Latini, nomen illi Proſopij & Perſonatiæ indiderūt.

FORMA.

Perſonatia folia Cucurbitæ ſimilia habet, maiora tamen, duriora, nigriora & hir-
ſuta. Caulē ſubcandidū, interdum nullū. Radicē grandem, candidā intus,
foris nigram. Ex qua deſcriptione nemo nō intelligit, Perſonatiā eſſe eam herbam
quam



PERSONATIA

Grosß Kletten.

A quam hodie vulgus Bardanam uocat, quæ folio constat omnium lapparum maxi- *Bardana.*
mo, parte auersa herbido, aduersa cano, caule in purpureo albicante, grandibus lap-
pis, quæ transeuntium uestibus adhærent, in quibus flos purpureus nascitur, non
euidens, sed occultus, intra se germinans, radice grandi, intus candida, foris atra.

LOCVS.

Nascitur ubiq̃, potissimū circa margines pratorum, & agrorum.

TEMPVS.

Menſe Iulio lappas cum floribus suis producit Personatia.

TEMPERAMENTVM.

Digerit simul & desiccatur, sed & adstringit non nihil.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Radix Personatiæ drachmæ pondere cum pineis nucibus pota, sanguinē & pu-
rulenta excreantibus auxiliatur. Articulorū quoq̃ dolores, qui ex membrorū fra-
ctionibus collisionibꝫ ſunt, trita & illita sedat. Quinetiam folia uetustis ulceri-
bus utiliter illinuntur.

EX GALENO.

Arcium, quod Prosopida uocāt, cuiusq̃ folia Cucurbitę simillima sunt, nisi qua-
tenus tum maiora, tum duriora, discutit simul & desiccatur, sed & adstringit medio-
criter; quamobrem folia eius ueteribus ulceribus mederi possunt.

EX APVLEIO.

Personatiæ herbæ succus cum uino ueteri in potionem datus, omnes morſus ser-
pentium mirificè sanat. Eiusdem folijs cinges febricitantē, & statim febrem mitigat,
caloremq̃ sanat. Vulnus, etiam si cancer erit, cum aqua decoctionis foliorū eius fo-
ueto: deinde ipsam cum nitro & axungia, cum aceto tere, & in panno inducito &
imponito. Ad canum rabidorū morſus radix cum modico sale trita imponit mor-
B ſui, & statim eger liberabitur. Succus foliorum eius cum melle potui datus, urinam
prouocat, & uelicæ dolorem tollit. Puluis feminis eius cum uino optimo per qua-
draginta dies datus, ischiadicos mirabiliter sanat. Folia trita cum albumine oui &
imposita, ambuſta mirificè curant.

EX L. COLVMELLA.

Venena uiperæ pellit super scarificationē ferro factam herba Personatia trita &
cum sale imposita. Plus etiam eiusdem radix contusa prodest contra serpentes. Ex
uino bibitur duūm denariorum pondere. Strumis radix eius medetur: item cum
axungia operitur folio suo imposita.

DE ASCYRO CAP. XXIII.

NOMINA.



ΣΚΥΡΟΝ, ἢ ἀσχυροειδὲς græcè, Ascyron latinè nominatur. Officinis igno-
tum. Germanicè Harthow/id est, durum scenum appellatur. Græci à *Ascyrone*
cōtrario, huic herbæ nomen imposuisse uidentur, σκῦρ enim illis aspe- *dictum.*
ritatem significat. Pulchrè igitur ad Græcam appellationem Germani-
ca alludere uidetur.


FORMA.

Hyperici species est Ascyron, magnitudine differens, maioribus ramis, frutico-
ſius, puniceo colore rubens. Flores fert luteos, semē Hyperico simile, odore resinæ,
quod cum atteritur digitos ferè cruentat.

LOCVS.

In cultis & asperis locis prouenit,

G TEMPVS.



ASCYRVM

Garthow.

TEMPVS.

Aestate, potissimum uero Iulio & Augusto mensibus, floret.

TEMPERAMENTVM.

Essentia tenue est, ideoq; calefacit & desiccatur.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Semen Ascyri potum in hydromelitis heminis duabus, ad ischiadicis prodest dolores: biliosa enim multa excrementa ducit. Sed assidue dari oportet donec conualescant. Præterea illitum ad ambusta conducit.

EX GALENO.

Semen eius purgatoriū. Foliorum uero facultas modice extergens & desiccans, ut & ambusta sanare credantur. Cæterum in uino austero decocta, uinum ipsum magnorum uulnerym glutinatorium efficiunt.

EX PLINIO.

Vfus feminis ad ischiadicis, potus duabus drachmis in hydromelitis sextario. Aluum soluit, bilem detrahit. Illinitur & ambustis,

DE ANDROSAEMO CAP. XXV.

NOMINA.



ΑΝΔΡΟΣΑΙΜΟΝ Græcis, Androsæmon pariter Latinis dicitur. Officinis incognitum. Germanis *Xunrath*/quasi græcè dicas Thrasibula, nominatur. Dictum Androsæmon, quod aut coma, aut floribus eius tritis, hominis sanguinem referat.

Androsæmon unde dictū.

FORMA.

B Differt ab Hyperico & Ascyro Androsæmon. Frutex est prætenuib. ramis, surculosus, puniceo colore rubentibus uirgis, folijs triplo quadruplæue maioribus quam Rutæ, quæ contrita sanguineum succum remittunt. Alarum caua habet plura, in summo alarum auium modo pennata expansæ, circa quas flosculi pusilli lutei. Semen in calyce, nigro papaueri simile, ueluti punctis depictum distinctumue. Coma trita resinofum odorem reddit.

LOCVS.

Locis iisdem quibus Ascyron prouenit.

TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit & desiccatur.

VIRE EX DIOSCORIDE.

Androsæmi semen tritum, potumq; duarum drachmarum pondere, biliosa alui excrementa ducit. Ischiadicis autem potissimum medetur, sed à purgatione aquam sorbere oportet. Herba illita ambusta sanat, & sanguinem compescit.

EX GALENO.

Easdem cum Ascyro facultates obtinet.

EX PLINIO.

Vfus ad purgandam aluum tusæ cum semine, poteq; matutino, uel à cena duabus drachmis in aqua mulla, uel uino, uel aqua pura, totius portionis sextario. Trahit bilem, prodest ischiadicis maxime. Sed postera die, capparidis radicem resine permixtam deuorare oportet drachmæ pondere, iterumq; quadridui interuallo idem facere. A purgatione autem ipsa robustiores uinum bibere, infirmiores aqua. Imponitur & podagris, & ambustis, & uulneribus, cohibens sanguinem.



ANDROSAEMON

Kunrath.

A

NOMINA.



ΠΚΕΥΘΟΣ, ἡ ἀφ' ὧν ἡ γρῆς, Juniperus latinè uocatur. Officinæ latinam appellationem retinuerunt. Germanicè Weckholder / Rhamatber / id est, turdorum bacca uocatur, quod fructibus eius turdi pinguescant. Juniperus autem dici uidetur, quod iuniores & nouellos fructus pariat: sola enim ferè arborum fœtus suos in biennium prorogat, qui ne maturescunt quidem, nouis superuenientibus.

Juniperus una
de diſta.

GENERA.

Juniperus Dioscoridi duplex est, maior & minor, sola arboris & feminis magnitudine inter se differentes. Minor humilis est, sessilibus in terra ramulis, baccis minoribus, radicibus summo cespite fusis. Maior altius adoleſcit, & in iustam arboris magnitudinē exurgit, caudice procero, cortice fragili, ligno fuluo, odorato, latioribus ramulis, aculeorum aceruo stipatis, baccis alteri similibus, maioribus tamen.

FORMA.

Vtriusque facies horrida, coma uirent perpetua, spinaq; potius quàm folio, sed herbacea uestiuntur. Cortex illis membraneus, fragilis, nec difficulter fatiscens, materies fulua, quæ si ignibus dicatur, non iniucundū fumum expirat, qui odoris suauitate graſſantia pestilentiae cōtagia depellit. Ex ea etiā, ut recentiores Græci tradunt, æstiuis temporibus lachryma thuris odorem atque colorem æmulans sudat, quæ caloris officio durata, coëat in gummi. Arabum familia, non sine magna cōfusione nominum, Sandaracham appellat. Officinæ uero Vernicem uocant. Baccas ferunt primum uirentes, deinde per maturitatem nigras, quæ biennio antequam matureſcant in ramis pendent. Hinc sunt qui baccas in ijs esse ternas eodem tempore dicant, anni proximè exacti nondum maturas, & tertij ante præſentem iam maturas, tertias nouas & recentes. Caterum nō desunt qui noſtram Juniperū non genuinam putēt, quod bacca eius ad Dioscoridis magnitudinē, quæ nucis est ponticæ ut fabæ, non accedant. Sed cogitent locum in cauſa esse cur minores producantur: ut plurimum enim omnia quæ in Germania proueniunt, ijs quæ in Græcia nascuntur minora sunt. Nobis etiā Juniperi grana aliunde allata uisa sunt, quæ nucis auellanae quantitatem æquabant: ob id ut magnitudinem ac formam eorundem etiam exprimeret pictor, curauimus.

Sandaracha
Arabum.
Vernix.

Objectionis
dissolutio.

LOCVS.

Amant Juniperi montes, & maritima loca, in planisq; & cultis nasci recusant,

TEMPVS.

Autumno fructus Juniperorū decerpuntur, sed ad bimatum prorogati.

TEMPERAMENTVM.

Juniperus calida & sicca, utrinque tertij ordinis. At fructus similiter quidem calidus est, sed non similiter siccus: uerum in hoc primi fuerit ordinis. Vernix caleſcit & exiccat secundo recessu.


VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Acris utraque est, caleſcit, & urinam mouet. Incensæ suffitu serpentes fugant. Earum fructus, hic quidem fabæ, alijs uero nucis ponticæ magnitudine inuenitur, rotundus, odoratus, in mandendo dulcis, & subamarus. Modicè caleſcit & adstringit, stomacho utilis. Potus ad uitia thoracis, tussis, inflationes, tormina, & uenenata, prodest. Urinam cit. Conuulsis, ruptis, & uulue strangulationibus confert. Folia acria obtinet Juniperus, ideoq; tam ipsa quàm eorum succum ex uino contra uiperarum morsus illini & bibi prodest. Cortex præterea crematus & cum aqua illitus, lepras eximit. Ramentum uero ligni deuoratum, interficit.

G 3

EX GALE-



Baccæ Juniperi maioris.

JUNIPERVS
MINOR.

Weckholder.

A

EX GALENO.

Iuniperi fructus iecur renesq; expurgat, nimirum crassos & glutinosos humores extenuando, eaq; de causa salubribus medicamentis immiscetur. Perexiguum corpori humano alimentum ex eo apponitur. Affatim sumptus hic fructus stomachū mordicat, caputq; calefacit: ex quo illud quandoq; implens, dolore diuexat, Alui excrementa nec retinet, nec propellit. Vrinam ciet mediocriter.

EX PLINIO.

Vtraq; exalfacit & extenuat. Accensa serpentes fugat. Semen stomachi, pectoris, laterisq; doloribus utile. Inflationes languoresq; discutit, tussis concoquit & duritias. Illitū tumores sistit: item aluum, baccis ex uino nigro potis: item uentris tumores illitis. Miscetur & antidotis oxyporis. Vrinās cit. Illinitur & oculis in epiphorīs. Datur conuulsis, ruptis, torminibus, uuluis, ischiadicis cum uino albo potum pilulis quaternis, aut decoctis uiginti in uino. Sunt & qui perungant corpus è semine eius in serpentum metu.

VERNICES VIRES EX REGENTIORIBVS GRÆCIS.

Profluentem è naribus sanguinem sistit, si ex candido oui liquore trita temporibus & fronti illinatur. Eadem uomitionē ex polline thuris & oui albo excepta suppressit. Item profluentem aluum cum eisdem illita firmat. Stomachum in biliosos uomitus effusum, deuorata in ouo sorbili polenta eius cohibet, cruentamq; alui proluuiem retinet. Destillationes suspendit suffitæ nidor, arcetq; ne præcipites ad ima decumbant. Pituitam quæ in stomacho aut intestinis coñt, digerit. Humorē etiā coërcet, qui pernix à cerebro deuoluitur. Tineas & cætera uentris animalia necat. Vliginosos fistularum sinus indita resiccat. Menstruos continet fluxus. Grauedini suffitus eius auxiliatur. Hiantibus manuum & pedum rimis illitu succurrit. Et in summa Succini pollet uiribus, sed paulò efficacioribus: quæ si desit, duplo pondere in uicem substituitur.

DE ALCEA CAP. XXVII

NOMINA.



ALCEA Græcis, Alcea Latinis uocatur. Officinis ignota. Vulgares herbarij & Empirici Simeonis herbam, Germani nostri Sigmarstraut/
oder Sigmundswurz, & Hochleuchten appellant.

Simeonis
herba

FORMA.

Syluestris maluæ species est Alcea, folia Verbenacæ modo secta habens, caules ternos aut quaternos, corticem Cannabi similem obtinentes, Florem exiguum Rosæ similem, Radices albas, latas quinque aut sex, cubitales.

LOCVS.

Nascitur in pingui loco, nec siccio.

TEMPVS.

Floret Iulio & Augusto mensibus.

TEMPERAMENTVM.


Ex emplasticorum medicamentorū numero esse Alceam, & folia, quæ glutinosum quid ac lentorem quendam præ se ferunt, & radix ipsa quæ glutinosa, dulcis, & modicè adstringens apparet gustantibus, abunde monstrant. Hinc satis constat Alceam extra omnem insignem tum caliditatē, tum frigiditatem siccare, ac planè emplasticorum consistentiam obtinere. Vide Galenum lib. iiii, de simpl. medi. facult. cap. iiii, & sequenti.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Alcæ radices in uino aut aqua potæ, dysentericis & ruptis medentur.

G 4 EX PAVLO.



ALCEA

Sigmanskraut.

EX PAVLO.

Alcea syluestris maluæ genus est. In uino pota dysentericæ & rupturis medetur, potissimum ipsius radix.

EX PLINIO.

Vfus radicis Alceæ ex uino uel ex aqua, dysentericis, aluo citæ, ruptis & cõuulsis.

APPENDIX.

Celebratur ad caliginem oculorum ab Empiricis, ita ut non desint qui credant radicem Alceæ è collo suspensam, aciem oculorũ supra modũ acueri, & tueri posse.

DE ADIANTO CAP. XXVIII.

NOMINA.



ADIANTON, ἡ πολύτριχον, ἡ καλίτριχον, ἡ ἐξυνότριχον græcè: Adiantum, Polytrichum, Callitrichum, Cincinnalis, Terræ capillus, & Supercilium terræ latine appellatur. Officinæ hodie Capillum Veneris uocant, quo etiam

Capillus Veneris.

nomine appellari Latinis Apuleius testatur. Germani *Strawenhar* /

Adiantum unde dictum.

uel *Jundstrawenhar*. Adiantum nomen ab euentu accepit, quod folium eius per-

fusum aqua *ἢ σταίνεται*, id est, non madeat, sicco semper simile, ut autor est Theo-

phrastus libro septimo de Plantarum historia, cap. xij. Id quod minimè intel-

ligendum erit de mersione longiore in aqua: nam diutiusmersum ac irrigatum, æ-

quæ ac aliæ herbæ madescit. Quare rectius de imbre descendente è cœlo, cuius stil-

licidium folijs eius non insidet, ut testis est in Theriacis Nicander, accipiendũ ue-

nit. Vel, quod magis arridet, ab interioribus puteorũ parietibus, & fontium margi-

nibus quas coronat, dictum est Adiantum, quod nimirum quasi sitiens illorum

aquas, quas tamen odit & respuit, quærat. Polytrichon autem quasi multicomum,

Polytrichon.

quod capillos multos ac densos faciat, eiusq; defluuia expleat. Callitrichon uero

Callitrichon.

quasi pulchricomũ, quod capillos tingat, pulchrioresq; reddat. Nec alia ratione ca-

Capillus Veneris cur dicta.

pillus Veneris hæc herba dicta est, quàm à speciosis reddendis capillis: nec alio no-

mine Veneris uox adiecta est, quàm quod hæc pulchricoma pingat. Hinc patet

Pharmacopolarum error.

maximus pharmacopolarũ nostri temporis error, qui sub tribus nominibus, unã

& eandem duntaxat herbã significantibus, tres diuersas herbas designatas esse pu-

rant. Aliam enim Polytrichum, aliam Callitrichũ, quam tamen corrupto uocabu-

lo Gallitrichũ uocant: aliam etiam Capillum Veneris esse herbam existimant. Qua-

les autem herbæ sint, Polytrichum, & Gallitrichum illis nominatæ, suis locis osten-

demus.

FORMA.

Folia albicantia Coriandro similia habet, in summo incisuris diuisa. Caules ex

quibus nascuntur prodeuntue, nigros, admodum tenues, dodrantes, nitentesq;.

Necq; florem, necq; semen creat. Folijs uero Coriandri iam quidem erumpentis, uel

paulo antea enati, necdum caulescentis, quæ quidem in infima eius parte quodam-

modo lata sunt, & in extremitatibus incisa, constare Adiantum sciendum erit. Ex

qua nimirũ descriptione manifestissimũ est, eam herbam qua ferè omnes Officinæ

pro Capillo Veneris utuntur, & quam nos à muris in quibus prouenit, Germani-

Ruta muraria non est Adiantum.

cè *Maurrauten* / & *Steinrauten* uocamus, non esse uerum Capillum Veneris,

aut Adiantum: caules siquidem eius non sunt nigri, sed uirides: neque admodum

tenues, sed pro herbæ quantitate crassi: neque splendentes. In summa, neque figu-


ra, neque magnitudo, necq; color, nec natales etiam respondent, quia in siccis & soli

expositis muris nascitur, in humidis contrã Adiantum.

LOCVS.

Locis opacis, palustribusq; & humentibus muris, & prope fontes nascitur. In

Germania



ADIANTVM

Frawenhar.

A Germania tamen nostra, quod sciam, non prouenit; copiose autem in Narbonensi Gallia, & Italia,

TEMPVS.

Aestate uiret, bruma non marcescit.

TEMPERAMENTVM.

Adiantum in caliditate quidem & frigiditate symmetrum est, uerum desiccatur.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Decoctum eius herbe potum, asthmaticis, difficultate spirandi laborantibus, ictericis, lienosis, & urinae difficultatibus auxiliatur. Calculos conterit, & aluum cohibet. Venenatorum moribus, & stomachi fluxionibus cum uino potum prodest. Menses cit & secundas. Sanguinis reiectionem sistit. Cruda herba ad uenenatorum morsus illinit. Alopecias capillis explet. Strumas dissicit. Furfures & achores cum lixiuio exterit. Cum ladano, myrrhino & fusino, aut hyssopo & uino, capillos defluentes continet. Decoctum eius cum lixiuio & uino abstergit. Gallinaceos & coturnices cibis eorum additum pugnaciores facit. Seritur & magna utilitate circa ouilia.

EX GALENO.

Extenuat Adiantum & discutit. Alopecias capillis uestit, strumas & abscessus digerit, lapidesque frangit epotum. Viscosorum crassorumque ex thorace pulmoneque ex creationibus non mediocriter confert, & uentris fluxiones sistit.

EX PLINIO.

Vide infra caput de Trichomane.

DE VITE VINIFERA CAP. XXIX.

NOMINA.



ΜΡΕΛΟΣ οἰνοφόρος καὶ ἡμιαὶ græcè, Vitis uinifera & satia seu culta latine appellatur. Germanicè Weinreb. Vitis autem, quod inuitetur ad uas pariendas, dicta esse primo uidetur.

Vitis unde dicta.

GENERA.

Innumera uitium reperiuntur genera, quae singula persequi superuacaneum esse uidetur. Si quis tamen illa disquirere desiderat, rei rusticae scriptores, Pliniumque libro xiiij, naturalis historiae, qui diligentissime de his scripsit, legat.

FORMA.

Vitis caduca est, & nisi sit fulta, fertur ad terram. A radice eius caudex unus contortus exit, qui in ramos frequentes scinditur. Multiplici cortice cingitur, rimoso, flagellis longè lateque uagantibus, quibus se quasi suis manib. erigit, & quicquid nata est complectitur. Sarmentis, folijs latis, & in extremitatibus incisis, lasciuientibus. Floribus fructum ambientibus lanugineis. Vua compluribus acinis aceruata, qui interdum purpureo, nonnunquam roseo, aliquando uiridi colore fulgent. Se minibus tunica clausis.

LOCVS.

Passim & in multis Germaniae nostrae regionibus nascitur: & uix hortum inuenies in quo non proueniat.


TEMPVS.

Floret solstitio uitis, autumno autem uuas maturas profert.

TEMPERAMENTVM.

Omnium partium uitis temperamentum ex facultatum enarratione patefcet. Vuae tamen immaturae & acerbae frigidae & siccae sunt; maturae uero calidae & humidae in primo gradu, autore quidem Simeone Sethi.

VIRES



VITIS VINIFERA

Weinreb.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

A

Vitis uiniferæ folia capreoliq̃ trita & illita capitis dolores, stomachiq̃ inflamma-
 tiones & ardorem cum polenta mitigant. Folia etiam per se imposita, utpote quæ
 refrigerant & adstringunt. Succus ex ipsis potus dysentericis, sanguinem expuen-
 tibus, stomachicis, & citra laborantibus mulieribus prodest. Madefacti in aqua ca-
 preoli & poti, eadem efficiunt. Lachryma uero eius quæ ueluti gummi in caudici-
 bus cōcrescit, pota cum uino calculos pellit. Illita lichenas, scabies & lepras sanat.
 Oportet tamen locum antea nitro cōfricasse. Eadem cum oleo frequenter inuncta,
 pilos denudat: potissimum ichor, aquosusue humor, qui ex incensis uiridibus sar-
 mentis exudat. Hic etiam myrmecias inunctus eijcit. Cinis sarmentorū & uinaceo-
 rum circa sedem quæ antea ablata amputatæ sunt condylomata & thymia, cum
 aceto illitus sanat. Confert luxatis & uiperarū moribus. Lienis inflammationibus
 cum rosaceo & ruta, & aceto illitus. Vua recens quæuis aluum turbat, & stomachū
 inflat. Minus horum particeps quæ aliquandiu decerpta pependit, quod in ea co-
 pia humoris exaruerit. Stomacho accommodata est, appetentiāq̃ cibi excitat, & im-
 becillis cōuenit. Quæ autem in uinaceis, aut uinario uase seruata sunt, ori & stoma-
 cho gratæ sunt. Aluum sistunt, uescam tamen & caput tentant. Profunt sanguinē
 excreantibus. Similes ijs sunt quæ in mustum cōiectæ sunt. Quæ uero sapa aut mu-
 sto cōditæ, stomachum magis infestant. Reponunt & coelesti cum aqua prius pas-
 sæ factæ, minusq̃ uinosæ fiunt, siticulosis, ardentibus & longis febribus utiles. Vi-
 nacei carum reconditi, inflammatis, duris, turgentibusq̃ mammis cum sale illinun-
 tur. Vinaceorū decoctum dysentericis, cœliacis, & fluxui muliebri infusum cōfert.
 Ad infestiones quoq̃ ac clysteres assumitur. Nuclei acinorum adstringunt, stoma-
 cho grati. Tosti autē & triti & pro farina illiti, dysentericis, cœliacis & stomacho re-
 solutis profunt. Vua autem passa alba magis extenuat. Caro illarum comesta, ar-
 teriæ, tussi, renibus ac uescicæ confert. Estur in dysenteria per se cum nucleis. Admi-
 xta milij & hordei farinæ & ouo, accum melle frixa, & per se etiam sumpta, atque
 cum pipere cōmanducata, ad capitis pituitam purgandam ualet. Testium inflam-
 mationes sedat, cum fabarum & cumini farina illita. Epinyctidas, carbunculos, fa-
 uos, & in articulis putredines & gangrænas, sine nucleis trita, & cum ruta imposi-
 ta, sanat. Podagræ cum opopanace illita auxiliatur. Mobiles ungues illita celeriter
 adimit. Vini facultates tu ipse ex Dioscoride, Galeno, & Plinio pete: superuaca-
 neum enim, imò tēdio plenum esset eas in uniuersum omnes cōmemorare.

Folia & Cas
preoli.

Lachryma.

Vua.

Vide Galenū li-
bro ij. de alimen-
torū facul. tripli-
cem hunc seruā-
darum uuarum
modum expli-
cantem.Serapion legit,
adstringit.

B

EX GALENO.

Vitis satiuæ & cultæ ad similes facultas est syluestri, sed ad omnia imbecillior. Vi-
 tis uero syluestris racemi, extergendi uim obtinēt, ut ephelæ & næuos, & id genus
 quæcunq̃ in cutis superficie fiunt, curare possint. Habent uero & adstrictionem
 quandam ipsi, & extrema germina, quæ & sale condiri assolent. Plura de uuis ha-
 bet idem Galenus lib. ij. de aliment. facul. cap. de uuis.

EX SIMEONE SETHI.

Vua plus nutriunt reliquis oporis, minus tamē ficis: neq̃ mali succi sunt, si ma-
 turæ fuerint exquisitæ. Tamen his nō robusta, nec densa, sed laxa & flaccida caro gi-
 gnitur. Maximum quidem harum bonum, ait Galenus, quod celeriter subeunt,
 atque ideo si retineantur, lædunt: nec enim tunc probè cōcoquuntur, sed crudum
 gignunt humorem, qui non facile in sanguinē transmutetur. Nucleorum natura,
 sicca & quodāmodo adstringens est. Pertranseunt igitur omnia intestina, non altē-
 rati. Pensiles uero uuæ, neq̃ sistunt uentrem, neque proritant, cæteris autem faci-
 lius cōcoquuntur. Neq̃ uuarum parua est in dulcedine, & austeritate, & aciditate
 differentia. Dulces quidem calidiorem habent succum, austeræ uero & acidæ frigi-
 dum Aluum subducūt dulces, & maximè quando humidæ fuerint. Omnium itaq̃
 tutissimus usus est quādo carnosæ fuerint & maturæ, & mediocriter quis ipsas assu-

H mat.

c mat. Vuæ quæ albæ sunt, magis subducunt aluum quàm nigræ. Omnes uero ciborum appetentiã excitant, & uenerem. Conuenit cum eduntur membranã & nucleos expuere, quod difficulter cõficiantur. Quæ immaturæ sunt, uentrem sistunt, & stomacho bonæ. Caliditatem à flaua bile ortam sedant. Minus uero nutriunt. Oportet autem nõ solum uuas, sed etiam omnes fructus molli cortice præditos humidos, ante reliquos cibos apponere.

DE ACONITO CAP. XXX.

NOMINA.

Aconitum cicutum.



KONITON Græcis, Aconitum Latinis dicitur. Sic autem Theophrastus lib. ix. de Plantarũ historia teste, non ἀκόνιτον, id est, à cautibus, sed ab Aronis Periandynorũ pago, ad Heracliam Ponti sito, uocatum est. Alij quod uis eadem in mortem esset, quæ cotibus ad ferri aciem detrahendam, statimq; admota uelocitas sentiretur. Sunt qui aliam ob causam, quam referre minimè necessarium duco, sic nominatum fuisse existiment.

GENERA.

Pardalianches. Duo Aconiti sunt genera: unum Græcis Pardalianches dictum, quod pardi eo necentur. Vocatur etiam Scorpionum, quod radicẽ Scorpioni similem habeat. *Scorpionum.* Vulgus herbariorũ Vuam uersam, & uulpinã, Germani *Wolfsbeer* / & *Dolwurz* nominant. *Vua uersa.* Alterum Lycoctonon Græcis dicitur, quoniam deuoratum lupos confestim interficit. *Lycoctonon.* *Luparia.* Vulgus Lupariam, Germani *Wolfswurz* appellant.

FORMA.

Pardalianches descriptio. Pardalianches folia habet tria aut quatuor Cyclamino uel syluestri Cucumeri similia, minora tamẽ, & subaspera. Caulẽ dodrantalem, Radicẽ scorpionis caudæ similem, alabastrĩ modo nitentem. Ex hac descriptione omnibus liquidò apparet, herbam eam quam Vuam uersam aliqui nominant, cuiusq; hic picturam exhibemus, primum esse Aconiti genus: habet enim tria aut quatuor folia, eaq; Cyclamini specie. Caulẽ palmi altitudine, & radicẽ incuruam, scorpionum caudæ similem, alabastrĩq; modo splendentẽ. Quibus etiam accedit quod manuscriptus & uetustissimus herbarius planissimè eam herbã quam hic damus pro Aconito pingat. Germanica etiam nomenclatura satis indicat hanc herbam ob suam facultatẽ perniciosam esse Aconiti speciem. *Lycoctonon.* Lycoctonon Platani folia habet, magis tamen incisã diuisãue, longiora & nigriora. Caulẽ ueluti Filix, cubiti altitudine, aut maiorẽ: pediculus glabrum. Semen in siliquis aliquatenus longis. Radices cirrĩs marinarum squillarum similes, nigras. *Luparia.* Vnde iterum constat Lupariam uulgò appellatam, esse alteram Aconiti speciem: ea enim folia Platani, quæ Cici aut Vitis folijs similia sunt, multas habentia diuisuras, obtinet. Caulẽ Filici similem, pediculũ glabrum. Florem oblongum, luteum, post quem longæ proueniunt siliquæ, in quibus est semen. Radices etiam nigras, ut nemo subinde quin uerum sit Aconitum dubitare possit.

LOCVS.

Primum Aconiti genus passim in nemoribus & collibus quibusdam nascitur: alterum autem in montium uallibus altissimis. Magna autem illius copia est circa montem haud ultra unum lapidẽ à Tubinga situm, quem Germanica uoce *Sarrenberg* nominant.

TEMPVS.

Aconiti primum genus Maio mense potissimum erumpit. Alterum autem æstate, Junio & Iulio mensibus floret.


TEMPERAMENTVM.

Erosione & putrefactione enecant Aconita, ideo toto genere letalia sunt.



ACONITVM
PARDALIANCHES


Dolwurtz.



H 2

ACONITUM
LYCOCTONON

Wolffswurzt.



VIRES EX DIOSCORIDE.

* Ferunt Aconiti primi radicem scorpionī admotam eum resoluere, & ē diuerso admoto elleboro excitari. Ocularibus medicamentis dolorem tollentibus misce-
tur. Enecat pardos, sues, lupos, & feras omnes, carnibus impositum & obiectum.
Alterius radice ad luporum uenationes utuntur. Insertæ carnibus crudis, & à lupis deuorata, eos enecant.

EX GALENO.

Aconitum Pardalianches putrefaciendi facultatem obtinet & letale est, itaq; in cibo potuq; fugiendum: attamen ad putrefaciendū colliquandūue quædam ex-
tra corpus, aut circa sedem, idoneum est. Herbarū radix ad hæc utilis est. Alte-
rum similem priori facultatem habet, sed peculiariter lupos, sicut illud pardos, in-
terficere consuevit.


EX PLINIO.

Constat omnium uenenorū ocysimum esse Aconitum, & tactis quoq; genita-
libus scemini sexus animalium, eodem die inferre mortem. Hoc tamē in usus huma-
næ salutis uertēre, scorpionū ictibus aduersari experiendo aconitum datum in ui-
no calido. Ea est natura ut hominē occidat, nisi inuenerit quod in homine perimat;
cum eo solo colluctatur, uelut pari intus inuento. Sola hæc pugna est cum uenenū
in uiscerib; repererit: mirumq; exitialia per se ambo cum fuerint, duo uenena in ho-
mine cōmoriuntur, ut homo supersit. Imò uerò etiam ferarum remedia antiqui pro-
diderunt, demonstrando quomodo uenenata quoque ipsa sanarentur. Torpescūt
scorpiones Aconiti tactu, stupentq; pallentes, & uinci se consentunt. Auxiliatur
eis elleborum album, tactu resolvente: ceditq; aconitum duobus malis, suo & om-
nium. Tangūt carnes aconito, necantq; gustatu earum pantheras, ob id quidam
Pardalianches appellauere.

Legendum enim
τὴν τῆς ἐκτος
σώματος, &
non τὴν τῆς σῶ-
ματος, ut ha-
bet exemplar Al-
dinum: stipulan-
tibus huic lectio-
ni Aëtio, Paulo,
& antiquo inter-
prete Latino.

DE ARISTOLOCHIA CAP. XXXI

NOMINA.

PISTOLOXIA Græcis, Aristolochia Latinis, barbaris & officinis cor-
rupta uoce Aristologia, quemadmodū etiam Germanis Holwurß / &
Ostfelucey nominatur. Dicta autem est Aristolochia, quod ἀρίστη τῶν λο-
χῶν, id est, optima puerperis sit, utpote quæ remoratos menses, hæren-
tes secundas, & reliquias omnes à partu expellat.

Aristolochia us-
de dicta.

GENERA.

Aristolochiæ Dioscorides & alij Græci tria esse genera statuunt. Vna est quæ ro-
tunda & scemina dicitur. Altera longa & mascula. Tertia Clematidis, quasi dicas
sarmentaria, appellatur. Harum certē nullam præter longam officinæ Germaniæ
nostræ agnoscunt. Nam qua sub Aristolochiæ rotundæ nomine utuntur herba,
minimè genuina est, ut paulò post euidētissimis argumentis ostendemus. Plinius
tribus ijs generibus addit quartum, ac Pistolochiā uocat, quæ certē ea est quam no-
stræ officinæ Aristolochiam rotundam, & Germani Xunde Holwurß falso appel-
lant, ut in eius descriptione fusiùs docebimus.


Germaniæ offi-
cine solam lon-
gā Aristolochiā
agnoscunt.

Pistolochia
quæ.

FORMA.


Aristolochia rotunda folia Hederæ similia habet, cum acrimonia odorata, subro-
tunda, tenera, cum multis in una radice germinibus: sarmenta illi sunt oblonga, flo-
res candidi, pileolis similes, in quibus quod rubet grauiter odoratū est. Radix illius
rotunda, rapo similis. Ex ijs quidem uerbis sole clarius sit Aristolochiā rotundam
officinarum, & qua cōmuniter omnes utuntur, non esse eam quam Dioscorides at-
que alij ueteres pingunt. Hæc enim non Hederæ folia, sed Rutæ potius, maiora ta-
men habereprehenditur. Neque etiam odorata, neq; subrotunda sunt. Grauis

Aristolochia ro-
tunda.



ARISTOLOCHIA
ROTVNDA

Pang holwurty.



PISTOLOCHIA

Runde holwurtz.

Radix rotunda & solida.

H 4

c etiam qui ex floribus exhalat odor, in nostræ Aristolochiæ floribus nusquam apparet. Radix denique etsi rotunda sit, tamen quia concaua est, globiq; formam obtinet, rapo, quod solidum est & oblongum, similis dici non potest. Non later tamen interdum etiam reperiri eius generis radices prorsus rotundas ac solidas, ut altera pictura monstrat; uerū cum reliquæ Dioscoridis notæ absint, legitima Aristolochia esse haud potest. His accedit, quod manuscripti herbarij pictura planè hanc Aristolochiā Hederæ folia habere doceat, ut hinc etiam euidentissimū sit nostram nō esse genuinā. Aristolochia longa, folia quàm rotunda longiora habet. Ramulos tenues, altitudine dodrantes. Florē purpureū, grauiter odoratū, qui cum defloruerit pyro similis sit. Radicē digiti crassitudine dodrantalē, aut longiorē. Tam huius uero quàm prioris radix colore buxæ, gustu amara, & odore uiroso est. Hæc sanè descriptio non abhorret à nostra Aristolochia, quæ Hederæ etiam folijs cōstat, ramulisq; tenuibus. Nec obstat quod hæc non purpureos, sed luteos potius flores habeat: nam ut in Symphyto magno uberius dicemus, non ubiq; terrarum, earundem etiam herbarum flores similes esse, euidentissimū sit in Boragine, & Consolida maiore hodie nominatis herbis. Quamuis autem lutei sint, grauiter tamen odoratos esse constat. Dein ubi flos nostræ etiam Aristolochiæ defloruerit, tum pyro similis sit, ut pictura etiam pulchrè monstrat. Sed hic obtrudet nobis quispiam Dioscoridem, qui Gentianæ radicem Aristolochiæ longè similem, crassamq; esse scribit: huius autem nostræ nedum digiti crassitudinē obtinet, tantum abest, ut quantitate Gentianæ radici similis esse queat. Respondeo, hæc quidem uera esse, sed nihil mirum esse si apud nos minor reperiatur: uariatur enim in una etiam & eadem herba iuxta regiones diuersas radicū magnitudo. Sic uisa est nobis radix Aristolochiæ rotundè multò quàm sit maximus digitus maior & crassior. Hæc tamē in Italia pro uenerat. Nec dubiū est quin nostræ etiam radix maior futura sit ubi cultus, & terra apta admodum accesserit. Nam ut Theophrastus lib. i. de histo. plant. cap. v. auctor est, quædam ob culturam diuersa efficiuntur, atque à sua natura discedunt. Sic Malua in altum se attollit, & arborefcit, atq; in longitudine & crassitudine instar hastæ grandescit. Quid multa? cum nostra maxima etiam prædita sit amaritudine, tutò illa pro uera & genuina, nihil obstantibus floribus luteis, & radice minima, uti licebit. Clematidis ramulos habet tenues, folijs subrotundis, minori Semperuiuo similibus, plenos: flores Rutæ haud dissimiles. Radices longiores, tenues, corticem crassum habentes, & odoratum. Pistolochia à Plinio lib. xxv. cap. viij. ijs pingitur uerbis: Est & quæ Pistolochia uocatur, quarti generis, tenuior quàm tertia, densis radicis capillamentis, iunci plenioris crassitudine. Hanc quidam Polyrhizon cognominant. Ex ijs autem uerbis nemo nō intelligit, Aristolochiam rotundam uulgo uocatam, esse Pistolochiam; hæc enim supra modum tenuis, uel ut apertius dicam, tenera herba est. Radix etiam multis capillamentis uestita, crassioris etiam iunci magnitudine, atque adeo concaua, ut pictura monstrat. His accedit, quod hæc quæ rotunda uocatur cauis ulceribus proffit, quam etiam facultatem Pistolochiæ, ut paulò post patebit, Plinius tribuit. Et quid multis opus est uerbis? nomē ipsum abundè docet esse Pistolochiam; creditur enim, quamuis reuera non sit, esse Aristolochia hodie quoq; haud secus quàm Plinij temporib. Hæc, ut totam eius faciem teneas, caulem habet rotundum, leuem, folia Rutæ hortensis, latiora tamen, flores ferè Eranthemī, purpureos: illa candidos, ut pictura quæ utrosque unà completitur, pulchrè monstrat, quibus abeuntibus, filiquas profert refertas semine atro, lentibus haud dissimili: radices, ut ostensum est, hæc rotundam & cauam, illa uerò rotundam, at omni tempore solidam obtinet, colore subcroceam.

L O C V S.

Vera rotunda, quod sciam, nusquā in Germania nostra nascitur. Longa passim in uineis, ac hortis alijs prouenit. Pistolochia in syluis & locis umbrosis.

T E M P U S.

TEMPVS.

A

Longa Iunio & Iulio mensibus florer, Pistolochia in Martio & Aprili, quo praeterito statim etiam disperit.

TEMPERAMENTVM.

Cum supra modum amaræ & subacres sint Aristolochiæ, calidas & siccas esse in secundo, uel, quod magis credibile est, in tertio ordine rectè statuemus.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Rotunda contra alia uenena ualet. Longa uero drachmæ unius pondere cum uino pota & illitæ, duersus serpentes & letalia. Menses, secundas & foetus omnes in utero consistentes cum myrrha & pipere pota pellit. In pefso subdita eadem potest. Rotunda ad eadem omnia ad quæ prædicta conducit: ampliusq; asthma, singultui, rigori, lienî, ruptis, cõuulsis, laterisq; doloribus ex frigida aqua pota auxiliatur. Surculos & spicula extrahit. Squamas ossium illita educit. Putrescentia excarificat, & sordida ulcera expurgat. Caua cum Iride & melle explet. Exerit gingiuas & dentes. Creditur & Clematidis ad eadem prodesse, efficacia tamen prædictis minor inferiorq; est.

EX GALENO.

B

Aristolochiæ radix ad medicaciones utilissima est, amara & subacris. Sed ex illis tenuissima est rotunda, & in omnibus efficacior. Aliarum uero duarum Clematidis uocata magis odorata est: itaque ea ad unguenta utuntur unguentarij: sed ad sanationes infirmior. Longa uero minus quidem tenuis est quàm rotunda, sed nec ipsa inefficax, uerum abstergerendi & calefaciendi facultatem possidet, minus tamen quàm rotunda abstergit atque digerit: sed non minus calefacit, imò fortassis etiam plus. Itaque in quibus usus est mediocriter abstergere, cõmodior est longa, quemadmodum in carnis exulcerationibus, & in uteri fomentationibus. In quibus autem crassum humorem ualidius extenuare oportet, illic usus est rotundæ. Quapropter dolores ab obstructione aut crassitie crudorum flatuum natos magis curat rotunda, & surculos extrahit, & putredines sanat, & sordida ulcera repurgat, ac dentes gingiuasq; candidas efficit. Auxilio est asthmaticis, singultientibus, comitialibus, podagricis cum aqua frigida pota. Ruptis etiam conuulsisq; ut si quod aliud medicamentum, idonea est.

EX PLINIO.

Valent radice tantum. Rotunda contra serpentes. Oblonga in summa tamen gloria est etiam modo. A conceptu admota uuluis in carne bubula, mares figurat, ut traditur. Quæ Pistolochia & Polyrhizos cognominat, cõuulsis, contusis, ex alto præcipitatis, radice pota ex aqua, utilissima esse tradit. Semine pleuriticis & neruos confirmare, excalfacere. Putrida ulcera exest, sordida expurgat, uermesq; extrahit Aristolochia. Clauos in ulceribus natos, & infixæ corporis omnia, præcipuè sagittas, & ossa fracta, cum resina. Caua ulcera explet per se, & cum Iride: recetia uulnèra ex aceto.

APPENDIX.

Et si nostram Aristolochiā rotundam nō genuinam esse dixerimus, tamen ob id in medico usu non repudianda erit. Quum enim habeat & in folijs & in radice acrimoniam, eamq; non leuem quidem, si genuina desit, sine omni discrimine illa uti licebit ad omnia ea ad quæ uera usurpatur.

DE AMPELO



VITIS ALBA

Stickwurtz.

NOMINA.



ΜΡΕΛΟΣ λευκή, ἢ Βρυονία, ἢ Φιλοθρόν. græcè: Vitis alba, Psilothrum latine appellatur. Officinis & herbarijs Bryonia. Vulgus Viticellam nominat. Germanicè Stickwurz / Schießwurz / Kaskiwurzel / Hunds türb / Römischcrüb / Wilder zitron / Teufelskrut uocatur. Vitis alba uero dicta, non quod uitis sit, sed quod uiti similis existat. Sic etiam Viticella. Psilothrū, quod ex eius acinis coria depilari ac cōfici possint, Bryonia uero à Βρύω fortè, quod est pullulo atque adeo extollo, & exalto, eò quod in adiacentibus sibi frutices scandens se exaltet atq; latè pullulet.

Bryonia.

vitis alba cum dicta.

psilothrum unde.

Bryonia.

FORMA.

Sarmenta, folia, capreoli, satiuæ uiti similia sunt, hirsutiora tamen omnia. Propinquis fruticibus se implicat capreolis apprehendens. Fructum habet racemosum, rubentem, quo coria depilant. Radix alba, crassa & magna.

LOCVS.

Passim in sepibus & senticetis nascitur, eosq; quos prope se nanciscitur frutices scandit, ut eleganter in carmine suo Columella cecinit, dicens:

*Quæq; tuas audax imitatur Nyctie uitæ,
Nec metuit senteis: nam uepribus improba surgens
Achrados, indomitas bryonias alligat ulmos.*

TEMPVS.

Floret tota æstate in bonam usq; partem autumnī, in quo fructum producit, qui primum uiridis est, dein ubi maturitatem consecutus fuerit, rufus esse incipit.

TEMPERAMENTVM.

Prima germina subamaram & modicè acrem adstrictionem habent. Radix autem desiccata & moderatè calefacit.

VIRE.

EX DIOSCORIDÈ.

Bryoniæ in prima germinatione asparagi elixi manduntur, urinam & aluum cientes. Folia, fructus & radix, acrem uim habent: eapropter chironijs, gangrænicis, phagedænicis, & tibiis putrefacientibus ulceribus cum sale illita auxiliantur. Radix abstergit corpus & erugat. Vitia faciei, uaros, lentigines, & cicatrices nigras, cum eruo, terra chia, & scenogræco emendat. Ad eadem prodest decocta in oleo usquedum liquecat. Sugillata tollit, & digitorū pterygia compescit. Cum uino illita inflammationes discutit, & abscessus rumpit. Ossa extrahit, trita & illita. Miscetur aptè medicamentis quæ exedendo sunt. Bibitur comitalibus drachmæ pondere quotidie per annum. Attonitis & uertigine laborantibus consimiliter assumpta prodest. Cōtra uiperarum ictus pota drachmīs duabus prodest. Fœtus necat. Mentem aliquando subturbat. Cit urinam pota. Eclegma ex ea fit cum melle, quod præfocatione oppressis, tussientibus, latera dolentibus, & ruptis datur. Apposita utero, fœtus & secundas trahit. Lienem trium obolorum pondere ex aceto triginta diebus pota consumit. Illinitur utiliter cum fico ad eadem. Ad inessus decoquitur: uulvas siquidem purgat, & abortum facit. Vere ex radice eius exprimitur succus, bibiturq; cum aqua mulsa ad eadem, pituitam ducens. Fructus eius ad pforas & lepras illitus & inunctus facit. Lactis abundantiam efficit succus eius fructus, si cum tritico decocto forbeatur.

EX GALENO.

Vitis albæ, quam etiam Bryoniā uocant, prima quidē germina ab omnibus pro more per uer eduntur, utpote edulius stomacho eò quod adstringat gratū. Habent etiam amaram & modicè acrem adstrictionē, quare urinā moderatè mouent. Radix autem abstergentem nonnullam, desiccantem & tenuium partium, ac moderatè ca-


rate calidam uim obtinet, quamobrē & lienes induratos liquefacit tum epota, tum foris cum ficibus imposita. Pforam etiam ac lepram sanat. Racemosus eius fructus pelles tingentibus utilis est.

EX PLINIO.

Bryoniæ asparagi decocti in cibo aluum & urinam cient. Folia & caules exulcerant corpus: utique ulcerum phagedænis, & gangrænis, tibiarumq; tedio cum sale illinuntur. Semen in uua raris acinis dependet, succo rubente postea croci. Nouere id qui coria perficiunt: illo enim utuntur. Pforis & lepris illinitur. Lactis abundantiam facit coctum cum tritico, porumq;. Radix numerosis utilitatibus nobilis: contra serpentium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia cutis in facie, uarosq; & lentigines, & fugillata emendat, & cicatrices. Eademq; præstat decocta in oleo. Datur & comitialibus potus. Item mente comotis, & uertigine laborantibus, drachmæ pondere quotidie anno toto. Et ipsa autem largior aliquanto, purgat sensus. Illa uis prædara, quod ossa infracta extrahit in aqua imposita, ut Bryonia: quare qui dam hanc albam Bryoniam uocant. Suppurationes incipientes discutit, ueteres maturat & purgat. Cit menses & urinam. Eclegma ex ea fit suspiriosis, & cõtra lateris dolores, uulsi, ruptis. Splenem ternis obolis pota triginta diebus cõsumit. Illinitur eadem cum fico & pterygijs digitorum. Ex uino secundas fceminarum apposita trahit: & pituitam, drachma pota ex aqua mulla. Succus radicis colligi debet ante feminis maturitatem: qui illitus per se & cum eruo, lætiore quodam colore, & cutis teneritate mangonizat corpora: serpētes fugat. Tunditur ipsa radix cum pingui fico, erugatq; corpus, si statim bina stadia ambulentur. Aliàs urit, nisi frigida ablua.

DE AMPELOMELAENA CAP. XXXIII.

NOMINA.

D  **M**PEΛOZ *μελαυρα* Græcis, Vitis nigra Latinis nominatur. Officinis in cognita. Germanis Walbreben/oder Lynen/oder Lenen uocat. Nigra uero uitis dicta est à radice nigra, & quod uitis similitudinē obtineat.

FORMA.

Folia Hederæ similia habet, magis tamen ad Smilacis folia accedentia, cui & caules similes obtinet: maiora tamen eius folia quàm illius sunt. Clauiculis hæc etiam arbores amplectitur. Semen racemosum, initio herbaceum, cum maturuit deinde nigrum. Radicem foris nigram, intus buxei coloris. Ex qua delinatione omnibus cõstat herbam hanc cuius picturā exhibemus, esse uitem nigram. Folijs enim Hæderæ, maioribus tamen, Smilaci proximioribus, caulibus quoq; cognatis. Clauiculis suis arbores perinde atque adminicula comprehendit. Semen racematim coheret, inter principia uirens, post maturitatem nigrescens. Radix foris atra, intus buxeo colore nitet. Flores eius, quod omisit Dioscorides, sunt candidi, & odorati, quibus decidentibus semen subnascitur plumis quasi uestitum, aut barbæ canæ effigiem præbens.

LOCVS.

In frutetis & dumetis potissimum nascitur.

TEMPVS.


Floret Iulio mense, Augusto uero semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Idem quod uitis alba temperamentum habet.

VIRES EX DIOSCORIDE.

Huius caules in prima germinatione olerum modo manduntur, urinæ & menses ducendis utiles. Idem lienes minuunt. Comitialibus, uertiginosis, & resolutis accomodati sunt. Radix eadem præstat quæ uitis albæ, minus efficax tamen. Folia cum



VITIS NIGRA

Lynen.

lia cum uino illita ad iumentorum ceruices exulceratas conducunt, Quinetiam luxatis eodem modo imponuntur.

EX GALENO.

Viti albæ ad omnia similis, nisi quod imbecillior.

EX PLINIO.

Asparagi eius in cibo urinæ ciendæ, lienique minuendo utiles. Radix ossa infracta efficacius extrahit quàm suprâ dicta. Cæterum eidem peculiare est, quod iumento rum ceruicibus unice medetur. Aiunt si quis in uilla extruxerit, fugre accipitres, tutasque fieri aues uillaticas. Aliter eadem in iumento homineque flegma aut sanguinem qui sreatur, talos circumligata sanat.

DE AMARANTO CAP. XXXIIII

NOMINA.



Amarantus un-
de dictus.

MAPANTOS Græcis, Amarantus Latinis dicitur. Medicis & herbarijs nostræ ætatis ex amore & anthos dictionem cõponi credentibus, Flos amoris uocatur. Hanc appellationem usurpantes Germani, *Glóramoz* nominant, aliàs *Samatblüm* / & *Tausentstschön* appellatur. Amarantus autem non alio nomine dici cœpit, quàm quod flos eius nunquam marcescat. Hinc est quod puellæ hyemales sibi corollas ex eo cõficiant: id quod Erfordiæ, ubi non solum æstate, uerumetiam hyeme gestant coronas, fieri potissimū solet.

GENERA.

Duplex est Amarantus: unus luteus, qui Dioscoridi *ἐλῆγυρον*, Galeno *Amarantus*, officinis & imperitis *Stichas citrina*, uel ut ipsi loquuntur, *Sticados citrinum*, Germanis *Xheimblümen* / quod in regionibus quæ Rheno adiacent, potissimum uero quæ intra Spiram & Vuormaciā sunt, proueniat: oder *Wortenblüm* / oder *Jüngling* appellatur. Helichryson dictum, quod ad solis repercussum comantib. in orbem florum folijs, fulgorem auri præ se ferat. Alter purpureus, qui hodie Flos amoris. amoris uulgo, & Germanis *Glóramoz* / oder *Saniatblüm* uocatur, ut paulò antè à nobis dictum est.

FORMA.

Amarantus lu-
teus.

Amarantus luteus qui Helichryson alio nomine dicitur, uirgam habet tenuem, uirentem, rectam, solidamque. Folia angusta ex interuallis, Abrotono similia. Comæ orbicularem, auri modo fulgentem. Umbellam rotundam, ueluti corymbos arefcentes. Radicem tenuem. Ex qua descriptione planum fit eam herbam quam hodie officinæ solœcisimo utentes *Stichada citrinā* nominant, esse Helichryson. Est enim herba surculosa, exilibus ramulis, folio ut Hyssopus angusto, gustu amaro, & instar Abrotoni albicante: coma orbiculari, auri modo splendente: umbella rotunda ueluti corymbos arefcentes: radice gracili. Et ut paucis dicam, non est nota quæ illi non aptissimè quadret. Purpureus uero pedali altitudine surgit, caule purpureo, folijs Ocymo similibus, maioribus tamen & longioribus, spica purpurea, uerius quàm flore, inodora, qua nihil gratius aspectu cernitur.

Amarantus pur-
pureus.

LOCVS.

Nascitur in asperis, sabulosis, siccis & conuallibus locis luteus. Alter autem in hortis & scitilibus feritur.


TEMPVS.

Helichrysum Iunio & Iulio mensibus floret. Amarantus uero purpureus æstate, potissimū autem Augusto mense.

TEMPERAMENTVM.

Luteus calidus & siccus haud dubiè est, id quod amaritudo in gustu & facultates eius abundè demonstrant, Purpureus autem recentiorum herbariorum sententia frigidus est & siccus.

VIRES.



AMARANTVS
LVTEVS.

Rheinblümen.



AMARANTVS
PURPUREVS

Samatblum.

VIRES EX DIOSCORIDE.

A Coma Helichrysi cum uino pota difficultatibus urinæ, serpentium ictibus, coxendicum doloribus, & ruptis auxiliatur. Menses ducit, & sanguinis grumos in uesica aut aluo cum oxymelite pota liquefacit. Destillationem trium obolorum pondere cum uino diluto albo ieiuno data compescit. Reponitur etiam cum uestibus, quas ab erosione integras seruat. Vnde iterum colligere licebit, herbam quam *Aheinblumen* uocant, esse Helichrysum, quod illam hac facultate ut uestes à tineis tueatur præditam esse, omnibus in confesso est.

EX GALENO.

Amarantus, luteus nempe, facultatis est incidentis & extenuantis. Quapropter coma eius cum uino pota menses educit, & sanguinis grumos liquare creditur, non solum in uentre, sed & in uesica. Sed tunc potius illam cum mulso bibere conuenit, Omnes uero simpliciter fluxiones pota desiccat, stomacho tamen aduersa.

EX PLINIO.

Heliochrysum ciet urinas è uino pota, & menses. Duritias & inflammationes discutit. Ambustis cum melle imponitur. Contra serpentium ictus & lumborum uitia bibitur. Sanguinem cōcretum uentris ac uesicæ absumit cum mulso. Folia eius trium obolorum pondere sistunt profluuiâ mulierum in uino albo, Vestes tuetur odore non ineleganti.

APPENDIX.

Recentiores purpureum Amarantum uehementer siccare tradunt, ideoq; cum uino sumptum alui fluxiones sistere scribunt; sed, ut aiunt, stomacho aduersatur. Lutei floribus in uino decoctis, ad lumbricos educendos utuntur; & ad pediculos enecandos in lixiuio coctis.

DE AQUILEGIA CAP. XXXV.

NOMINA.



VAE Aquilegia uulgò ab omnib. appellatur herba, ea Germanis *Acteley* / *Agley* / & *Ageley* nominatur. Quo uero nomine Græcis aut Latinis medicis uocata sit, nobis nondum constare potuit. Non esse enim Græcorum *Aegilopa*, ut non solum uulgares herbarij, uerum etiam magni nominis medici putant, notius est quàm ut demonstrari à me debeat. Nam nihil in uniuersa *Aegilopis*, quæ alterum *Auenæ* genus est, historia reperitur, quod ad *Aquilegiam* referri queat. Neque enim tam ab anguilla cancer, quàm *Aegilops* ab *Aquilegia* disidet; ut hoc nomine errare toto cœlo euidentissimū sit, qui *Aegilopa* esse *Aquilegiam* arbitrantur.

Aquilegia non est Aegilops.

Aegilops quid.

FORMA.

Folia *Chelidoni* maioris habet, sed paulò rotundiora, ac molliora. Caulem cubitalem, & interdum proceriorem, in cuius summo flores purpurei sunt, ex caudis quibusdam ueluti muliebres oculi propendentes. His decidentibus capitula subnascuntur, haud secus atque in *melanthio*, in quibus semen atrum est. Radix eius crassa.

LOCVS.

Nascitur passim in hortis, & pinguibus quibusdā pratis. Inuenitur etiam in montibus syluosis, & interdum in petris & muris.

TEMPVS.

Maio & Iunio mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

In gustu dulcedinem quandam præ se ferre uidetur, ut hoc nomine mediocriter



A calidam esse, ac modicè digerendi uim habere uerisimile sit.

VIRE. EX RECENTIORIBVS.

Recentiores omnes, tum herbarij, tum medici, Aquilegiæ omnes Aegilopis facultates tribuunt, at quàm rectè ipsi uiderint. Neque enim uerisimile est herbe quæ subacris non est, tantam discutiendi inesse facultatem posse. Quum uero modicè digerat & exiccet, scabiei & fistulis, potissimum si illi farina cõmiscetur triticea, conferre potest.

DE ALLIARIA CAP. XXXVI

NOMINA.



ONDVM constat quo nomine ueteribus Græcis & Latinis herba hæc appellata sit. Vulgò tamen, eò quòd trita eius folia ingratum ac planè al-
Alliaria unde dicta.
 liaceum odorem redolent, Alliaris & Alliaria nominatur. Germanicè Knoblochkraut/oder Lenchel/oder Sasstraüt. Pandectarum autor Pedem alinum uocat.
Pes asinini.

FORMA.

Folia eius cum primum emicant subrotunda sunt, uiolæ similitudine, aliquantulum tamen maiora. Adulta autem in angulos exeunt. Herba ipsa bicubitali proceritate confurgit, caule tereti, folijs Vrticæ, nisi quod leuiores sunt, parcius fimbriata, & à pediculo latiora, Allij odoratu cum teruntur, flore lacteo alboue, exili in siliquis semine, atro colore, radice oblonga, eiusdem cum folijs odoris.

LOCVS.

Passim propter sepes & agrorum margines prouenit.

TEMPVS.

Folia statim primo uere, atque adeò Martio ipso erumpunt, Floret autem æstate, atque deinceps semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Quum prorsus suboleat Allium, necesse est ut temperamento eodem prædita sit. Calefacit igitur haud dubiè & desiccatur, non tamen perinde atque Allium in excessu quarto.

VIRE.

Easdem propè Allij facultates habere uel hinc conijci potest, quod nonnulli in iuribus tortiuisq; succis pro Allio substituunt. Proinde corpus calefacere, crassos humores in eo extenuare, glutinosos incidere potest. Omnia tamen hæc minori quàm Allium efficacia. Semen eius cum aceto emplastri modo mulieribus strangulatu uteri laborantibus impositum, & uulvæ admotum prodest, ac easdem excitat. Et summatim, omnia quæ Nasturtij semen, sed minori efficacia, potest.



ALLIARIA

Knoblochkraut.

NOMINA.



ΚΑΛΥΦΗ, *κάλυψις* Græcis, Vrtica Latinis nuncupatur. Officinæ latino nomine utuntur, Germanis *Nessel* appellat. Acalyphe uero dicta est, Athenæo autore, quod iniucundo sit tactu, & pruriginem cieat. Cnide autē, quod uellicet, pungat, ac suo morfu sensum laceffat, à uerbo *κνίζω*, quod pungere & uellicare significat. Vrtica ab urendo, quod pruritus pustulasq; igni similes excitet.

Acalyphe una de dicta.
Cnide.

Vrtica.

GENERA.

Dioscorides duo facit genera. Vnam asperam, quam hodie Romanam uocant: & est ea quam pictam damus. Huius quidem semine in officinis utendum, non alterius quæ passim in sepibus ac dumetis nascitur. Germanicè *Welschnessel* appellatur. Alteram minus asperam, quam ob id mollem nominat. Hanc nondum uidere potuimus. In Germania nostra præter hæc genera, alia duo inueniuntur. Vnum maius, quod germanicè *Heyternessel* nominat: alterum minus, germanicè *Brennessel*/uel *Habernessel*/quod nimirum in auena nascatur, appellari solet. Harum etiam picturas adijcere placuit, quod non prorsus inefficaces esse putemus, quandoquidem haud secus atq; Romana pungere uideantur.

Vrtica romana.

Vrtica nostra maior.
Vrtica minor.

FORMA.

Romana caule est rotundo & aspero, syluestrior etiam & asperior, latior & nigrior folijs, semine haud dissimili in globulis quibusdam semine lini, sed minore. Altera priori similis est, nisi quod non similiter aspera est, tenuiusq; semen habet.

LOCVS.

Romana apud nos non nisi fata prouenit, non secus atque mollis uocata urtica. Vulgares passim in dumetis ac sepibus gignuntur.

Romana.

TEMPVS.

Semen melsibus colligi oportet.

TEMPERAMENTVM.


Subtilium est partium, & temperaturæ siccae, non tamen tantum habet caliditatis ut iam mordicet.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vtriusq; folia cum sale illita canis moribus, gangrænis, malignis ulceribus, cancris, sordidisq; luxatis, tuberculis, parotidibus, phygethils, & abscessib. medentur. Lienosis cum cerato imponuntur. Profluvia sanguinis ex naribus cum succo trita & imposita sistunt. Cum myrrha trita & imposita menses mouent. Recentia admota uteri procidentias emendant. Semen cum passo potum uenerem stimulat, & uuluas aperit. Cum melle linctum orthopneas, pleuritidas, & peripneumoniā iuuat. Ea quæ in thorace sunt educit. Miscetur & exedentibus medicamentis. Folia cum conchulis decocta aluum molliunt, urinasq; mouent. Cum prifana decocta ea quæ in thorace sunt educunt. Decoctum foliorum cum exiguo myrrhæ potum menses elicit. Succus gargarissatus, uiam inflamatam reprimi.


EX GALENO.

Herbæ semen & folia, nam hæc potissimū in usum adhibentur, digerentis sunt facultatis, adeo ut tubercula & parotidas sanent. Sed & quiddam flatuosum obtinent, quo & uenerem extimulant, maximè ubi cum passo semen bibitur. Porro quod non uehementer calefaciat, sed admodum tenuium sit partium, testatur crasforum uiscosorumq; humorum ex thorace & pulmoneeductio, tum quod partes quas contigerit pruriant. Cæterum flatuosum eius, cuius particeps esse dicta est, dum concoquitur, nascitur: non enim actu flatuosa est, sed potentia. Ventrem autem mediocriter subducit ipsa duntaxat absterfione, ac ueluti titillatione, non purgatione



VRTICA
ROMANA

Welschnessel.



URTICA
MAIOR

Hebternessel.



VERTICA
MINOR

Brennessel.

A gatione. Gangrenosa & cancrofa, & in totum quæ exicari citra mordacitatem po-
stulant, ea conuenienter sanat.

EX PLINIO.

Urtica plurimis scatet remedijs. Semen eius Cicutæ contrarium esse Nicander affirmat. Item fungis, & argento uiuo. Apollodorus & Salamandris cum iure deco-
ctæ testudinis. Item aduersari Hyoscyamo, & serpentibus, & scorpionibus. Quin
illa ipsa amaritudo mordax, uuas in ore, procidentesq; uuluas, & infantium sedes,
tactu resilere cogit. Lethargicos expergisci tactis cruribus, magisq; fronte. Eadem
canis morfibis addito sale medetur. Sanguinem trita naribus indita sistit, & magis
radice. Carcinomata & fordida ulcera, sale ammixto: item luxata. Sanat & panos,
parotidas, carnesq; ab ossibus recedentes. Semen potum cum Sapa, uuluas stran-
gulantes aperit, & profluvia narium sistit impositum. Vomitiones in aqua mul-
sa sumptum à cena, faciles præstat, duobus obolis. Vno autem in uino poto, las-
situdines recreat. Vuluæ uitijis tostum, acetabuli mensura. Potum in sapa, resistit
stomachi inflationibus. Orthopnoicis prodest cum melle, & thoracem purgat eo-
dem edigmate. Et lateri medetur cum semine lini: addunt Hyssopum & piperis
aliquid, illinitur lieni. Difficilem uentrem tostum cibo emollit. Hippocrates uul-
uam purgari poto eo pronunciat. Doloze leuari tosto acetabuli mensura dulci po-
to, & imposito cum succo maluæ. Intestinorum animalia pelli cum hydromelite &
sale. Defluuia capitis, semine illito cohonestari. Articularibus morbis & podagri-
cis plurimi cum oleo uetere, aut folia cum ursino adipe trita imponunt. Ad eadem
radix tusa cum aceto, non minus utilis. Item lieni. Et cocta in uino discutit panos,
cum axungia uetere salsa. Eadem psilothrum exiccat. Condidit laudes eius Pha-
nias phycus, utilissimam cibis coctam conditæmque professus arteriæ, tussi, uen-
tris destillationi, stomacho, panis, parotidibus, pernionibus: cum oleo sudorem,
B coctam cum conchulis ciere aluum, cum prisapectus purgare, mulierumq; men-
ses cum sale, ulcera quæ serpunt cohibere. Succus quoque in usu est. Expressus illi-
tusq; fronti sanguinem narium sistit, potus urinam ciat, calculos rumpit. Vuam
gargarissatus reprimat. Si quadrupedes fœtum non admittant, urtica naturam fri-
candam monstrant.

DE APHACE CAP. XXXVIII.

NOMINA.



ΦΑΚΗ Græcis, Aphace Latinis, uulgò Syluestris uitia, & Os mundi,
Germanis Wildwicen/oder S. Christoffelsstraute uocatur. Alia est ab
Aphaca Theophrasti, quæ syluestrium olerum genus est, de qua suo
loco plura dicemus.

FORMA.

Exiguus frutex est, lenticula altior, tenuioribus folijs. Quæ nascuntur in ea si-
liquæ lente maiores, terna aut quaterna semina nigriora & minora continent.

LOCVS.

In aruis sponte nascitur.

TEMPVS.

Maior mense floret, & subinde semen in siliquis producit.


TEMPERAMENTVM.

Moderati calor is est, ualentius autem desiccatur.

VIRESEX DIOSCORIDE.

Semina adstringendi uim habent, quapropter stomachi & alui fluxiones tosta,
fracta, & decocta lentis instar sistunt.

K EX GALE-



APHACE

Wild wicken.

EX GALENO.

Aphace facultatem obtinet adstrictoriam, sicut & ipsa lenticula. Sed & similiter ut lenticula edi solet; ceterum acrius quàm illa concoquitur. Alium retinet.

EX PLINIO.

Natura ei ad spissandum efficacior quàm lenti. Reliquo usu eisdem effectus habet. Stomachi aluiq; fluxiones sistit semen decoctum.

DE ANDRACHNE CAP. XXXIX.

NOMINA.



ΑΝΔΡΑΧΝΗ Græcis, Portulaca Latinis & Officinis, Germanis *Burzeltraut* dicitur, corrupta tamen uoce, cum efferendum esset *Portzeltraut*, ac si porcellorū herbam dicerent. Aliàs *Sambon* iisdem appellatur.

GENERA.

Portulaca in duas distribuitur species: unam hortensem, & alteram sylvestrem, quæ non est tertium Aizoi genus, ut aliqui seducti mendosis Dioscoridis exemplaribus credunt. Nam quod pleriq; nomina harum duarum plantarū cōfuderint, factum subinde est ut multa adulterina, quæ scilicet tertij generis Aizoo debentur, capiti de Portulaca sylvestri inserta sint, quæ omnia prorsus expungenda ueniunt, ut paulò post clarius mōstrabimus. Hortensem Germani simpliciter *Burzeltraut*/sylvestrem uerò *wild oder ackerburzel* uocant.

FORMA.

Hortensis caules habet crassos, pingues, teretes, in altum erectos, lentè uergentes in puniceū, folia pingua, à tergo candida, flores exiguos luteos, semina nigra in herbaceis calycibus cōtenta. Sylvestris folia oleæ obtinet, minora tamen multò, numero siora & tenera, rubentes cauliculos ab una radice multos in terra sessiles, qui cōmanducati succo abundāt, glutinosiq; & sapore salsi sunt. Hæc est genuina apud Dioscoridē Portulacæ deliniatio, reliqua uero omnia sunt adulterina, & ab imperito aliquo rerū, ex capite de tertio Aizoo excerpta, & huic sine omni iudicio inserta.

LOCVS.

Prouenit in hortorum areolis, uineis, & alijs cultis locis, hortensis. Ceterum sylvestris in petrosis & incultis etiam nascitur.

TEMPVS.

Iunio & Iulio potissimū mensib. carpenda folia & flores: semen uerò sequentib.


TEMPERAMENTVM.

Refrigerat utraq; quidem in tertio ordine à temperatis ac medijs, humectat uero in secundo: quare uiribus etiam non distant. Hinc quæ in Dioscoride leguntur non sunt propriæ, sed Aizoi tertij generis, & à sciolo aliquo temerè Portulacæ sylvestri attributæ.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Portulaca uim habet adstrictoriam. Cum polenta illita, capitis doloribus, oculorum inflammationibus, & aliarum partium, stomachi ardoribus, erysipelatis, & uescæ doloribus auxiliatur. Cōmanducata dentium stuporē, stomachi & intestinorū æstuationem fluxionesq; sedat. Renes erosos & uescicā adiuuat. Veneris impetus exoluit. Pari effectū & succus eius prodest potus, & in febribus etiam ualens. Contra rotundos lumbricos, sanguinis excreationē, dysenterias, hæmorrhoidas, profluuiā sanguinis percocta efficax. Contra Sepis morsus. Ocularibus medicamentis utiliter cōmiscetur. Intestinis fluxione laborantibus, aut uulua erosionē affecta infunditur. Contra dolores capitis ex uestione cum rosaceo aut oleo ex alto destillatur. Exanthemata in capite cum uino exterit. Vulneribus ad syderationem spectantib. ex polenta illinitur.



PORTULACA
HORTENSIS

Burzelkraut.



PORTULACA
SYLVESTRIS

Wilde burtzel.

C

EX GALENO.

Portulaca frigida & aquea temperamento est, paucae cuiusdam austeritatis particeps. Proinde fluxiones reprimat, maxime biliosas & calidas, cum eo quod eas mutet, & in qualitate alteret, magnopere refrigerans. Hac ratione & aestuantes, ut si quid aliud, adiuuat, tum ventris osculo imposita, tum totis hypochondrijs, potissimum in hecticis febribus. Præterea dentium stuporem sanat, nempe quæ ab acidorum contactu asperè exiccata fuerant, leniens atq; replens, utpote cum viscosam habeat humiditatem. Similiter uero & succus eius. Itaq; non foris modò impositus, sed epotus quoq; refrigerat. Hoc sanè & toti herbæ comessæ accidit. Quoniam autem adstringit, utiliter dysentericis editur, & in muliebri profluuiò, & sanguinis reiectionibus. Sed ad hæc multò quidem efficacior est herbæ succus.

EX PLINIO.

Portulacæ memorabiles usus traduntur. Sagittarum uenena, & serpentium hæmorrhoidum & presterum restringit, pro cibo sumpta, & plagis imposita extrahit. Item hyoscyamo potò, è passòq; expresso succo. Cum ipsa non est, semen eius simili effectu prodest. Resistit & aquarum uitrijs, capitis dolori, ulceribusq; in uino tusa & imposita. Reliqua ulcera cum melle cõmanducata sanat. Sic & infantium cerebro imponitur, umbilicoq; prociduo. In epiphoris uero omnium, fronte temporibusq; cum polenta. Sed ipsis oculis, è lacte & melle. Eadem, si procident, prodest, folijs tritis cum corticibus fabæ. Pustulis cum polenta & sale, & aceto ac cera. Et ulcera oris, tum moremq; gingiuarum cõmanducata cruda sedat. Item dentium dolores. Tonsillarum ulcera succus decoctæ. Mobiles dentes stabilit cõmanducata. Cruditates sedat, uocemq; firmat, & sitim arcet. Ceruicis dolores cum Galla & Lini semine parimensura sedat. Mammarum uitia cum melle aut cimolia creta. Salutaris & suspiriosis, semine cum melle hausto. Stomachum in acetarijs sumpta corroborat. Ardentibus febribus imponitur cum polenta. Et alias manducata refrigerat etiam intestina. Vomitiones sistit. Dysenterig & uomitis datur ex aceto, uel bibitur cum Cumino. Tenasmis autem cocta, & comitialibus cibo uel potu prodest. Purgationibus mulierum, acetabuli mensura in sapa. Podagris calidis, cum sale illita, & sacro igni. Succus eius potus renes iuuat & uescas. Ventris animalia pellit. Ad uulnere dolores, ex oleo cum polenta imponitur. Neruorum duritias emollit. Venerem inhibet, Venerisq; somnia. Prætorij uiri pater est, Hispaniæ princeps, quem scio propter impatibiles uuæ morbos, radicem eius filo suspensam è collo gerere, præterquam in balneis, & ita liberatum incõmodo omni. Quinetiam inueni apud autores, caput inde litum destillationem toto anno non sentire. Oculos tamen hebetare putatur.

DE ASPHODELO CAP. XL

NOMINA.

Asfodillus.



ΣΦΟΔΕΛΟΣ Græcis, Asphodelus Latinis, Officinis corrupta uoce Asfodillus, Germanis Goldwurz nominatur.

GENERA.

Duo Asphodeli genera.

Albus.

Hesiodus foeminae mentionem fecisse uidetur.

Duo esse Asphodeli genera, utcumq; uno contentus sit Dioscorides, testatur Plinius libro xxi. cap. xvij. marem nimirum & foeminam. Mas propriè Albucus nominatur, foemina uerò Hastula regia, quod scilicet dum floret prorsus regij sceptri effigie referat, Germanicè Goldwurz. Marem depingit Dioscorides, & radicem eius acrem atque adeo cibo inutilem esse tradit. Foeminæ Theophrastus libro vij. de historia plantarum cap. xij. & Hesiodus mentionem facere uidentur, quandoquidem eius usum in cibo quotidianum fuisse scribant. Hoc enim de mare dici haud posse, radicis mirifica acrimonia facit. Galenus etiam libro secundo de ali-



ASPHODELVS
FOEMINA

Goldschmidt weible.

c dealiment, facult. Asphodelon fœminam cognouisse uidetur, dum scribit, Asphodeli radicem Scyllæ radici, magnitudine, figura & amaritudine quadantenus similem esse. Hæc enim de Dioscoridis Asphodelo uerè dici non possunt, cuius quidē radix non Scyllæ, sed Pæoniæ potius similis est. Deniq; non est ut fœminæ amara, sed acris. Neq; obstat quod nostra Hastula regia tantā amaritudinē, quantā ei Galenus tribuit, non habeat. Nam neq; ea quam Hesiodus suo carmine tantopere celebravit, tanta prædita fuit amaritudine: aliās enim citra cocturā multam, cuius tamē ille non meminit, cibo quotidiano idonea esse non potuisset. Et certè ut Aron non in omnibus regionib. parem acrimoniā obtinet, ita nec Hastula regia parem amaritudinem omnibus in locis sortitur. Adeò ut dubium non sit Hesiodum de nostra Asphodelo, quæ fœmina est, loquutū esse. De fœmina autem loquutū esse Hesiodū, cōfirmat quod alibi tradat in syluis nasci Asphodelū. Quod certè de ea quam fœminam fecimus, rectè dici potest, quando raro alibi quàm in syluis nascatur. Sententiā nostram firmare uidetur Apuleius ille, qui in libro suo de herbis inscripto, seorsim & Asphodelum, & Hastulam regiam describit.

FORMA.

Asphodelus mas. Asphodelus mas folia habet Porro maiori similia. Caulem leuem in summo florē ferentē, Anthericū uocatum. Radices sublongas, rotundas, glandibus similes, gustu acres. Nos marem hac uice habere nō potuimus. *Fœmina.* Fœmina folia habet oblonga, angusta, leuiter lenta, Plantagini minori non dissimilia: caulem leuem, in summo non unum, sed plures flores pingues retrorsum incuruos, plenos puniceis maculis, radicem itidem bulbosam, capillis Allij instar multis sub bulbo enascentibus, comatam, gustuq; glutinosam.

D

LOCVS.

Mas non prouenit in Germania nisi in hortis culta & plantata. Fœmina uero in montibus & syluis sua sponte ac copiose nascitur.

TEMPVS.

Iunio mense florent.

TEMPERAMENTVM.

Maris radix calida & sicca est. Fœminæ folia cum amara nō nihil sunt & acria, itidem calida & sicca esse, quemadmodū etiam radicem, constat.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Radices Albuci uim calefaciendi obtinent, urinas & menses potæ mouent. Late ris doloribus, tussibus, cōuulsionibus, ruptionibus, drachmæ pondere ex uino potę medentur. Cōmanducata astragali mensura uomitiones adiuuat. A serpente demorsis datur utiliter trium drachmarū pondere. Illinire autē oportet morsus folijs, radice, & floribus cum uino. Item ulcera sordida, & depascentia. Mammarū quoq; & testium inflammationes, tubercula & furunculos, decocta in uini fæce radice: ad recentes autē inflammationes cum polenta. Radicis succus, adiecto uetere uino dulci, myrrha & croco simul decoctis, perquam utile sit oculis medicamentū. Ad purulentas aures per se, & cum thure, melle, uino & myrrha tepesfactus prodest. In contrariam aurem per se infusus dentium dolorē mitigat. Cinis ē radice cremata illitus, alopecias capillis explet. Oleum in excauatis radicibus igni decoctum, illitum exulceratis pernionibus, & ambustis igni conducit. Dolori aurium instillatus auxiliatur. Candidam uiriliginem linteo antea perfrictam in sole, illita radix emendat. Semen & flores in uino poti, scolopendræ & scorpionum uenenis egregiē aduersantur. Aluum quoque deſciunt.

EX GALENO.

Asphodeli radix utilis est, perinde atq; Ari, Afari & Dracontij. Extergētis siquidem &

A dem & discutientis facultatis. Vltæ tamen cinis calidior, & exiccantior, magis tenuium partium, & ad discutendum potentior efficitur, propterea & alopecias sanat. Inest itaq; ei extenuandi facultas, atq; obstructa demoliendi, ueluti etiam Dracontio. Ideoq; ipsius coliculus arquatis tanquam summum præsidium exhibetur.

EX PLINIO.

Defectis corporib; & phthificis constat bulbos eius cum ptisana decoctos aptissime mederi, panemq; ex his cum farina subactum saluberrimum esse. Nicander et contra serpentes & scorpiones, uel caulem uel semen, uel bulbos dedit in uino tribus drachmis: subtrauitq; somno contra hos metus. Datur & cõtra uenenata marina, & contra scolopendras terrestres. Folia quoq; illinuntur uenenatorũ uulneribus ex uino. Bulbi neruis articulisq; cum polenta tusi illinuntur. Prodest & concisis ex aceto lichenas fricare. Item ulceribus putrescentib; ex aqua imponere. Mammarum quoq; & testium inflammationib;. Decocti in facie uini, oculorũ epiphoris supposito linteolo medentur. Folijs in quocunq; morbo decoctis magis medici utuntur. Item ad tetra tibiæ ulceræ, rimasq; corporũ quacunq; in parte, farina are factorũ. Succus quoq; ex tuis expressus, aut decoctus, utilis fit corporis dolori cum melle. Idem odorẽ corporis iucundũ affectantibus, cum Iri arida & sale exiguo. Folia etiam supradictis medentur, & strumis, panis, ulceribus in facie, decocta cum uino. Cinis e radice alopecias emendat, & rimas pedum. Decoctæ radicis in oleo succus, perniones & ambusta. Et ad grauitatem aurium infunditur. A contraria aure in dolore dentium, Prodest & urinæ pota modicẽ radix, & menstruis, & lateris doloribus. Item ruptis, conuulsis, tussibus, drachmæ pondere in uino pota. Eadem & uomitiones adiuuat cõmanducata. Semine sumpto turbatur uenter. Chryserum & Parotidas in uino decocta radice curauit. Item strumas, admixta cachry ex uino.

B Quidam aiunt, si imposita radice pars eius in fumo suspendatur, & quarta die soluat, una cum radice arefcere strumam. Sophocles ad podagras utroq; modo, cocta crudaq; usus est. Ad perniones decoctã ex oleo dedit, & suffusis felle in uino, & hydropicis. Venerem quoq; concitari cum uino & melle perunctis, aut bibentibus, tradiderunt. Xenocrates & lichenas & pforas, radice in aceto cocta tolli dicit. Item si cocta sit cum hyoscyamo & pice liquida, alarum quoq; & feminum uitia. Et capillum crispiorẽ fieri, raso prius capite, si radice ea fricetur. Lapides renum in uino decocta atq; pota eximit. Hippocrates semen eius ad impetus lienis dari censet. Iumentorũ quoq; ulcera ac scabiem, radix illita, aut decoctę succus ad pilum reducit.

APPENDIX.

Animaduertendũ facultates à Dioscoride & Galeno cõmemoratas, Albucio seu Asphodelo mari conuenire, huius enim radix gustu acris est. Quæ uero à Plinio recensentur, hæ partim mari, partim fœminæ debentur. Fœming, cuius radix & folia glutinosa & amara sunt, ulcera glutinandi, scabiem, rimasq; corporum, & si quæ similes sunt facultates conueniunt, quas periti methodi simplicium medicamentorũ facile discernent. Experientia etiam quotidiana testatur, huius usum esse in ulceribus malignis salutarem. Quæ autem mari sint tribuendæ, ex Dioscoride, Galeno, & gustu quiuis deprehendere poterit. Nos in transcurso tantum parum attentos monere uoluimus, ne indiscriminatim & promiscuẽ utriq; generi has facultates inesse putarent.

DE ATRA-



ATRIPLEX
HORTENSIS

Molten.



ATRIPLEX
SYLVESTRIS

Wild molten.

NOMINA.

Atraphaxis
quare dicta.



Chrysolachan
non.

ΤΡΑΦΑΞΙΣ, ἢ χρυσολάχανον Græcis, Atriplex Latinis & Officinis, Germanis *Wolten*, oder *Wiltten* nominat. Atraphaxis Atticis d literam in t mutare frequenter amantibus, dicta est, quod *ἄσπας αὖξεν*, id est, statim in amplitudinē adolescat. Siquidem octauo à fatu die profilit, confestimq; incremento proficere uidetur. Fidem celeris augmēti facit eretum in confinio ceteris herbis alimentum. Ac ne in hortis quidem iuxta eam nasci quicquam tradūt, nisi languidum. Chrysolachanon uerò, id est, aureum olus dixerunt, à luteo quem profert flore.

GENERA.

Duo Atriplicis sunt genera, satiuā seu hortensis, & syluestris. Satiuā simpliciter Germani *Wolten*, syluestrē uerò cum adiectione aliqua, *Wild molten*, oder *Adermolten*, oder *Klein scheißmilten* nominant.

FORMA.

Atriplex hortensis.

Syluestris.

Hortensis caulem fundit quadratum, ramis brachiatum, quibus primum flores lutei exigui, dein foliatum semen & obductum cortice promitur. Radicem unam habet in altum descendente, non glabram, sed fibris quibusdam capillatā. Syluestris tam luxuriosa proceritate prodit, ut quaternos sæpe cubitos excedat: caule ut hortensis anguloso, ramoso, & purpurascēte: folio hortensi non admodum dissimili, potissimum quod ad colorem attinet: flore luteo exiguo, semine race matim congesto, radice simplici in altum descendente, ex qua se multæ promunt.

LOCVS.

Hortensis non nisi sata prouenit, Syluestris sua sponte nascitur. Vtraque autem ad assiduum humore satiari amat.

TEMPVS.

Vtraque Iunio & Iulio mensibus floret, deinde semen proferunt.

TEMPERAMENTVM.

Atriplex humida in secundo ordine, frigida autem in primo. Hortensis tamen syluestri humidior frigidiorq; existit.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Estur olerum modo elixum. Aluum mollit. Crudum uel coctum illitum panos discutit. Semen eius potum cum aqua multa morbum regium sanat.


EX GALENO.

Atriplex celeriter, ob lubricitatē, uentrem permeat. Parum autem omnino eius est, quod digerendi obtinet facultatem. Phlegmonis & phygethli quidē incipientibus, crescentibus, & mollibus adhuc, ac ueluti feruentibus, hortensis; uigentibus uero, declinantibus, & indurescentibus cōmodior est syluestris. Semen eius abstergentis est facultatis, proinde ad morbum regium ex iecoris obstructione prognatum utilis est.

EX PLINIO.

Coquit difficillimè. Addidere Dionysius & Diodes, plurimos gigni ex eo morbos, nec nisi mutata sæpius aqua coquendum; stomacho cōtrarium esse, lentigines & papulas gignere. Hippocrates uuluarū uitijis id infundi cum Beta. Lycus Neapolitanus cōtra cantharidas bibendū dedit. Panos, furunculos incipientes, duritias omnes, uel cocto uel crudo illini utiliter putant. Item ignem sacrum, cum melle, aceto, nitroq;. Similiter podagris. Vngues scabros detrahare dicitur sine ulcere. Sunt qui morbo regio dent semen eius cum melle, arterias & tonsillas nitro addito perfricent, aluum moueant, cocto aut per se, aut cum malua, aut lenticula concitantes uomitiones, Syluestri capillos tingunt, & ad supradicta utuntur medicina.


EX SYMEO-



ATRACTYLIS
MITIOR

Wilder feldsaffran.

L



ATRACTYLIS
HIRSVTIOR.

Cardobenedict.

A Ventrem quidem cit, prodest ad caliditatem iecoris, ac ictericis, & calidam tem-
peraturam habentibus succurrit. Cōmodissima aurem biliosis. Cum malua illita,
inflammationes sedat.

DE ATRACTYLIDE CAP. XLII

NOMINA.



ΤΡΑΚΤΥΛΙΣ, ἡ λειψὸς ἀρχία Græcis: Atractylis, Cnicus syluester Lati-
nis dicitur. Atractylis autem ideo dicta, quod ea antiquæ mulieres pro
fuso utebantur: ἄτρακτος enim fusus est Græcis, Syluestris uero Cnicus,
quia Cnico urbano similis est.

Atractylis unde
dicta.
Syluestris
cnicus.

GENERA.

Syluestris Cnici seu Atractylidis, Plinio lib. xxi. cap. xv. & Theophrasto libro
vi. cap. iiii. autoribus, duæ sunt species. Vna mitior, & Cnico satiuo similior. Hanc
proprie Græci Atractylida, Latini uero fufum agrestem, aut colum rusticam, quod
eius caule rigido admodū & exili, ueteres mulieres pro colu, ut dictum est, uteban-
tur, nominabant. Sunt qui Cartamū syluestrem appellant. Germanicè itaq; uoce-
tur wilber feldsaffran/ ut hac ratione discernatur à Cnico, quem aliqui Cartamū,
& Crocum hortensem nomināt. Altera hirsutior, caules & folia Soncho nō asperæ
similia habens, quæ Officinis omnibus & uulgo Carduus benedictus nuncupatur.
Germanicè Cardobenedict/ Bornwurz/ oder gesegneter distel uocatur.

Atractylis pro-
priè dicta.

Cartamus syla-
uestris.

Carduus bene-
dictus.

FORMA.

B Spina est Cnico similis, in summo autem uirgularū folia multò longiora habēs,
caulem magna ex parte nudū, asperumq; quo etiam mulieres pro fuso utuntur. Ca-
pitula in cacumine aculeata, florē pallidū, radicē tenuem, inutilem. Ex qua sanè de-
scriptione omnib. perspicuū esse putamus, spinā quam pictā exhibemus esse Atra-
ctylida, quod Cnico satiuo similis admodū sit, & in cacumine uirgularū folia quàm
Cnicus longiora habeat, caulem deniq; magna ex parte nudū, autumnī potissimū
tempore, quo folia sua sponte decidūt, & minimè leuē, sed asperū striatūq; obtineat.
Idem etiam rigidus & exilis est, ut fusi usum præbere queat. Summitati quoq; eius
capitula insident spinosa, flos illi pallidus, radix tenuis: & in summa, nulla est nota
quæ huic non respondeat. Carduum autem benedictum uulgò nominatum esse al-
teram Atractylidis speciem, ex Theophrasti & Pliniū uerbis ostendi potest: hirsu-
tus enim est, caulibus Soncheis, humi ferè reptantibus: propter sui enim mollitiem
ueluti sessilis caducusq; solo procumbit, semine minuto, frequenti, amaro, & pilis
barbato, quod molli lanugine operitur. Flos ei pallidus luteusue.

Atractylis pro-
priè dicta.

Carduus bene-
dictus.

LOCVS.

Mitior Atractylis in aruis & montibus, hirsutior autem in hortis iam pæsim pro-
uenit.

TEMPVS.

Prior Augusto mense apparet, eius tamen semen ante autumnum non mature-
scit. Posterior citius nascitur, eius tamen semen serò etiam ad maturitatē peruenit.

TEMPERAMENTVM.


Gustu cum amaræ sint spinæ hæ, euidentissimū est calido & sicco temperamen-
to esse præditas, id quod ex earundem etiam facultatibus colligi potest.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Atractylidis folia, coma & semen trita cum pipere uinoq; pota, contra scorpionū
ictus profunt. Sunt qui dicant à scorpionibus percussos quandiu teneant eam her-
bam, non sentire dolorem, deposta uero, dolore affici.

EX GALENO.

Atractylis aut Cnicus syluestris. Hæc planta ex spinarū est genere. Facultatē ha-
bet desiccandi, & modicè digerendi.



ANGELICA
SATIVA.

Sam angelick.



ANGELICA
SYLVESTRIS.

Wild angelic.

C

APPENDIX.

Prima spina in sanandis ulceribus & fistulis diuturnis efficacissima est. Altera quam Cardum benedictum uocāt, obstructions internorū uiscerum tollit, urinā mouet, calculum frangit, ulcera, potissimū pulmonis, sanat. Percussis à feris uenentatis medetur. Negant etiā pestis experiri contagia, qui aut cum cibo, uel potu præsumpserit. Iam quoq; correptis magno fore remedio sibi uulgus persuasit. Ex quibus etiam omnibus sit perspicuū, easdem quas ueteres Atractyli tribuerūt, utranq; spinam habere facultates. Item herbam quam Cardum benedictum uocant, contra serpentum & scorpionū morsus ualere omnibus in confesso est: quam sanē facultatem cum Atractyli etiam assignet Dioscorides, cōsequitur ab eadem diuersam nō esse. Recentiores Cardum benedictum cōtra capitis uehementissimos dolores, uertiginem, memoriam amissam, in cibo aut potu sumptum ualere tradunt. Item ad putrescentia ulcera, mammarum potissimū, si in puluerem reductus inspergatur.

DE ANGELICA CAP. XLIII

NOMINA.

Angelica nō est
Smyrnion, neq;
Silphion.



Sancti spiritus
radix cur dicta.

D

UNQVID ueteribus cognita fuerit hæc herba, & quo nomine appellata sit, nondū scire licuit. Neq; enim Smyrnion est, quod scilicet umbellam Anethi & semen rotundum, aliāq; multa quæ descriptio requirit, nō habet. Silphion etiam esse haud poterit, quod folia Apij habere minime deprehendatur. Recentiores autem uno ore omnes Angelicam, & Sancti spiritus radicem, à suauissimo eius radice odore, quem spirat: aut ab immensa contra uenena facultate, appellant. Germanis Angelick/oder des Heiligen geysts wurz/oder Brustwurz uocatur.

GENERA.

Hortensis.
Syluestris.

Duo eius herbæ inueniuntur genera. Vna enim mitior est, cuius quidem radix ualde odorata, à Germanis zam Angelick nominatur. Altera syluestris, eius radix suauis odore restituitur, & à Germanis wilde Angelick nominatur.

FORMA.

Caulem profert duūm cubitorum, cōcauum: folia oblonga, per ambitum serrata, subnigra: flores in purpura candidos, semen latum, foliaceum: radicem crassam & multam, foris nigricantem, intus candidam.

LOCVS.

Mitior in hortis plantata prouenit, & in montosis etiam nonnullis locis, perinde atque syluestris.

TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Calefacientem & desiccatoriam uim in tertio ordine ei assignant herbarij recentiores.

VIRES.

Aperit, extenuat, discutit, ut recentiores perhibent. Vnicè uenenis aduersatur. Pestilentiae populatim sæuentis arcet cōtagia. Corpora à lue pestifera uindicat, si tantū, ut affirmāt, in ore teneatur. Per hyemem ciceris magnitudinē cum uino, per æstatē ex stillatitio rosarū liquore sumpsisse satis est. Nec senfurū eo die contagionē pollicentē, quo quis deuorarit: nam urina & sudore uenenū abigit. Lentitiā pituitæ digerit, quapropter tulsī, quam frigus attulerit, medet. Crassa quæ in thorace coierint, discutit. Herba ipsa in uino & aqua cocta uulnera interna glutinat. Cōcretum sanguinē resoluit, stomachū esu corroborat. Cor recreat. Pituitā uentriculi deijcit, fastidia



LOLIVM

Ratten.

L 4

c fastidia ciborum discutit, & elanguescentē inuitat appetentiam. Rabiosi canis mor-
su, aut serpentis ictu liberat, si contrita cum ruta & melle folia indantur, dein cocta
in uino bibantur. Libidinem extinguit ore ieiuno sumpta. Lāsitudines reficit, tho-
racem expurgat. Supra febricitantis caput imposita, fertur ad se feruorē elicere. Va-
lere contra fascinoes adfirmant, si quis eam secum gestarit.

DE AER A CAP. XLIII.

NOMINA.

Officinarum
error.



Ἰπᾶ, ἡ ὀνυχοειδὴς, ἡ ῥιζοειδὴς Græcis: Lolium Latinis dicitur. Officinæ nō nul-
læ, non sine magno errore, pro Melanthio seu Nigella utuntur, ut non
temerē etiam Pseudomelanthion dici queat. Germanis *Katten / oder*
Korngegele appellatur.

FORMA.

Pseudomelan-
thion est Lo-
lium.

Folio constat angusto, Theophrasto lib. viij. de plantarū historia, cap. vij. teste,
pingui & piloso, flore subpurpureo, semine exili in siliqua hispida, uel ut Plinius
ait, in cortice aculeato. Ex qua siquidem descriptione satis perspicuum fit omnibus,
Pseudomelanthion hoc esse Lolium: folia nanq̃ Porri habet, oblonga, hirsuta, flo-
rem purpureū, semen in pilosa, longa, angulata, ac per interualla striata siliqua. Et
ut paucis singula complectar, hordeo, cuius ut reliquarū frugum pestis & uitium
est, tota effigie non dissimile est.

LOCVS.

Non solum in triticea & hordeacea, sed in omni ferē alia segete per se prouenit.
Frugum acerba pestis, ideoq̃ à Vergilio infelix appellatum.

D

TEMPVS.

Iunio mense floret, & subinde semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Desiccat & calfacit efficaciter, ut propinquum sit acribus magis quā Iris: sed
non est perinde ut illa tenuium partium, uerum multum abest. Secundum hoc po-
nat ipsum quispiam in principio tertij ordinis excalefacientium, in fine uero secun-
di exiccantium.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Lolium molitum nomas, putredines, & gangrenas cum raphanis & sale illitum
compefcit. Feras impetigines, & lepras cum sulphure uiuo & aceto sanat. Strumas
quoque cum fimo columbino & lini semine in uino decoctum discutit. Quæ ægrē
maturantur rumpit. Decoctū ex aqua mulla & illitum, ischiadicis prodest. Si cum
polenta, aut myrrha, aut croco, aut thure suffitum, conceptiones adiuuat.

EX PLINIO.

Lolium molitum ex aceto coctum impositumq̃, sanat impetigines, celerius quo
sapius mutatum est. Medetur & podagris, alijsq̃ doloribus cum oxymelite. Cura-
tio hæc à cæteris differt. Aceti sextario uno dilui mellis uncias duas iustum est: ita
temperatis sextarijs tribus, decocta farina Lolij sextarijs duobus usque ad crassitu-
dinem, calidumq̃ ipsum imponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit ossa
fracta. Magis etiam cæteris purgat ulcera uetera, & gangrenas. Cum raphano &
sale & aceto lichenas. Lepras cum sulphure uiuo. Et capitis dolores cum adipe an-
ferino imposita fronti. Strumas & panos concoquit cum fimo columbino, & lini
semine decocta in uino.

APPENDIX.

Iam cōmemoratas facultates huic etiam herbæ, quā Germani *Katten* nomināt,
recentio.



ASCLEPIAS

Schwalbenwurz.

c recentiores tribuunt. Mirificè enim hanc in sanandis impetiginibus, alijsq; scabiei generibus cōmendant. Item in uulneribus glutinandis, ac fistulis curandis, compescendoq; sanguine, eius esse usum tradunt, ut hinc etiam liqueat hanc ipsam à Lolio non esse diuersam.

EX SYMEONE SETHI.

Vim æqualem Iridi obtinet.

DE ASCLEPIADE. CAP. XLV.

NOMINA.



Asclepias unde dicta.

Hirundinaria.

Vincetoxicum.

ΣΚΛΗΡΙΑΣ Græcis, Asclepias Latinis, herbarijs Hirundinaria, Officinis Vincetoxicum, Germanis Schwalbenwurz appellatur. Asclepias autem ab Aesculapio antiquo medicinæ autore nominata est. Hirundinaria uero à siliquis quas producit, quæ dehiscētes plumosum semen ostendunt, atque adeo hirundinis effigiem referūt. Vincetoxicū, uel rectius *νικητοξικόν* haud dubiè dicta est, quod illi insignis aduersus uenena uis sit, ut paulò post fufius docebimus.

FORMA.

Ramulos profert longos, in quibus folia longa Hederæ similia. Radices numerosas, tenues, odoratas, Flores grauitè olentes, Semē Securidacæ seu Hedyfari. Ex qua deliniatione nemini non perspicuū sit Vincetoxicū appellatā herbā, esse Asclepiada. Fruticosa siquidē herba est, caulem obtinens rotundū, leuem, tenuem, ac ferè iunceū, ramulis longis, folio hederaceo, sed oblongiori, in uiridi nigricante, florib. exiguis, candidis, aut uerius in albo pallefcentibus, grauitè odoratis, ex quibus sili quæ oblongæ fiunt, quæ dehiscētes semen plumosum Securidacæ simile, hoc est, D rufum & latum ostendunt, radicibus multis, exiguis, tenuibus, & odoratis, adeo ut nulla sit prorsus nota quæ illi non respondeat aptissimè. His accedunt locus natalis & facultates, quæ singula cum Asclepiade illi communia sunt, quemadmodū ex ijs quæ statim subiiciemus manifestissimum fiet,

LOCVS.

Prouenit in montibus asperis, altis ac arenosis. Copiosissimè autem nascitur in monte haud procul à Tubinga sito, in quo olim arx posita fuisse fertur.

TEMPVS.

Augusto mense floribus abundat, ac subinde semina in folliculis oblongis, formam hirundinis cum dehiscunt referentibus, profert.

TEMPERAMENTVM.

Asclepias, Paulo teste, calida, sicca, & tenuis substantiæ est. Quo sanè temperamento Hirundinaria etiam prædita existit: amara siquidē & parum glutinosa eius est radix, folia uero aliquam præ se ferunt adstrictionem; ut iterum euidenter appareat, Hirundinariam esse Asclepiada.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Radices cum uino potæ, torminibus, & uenenatorū morfib. subueniunt. Folia uero illita maleficis in mammis & utero uitij opitulatur.

EX PAULO.

Torminibus in uino pota competit. Illita uero uenenatorum morfib., & malignis mammarum & uteri uitij succurrit.

EX PLINIO.

Radices torminibus medentur, & contra serpentium ictus non solum pota, sed etiam illita prosunt.

APPENDIX.


Recentiores radice eius magna efficacia ad mensū prouocationē utuntur, & ad rabidi



c rabidi canis morsum, uenenisq̃ potenter resistere affirmāt, unde etiam haud temere *Victrix toxici*. *Victrix toxici* ab iisdem appellata est. Hydropicis etiam radicem in uino maceratam & subinde coctam, mirificè auxiliari tradūt. Flores præterea foliaq̃ siccata, mox trita, uulneribus utiliter inspergi aiunt. Sordida etiam ulcera purgare, & ad cicatricē perducere, genitaliumq̃ uitij & rupturis egregiè mederi docent. Quæ in uniuersum omnes facultates cum ijs quas Asclepias obtinet pulchrè quadrant, ut eandem esse Hirundinariam uocatam herbam, nullus deinceps dubitare debeat.

DE APIO CAP. XLVI

NOMINA.

Apios cur dictus.  *Ἰσχος, ἡ χαμαεβανος* Græcis: Apios, Raphanus syluestris Latinis dicitur. Officinis incognita. Germanis *Erduß/Erctelen/Erdscegen/ & Erdmandel* appellatur. Apion uero dixerunt Græci, quod radicis extremum in pyri formam turbinatur. Eadem etiam ratione *ischas*. *ischas*. & *chamæbalanos*. *chamæbalanos* ab iisdem nominata est, quod in ficus, uel glandis effigiem radicis extremū turbinetur. Quapropter non ineptè Latinis etiam glans aut ficus, seu carica syluestris nominabitur.

FORMA.

Ramulos duos aut tres iunceos, tenues, rubentesq̃ profert, qui supra terram parum se attollunt. Folia rutæ similia, longiora tamen, & uirentia. Semen exiguum. Radicem Asphodelo similem, & ad pyri figuram accedentem, rotundiorē tamen, & liquore plenam, intus candidam, foris nigro cortice tectam. Hæc Dioscorides. Alij *D* adijciunt Apion habere tenues capreolos, florem Piso nō dissimilem, sed longè minorem. Quæ singula satis declarāt herbam cuius picturam exhibemus, esse Apion: ramulos enim magna ex parte duos, uel ternos, imò ut Theophrastus ait quaternos, & interdum plures emitit, iunceos, tenuesq̃, & infima parte rubentes, qui supra terram parum se extollunt. Folia quoque Rutæ habet, at longiora & uirentia. Semen etiam exiguum. Radicem denique Asphodelo mari similem, & ad pyri effigiem accedentem: quod tamen nō de tota radice, quæ longissima est & tenuis, intelligendum uenit, sed de extremis eiusdem, hoc est, nucibus seu glandibus ab ea dependentibus, pyri aut ficus formam habentibus, qualibus etiam Pæoniæ foeminae radix assimilatur. Succosa quoq̃ radix est, intusq̃ candida. Quibus omnib, accedunt flores Piso similes, & mirificè odorati, minores tamen: nec non capreoli tenues. Cōueniunt etiam uires, ut ex sequentibus patebit, ita ut prorsus nulla sit nota quæ reclamare uideatur.

LOCVS.

Panis porcinus cur dictus. Prouenit in frumentaceis agris, hordeaceis potissimū, tritici & zææ, quos interdum sues, ductæ cupiditate eius radicis, seu rectius nucum ex radice dependentiū, prorsus euertunt. Atque hinc est quod panis porcinus à quibusdam nominetur.

TEMPVS.

Floribus abundat odoratis admodum Iunio mense.

TEMPERAMENTVM.

Apios temperatura calida est & sicca mediocriter, id quod ex gustu facilè deprehenditur.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Pars radicis superior sumpta, uomitione bilem pituitamq̃ extrahit. Inferior per aluum. Tota uero utrinque purgationes mouet. Succus eius sesquiboli pondere haustus, utraque parte, hoc est, suprà & infrà purgat. Cum uero liquorem colligere uolueris, tundito radices, coniectisq̃ in craterem aqua plenum misceto, tum pen na collectum qui supernabit liquorem siccato.

EX PLI-

A

EX PLINIO.

Succus purgat utraque parte sesquiobolo in aqua mulsa. Sic & hydropicis datur acetabuli mensura.

APPENDIX.

Experientia testatur nuces has nauseam atque adeo uomitionem ciere, si quis illis uestatur.

DE ASTERE ATTICO CAP. XLVII

NOMINA.



ΣΤΗΡ ἄστρος, Αστέριον Græcis: Aster atticus, Inguinalis Latinis dicitur. *Inguinalis.*

Officinis ignota herba. Germanis Sterntraut cōmodè appellari potest. Asteris autem nomen, non à foliorum in caulibus, sed in floribus *Aster unde dicta.*

potius figura & situ, accipit. Siquidem foliorum in huius herbe flore numerus & forma, stellam præ se ferunt, uel ut Plinius ait, capitula per ambitum diuisa folijs pusillis, stellæ modo radiata sunt. Errant itaque qui singula folia in caulibus stellæ formam representare putant. Bubonium & Inguinalis, quod inguinum præsentaneum sit remedium, dicta est. *Inguinalis quare appellata.*

FORMA.

Cauliculus lignosus, purpureū & luteum in summo florem habens, ueluti Chamæmeli capitulum, undique per orbem incisuris diuisum, foliolis stellæ similibus. Quæ uero circa caulem sunt folia, oblonga & densa hirsutæ. Ex qua quidem deliniatione omnibus perspicuum sit, herbam cuius picturam exhibemus esse Asters atticum. Nam caulis eius lignosus est, folijs uestitus oblongis & densis, in cacumine flos illi purpureus & luteus, stellæ modo radiatus, qui subinde in pappos abit: radix fibris multis capillata.

LOCVS.

Nascitur in collibus, montibus altis, & syluis.

TEMPVS.

Augusto mense ut plurimum florer, durantiq; in magnam autumnii partem eius flores.

TEMPERAMENTVM.

Mixtæ est potentia, uti rosa; refrigerat enim, non tamen uehementer, & digerit atque exiccat, quod scilicet illi amara insit qualitas.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Aestuanti stomacho illita cōfert. Succurrit etiam oculorum inflammationibus, bubonibus, & procidenti sedi. Tradunt partem in flore purpuream, si bibatur ex aqua, angina correptis, & puerorum comitialibus opitulari. Recens inguinum inflammationibus illita prodest. Sicca sinistra manu dolentis decerpta, inguini adalligata doloribus liberat.

EX GALENO.

Non tantum illitum, sed etiam suspensum bubonas sanare creditur. Habet uero quiddam etiam digerens, ut mistæ sit facultatis, uerum id non adstringit.

EX PLINIO.

Bibitur aduersus serpentes. Sed ad inguinum medicinam sinistra manu decerpi iubent, & iuxta cinctus alligari. Prodest & coxendicis dolori adalligata.

M DE AGRO-



ASTER
ATTICVS.

Sternkraut.

NOMINA.



ΑΓΡΟΣΤΙΣ Græcis, Gramen Latinis, Germanis *Gras* appellatur. Gramen uero dictum est, quod geniculatis internodijs mirifice serpat, à gra *Gramen unde dictum.* diendo, uel à gignendi fecunditate: siquidē crebrò ab ijs nouas spargit radices.

FORMA.

Geniculatis per terram serpit ramulis, & ab ijs dulces geniculatasq; radices spargit. Folia eius acuminata, dura, & ut parug arundinis lata, quæ iumenta bouesq; pascunt. Ex quibus uerbis planum sit omnibus, plantam hanc, cuius picturā damus, esse ueri graminis genus: geniculatis enim ramulis per terrā serpit, & ab ijs dulces, geniculatas, & exiguas admodum ac tenues radices spargit. E dodrantalibus etiam ramulis circa unumquencq; geniculū bina folia acuminata, dura ac lata emittit. Floribus deniq; ad gramē Parnasi accedere uidetur; candidi enim sunt, & quinis distincti folijs, & his ipsis dissectis; quibus decidentibus folliculi rotundi lini instar, semine pleni exiguo, ut Parnasi gramen, prodeunt. Adeò ut nemo sit qui non uideat illi per omnia graminis respondere notas. Quare reprehensione digni sunt, qui Ephrasiam esse putant. *Error quorundā seplasiariorum.*

LOCVS.

Pasim nascitur in umbrosis locis, & dumetis.

TEMPVS.

In fine ferè Aprilis floribus suis candidis & elegantibus ornatur.

TEMPERAMENTVM.

Radix graminis mediocriter frigida & sicca est, mordacitatē quandam exiguam, & partium tenuitatem obtinens. Herba uero ipsa in primo quidem excessu refrigerat, in humiditate uero & siccitate moderata. Semen alibi quidem imbecillum est, in Parnaso uero desiccatorium, & tenuium partium & subacerbum,

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Graminis radix trita & illita uulnera conglutinat. Decoctum eius in potu torminibus medetur, & urinæ difficultatibus. Calculosa etiam uesicæ excrementa cōminuit.

EX GALENO.

Radix cruenta ulcera glutinat. Cæterū mordacitas & tenuitas quæ radici inest, exigua est quidem, sed interdum tamen frangere lapides affolet, si quis ipsam decoquens bibat. Semen autem alterius quidem imbecillum est, eius uero quod in Parnaso nascitur, urinam ciet, & fluxus uentris & stomachi resiccatur.

EX PAULO.

Gramen Parnasi maximè utile est, siccatur, modicè refrigeratur, tenuiū partiū, & subacerbum, eoq; uulnera cruenta glutinat, & decoctū eius uesicæ calculos confringit.

EX PLINIO.

Decoctum gramen uulnera conglutinat, quod & ipsa herba tusa præstat: tueturq; & ab inflammationib; placat. Decocto adijcitur uinum ac mel: ab aliquibus & thuris, & piperis, & myrrhæ tertiæ portiones. Rursusq; coquitur in aëreo uase ad dentiū dolores & epiphoras. Radix decocta in uino, torminibus medetur, & urinæ difficultatibus, ulceribusq; uesicæ. Calculos frangit. Semen uehementius urinā impellit. Aluū uomitionesq; sistit. Priuatim autē draconū morsibus auxiliatur. Sunt qui genicula nouē uel unius, uel è duabus tribusue herbis, ad hunc articulorū numerū inuolui lana succida nigra iubeāt, ad remedia strumę panorūm ue. Ieiunū debere esse qui colligat. Ita ire in domū absentis cui medeat, superuenienti q; ter dicere, Ieiunio ieiunū medicamentū dare, atq; ita alligare, triduoq; id facere. Quod è graminū genere septē internodia habet, efficacissimè capiti cōtra dolores adalligat. Quidā propter uesicæ cruciatus decoctū ex uino gramē ad dimidias è balneis bibi iubent. *Superstitiosum.*

M 2 DE ALOE.



GRAMEN.
Gras.

NOMINA.



ALOË Græcis, Aloë Latinis appellatur. Officinæ ueterem appellationē retinuerunt. Germani destituti peculiari nomenclatura, pariter Latinis Aloën uocant. Sunt qui hanc à crassis folijs, & similitudine quam cum Semperuiuo habet, Semperuiuum marinum nominent.

*Semperuiuum
marinum.*

FORMA.

Scyllæ folium habet Aloë, crassum, pingue, modicè latum, rotundū, repandumq̃. Folia utrinq̃ gerunt ex obliquis aculeos raros, & breues. Caulem profert Antherico similem, florem album, semen Asphodelo simile. Graui est tota herba odore, & gustu amarissima. Radice una, pali in terram adacti specie. Nostra pictura non nisi radicem & folia ob oculos ponit, reliqua hoc tempore habere non potuimus. Dabimus autem operam, modò Deo sic uisum fuerit, ut aliquando integræ plantæ picturam studiosis exhibere liceat.

LOCVS.

Nascitur copiosissima in India, præpinguisq̃, unde succus quoq̃ defertur. Prouenit etiam in Arabia Asiæq̃, & in maritimis aliquot locis, & insulis, ut in Andro. Nunc in aliquot hortis Germaniæ nostræ plantatur.

TEMPVS.

Neque florem neque semen in stirpe nobis uidere contigit, quare de ijs quominimum proueniant tempore nihil certi monstrare possumus.

TEMPERAMENTVM.

Aloë calefacientiū est primi ordinis intensi, aut secundi remissi, tertij autem exiccantium.

VIRE.


EX DIOSCORIDE.

Duo sunt succi concreti genera. Vnum arenosum, quod sedimentū purissimæ aloës uidetur (hoc officinis Caballinū uocatur.) Alterum iecinoris modo coactum (Succotrinū barbari appellāt.) Eligito purā quæ nihil doli sensit, sine calculis, splendentem, subruffam, friabilē, iecinoris modo concretā, facile liquecentē, eximie amaritudinis. Reprobato autem nigram, & fractu contumacē. Est aloë uis adstringere, somnum cōciliare, exicare, corpora densare, aluum soluere, & stomachū purgare. Pondere cochleariū duorū in aqua frigida, aut tepida pota, sanguinis excreationes sistit. Regium morbū purgat tribus obolis ex aqua, aut drachmæ pondere in potu. Deuorata cum resina, aut cum aqua, aut cocto melle excepta, aluū soluit. Trium drachmarū pondere perfectē purgat. Mixta alijs purgatorijs medicamentis, stomacho minus noxia ea reddit. Siccata & insparfa, uulnera glutinat, & ulcera ad cicatricem perducit, compescitq̃. Priuatim autem exulceratis genitalib. medetur, & rupta infantium præputia agglutinat. Condylomata, rimasq̃ sedis cum passo mixta sanat. Sanguinis eruptiones ex hæmorrhoidibus factas compescit. Digitorum reduuias ad cicatricem perducit. Liures & fugillata cum melle delet. Palpebrarū scabrities, angulorumq̃ pruriginēs lenit. Dolorem capitis sedat temporibus & fronti ex aceto cum rosaceo inuncta. Capillos fluentes cum uino compescit. Tonsillis, gingiuis, & omnibus oris ulcerib. ex melle & uino prodest. Torretur oculorum medicamentis in testa pura & candente, rudiculaq̃ subinde uersatur donec equaliter torreatur. Lauatur ut quod est arenosissimum subsidat, tanquam inutile, & leue & pinguisissimum assumatur.

EX GALENO.

Hæ herba non admodum apud nos prouenit: & quæ in magna nascitur Syria aquosior est, & facultatis imbecillioris: attamen usque adeo desiccare potest, ut uulnera conglutinet. At in regionib. calidioribus, qualis est Cœlesyria & Arabia, multo est melior. Optima uero Indica, cuius liquor est id quod ad nos importatur medicamentū cognominatū aloë, ad plurimas res propter siccitatē mordicationis expertem utile. Est autem nō simplicis naturæ, sed, ut indicio est gustus, adstringit simul

M 3 & amara



ALOE
Moett.


A & amara est. Adstringit quidem mediocriter, sed uehementer amara est. Subducit & uentrem, utp[ro] ut ex numero medicamentorū quæ Græci ab excernendo stercore uocant *ἐκκαταρκτην*. Verum & ipsius facultatis misturam attestantur particularia eius opera: nam & gratum stomacho est medicamen, ut si quid aliud, & sinus glutinat. Sanat & ulcera quæ ægrè ad cicatricē duci possunt, & maximè quæ in a[n]o sunt & pudendo. Iuuat etiam eorum inflammationes aqua liquata, & uulnera ad eundem modum glutinat. Congruit similiter utenti & ad inflammationes in ore, naribus, & oculis. In summa, repellere & discutere simul potest, cum hoc ut paulum ex tergeat, quantum uidelicet ulceribus puris non sit molestum.

EX PLINIO.

Natura Aloës spissare, densare, & leuiter calfacere. V[er]sus in multis & principalis, aluum soluere, cum penè sit sola medicamentorū quæ per se id præstant. Confirmat etiam stomachū, adeo ut non infestet ulla uis contraria. Bibitur drachma. Ad stomachi uerò dissolutionē, in duobus cyathis aquæ tepidæ uel frigidæ, cochlearis mensura, bis t[er]ue in die ex interuallis, ut res exigit. Purgationis etiam causa plurimum tribus drachmis. Efficacior, si pota ea sumatur cibus. Capillū fluentem continet cum uino austero, capite in sole contra capillū peruncto. Dolorem capitis sedat, temporibus & fronti imposita, ex aceto & rosaceo. Dilutiorq[ue] infusa, oculorū uitia omnia sanari ea conuenit. Priuatim prurigines & scabiem genarū, item insignita ac liuida, illita cū melle, maximè Pontico: tonsillas, gingiuas, & omnia oris ulcera. San guinis excreationes, si modicæ sint, drachmæ pondere ex aqua, si minus, ex aceto pota. V[er]u[m] quoq[ue] sanguinē, & undecunq[ue] fluentē sistit per se, uel ex aceto. Aliàs etiam est uulnerib[us], utilissima, ad cicatricē perducens. Eadē inspergit exulceratis genitalibus, uirorum cōdylomatis, rimisq[ue] sedis, aliàs ex uino, aliàs ex passo, aliàs sicca per se, ut exigit mitiganda curatio, aut coercēda. Hæmorrhoidū quoq[ue] abundantiam leniter sistit. Dysenterię infunditur. Et si difficiliter cōcoquantur cibi, bibitur à cœna modico interuallo. Et in regio morbo tribus obolis ex aqua. Deuoratur pilulæ cum mellis decocto, aut resina terebinthina, ad purganda interiora. Digitorū pterygia tollit. Oculorum medicamentis lauatur, ut quod sit arenosissimum subsidat. Aut torretur in testa, pennaq[ue] subinde uersatur, ut possit æqualiter torrerī.

DE BECHIO. CAP. L.

NOMINA.



BEXION Græcis, Latinis Tussilago aut Farsaria dicitur. Sic uocata quod *Βηχῆς*, hoc est, tussis iuuare credita sit. Herbarijs & officinis hodie Vngula caballina appellatur. Germanis *Koshib/oder Brandelattich*/quod scilicet equinæ ungulæ per similes sit, & ambustis medeatur.

Bechion unde dictum.

Vngula caballina.

FORMA.

Folia hederæ habet, sed maiora, sex aut septē à radice prodeuntia, supernè uirentia, inferiore autem sui parte albida, plures angulos habentia. Caulem palmum altum. Florē uere prodeuntē pallidū, quem unā cum caule cōfestim abiicit. Inde nō nulli existimauerūt sine caule hanc herbā nasci. Radix illi tenuis est, quæ minimè in utilis esse potest, quandoquidē illius, ut ex sequentib[us], patebit, in rupendis thoracis abscessibus, & eijciendo ex utero emortuo factu usus sit. Subesse itaq[ue] errorē in Dioscoride manifestissimū est, ubi radicē Tussilaginis *βηχῆς* esse inquit, quem tamen nemo interpretū, quod sciam, animaduertit. Hoc etiam adijciendū duxi pro confirmanda Dioscoridis descriptione, & confutanda erronea quorundam sententia, flores Tussilaginis esse fugacissimos: h[uius] enim enatis breui uigor uitaq[ue] durat, longissimāq[ue] mora triduum aut quadriduum, post quod ilico tempus flaccescen-

Bechion non nascitur sine flore.

Dioscoridis locus emendatus.



TVSSILAGO

Roschub.

A tes in pappos euanescent, & caduci marcent, ita ut non nisi uere sese fortetortuna ferant obuiam, quo potissimum tempore flos & caulis sine folijs uidentur. Quapropter qui herbam ipsam hoc tempore non cōspexerunt, & tam subitam floris & caulis iacturam haud animaduuerunt, sine utrisq; nasci crediderunt. Nos tamen & florem & caulem sepius oculis contemplati sumus, ideoq; ut utriusq; pictura accederet diligenter curauimus.

LOCVS.

Nascitur prope fontes, & in aquosis locis.

TEMPVS.

Flores uere, & in Aprili colliguntur: ab hoc enim tempore, ut paulò antè diximus, nusquam apparent. Folia & radix tota aestate durant.

TEMPERAMENTVM.

Folia Tusilaginis uirentia aqueae substantiae admistionem habent, ut hac ratione frigida & humida dici possint. Sicca uero acriora sunt, ideoq; calida.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Tusilaginis folia trita cum melle illita, ignibus sacris, & inflammationibus cunctis medentur. Eadem sicca incensa, eos qui sicca tussi & orthopnoea infestantur, quum fumum per infundibulum hianti suscipiunt ore, sanant. Abscessus thoracis rumpunt. Eadem radix suffita potest, foetumq; emortuum in aqua mulla cocta & pota eijcit.

EX GALENO.

Bechium ideo nuncupatum est, quod *βήχης*, id est, tusses & orthopnoeas iuuare creditum sit, si quis uidelicet folia arida aut radicem in prunis accendens, ascendentem inde fuliginē inspiratu attrahat. Est autem modicè acris, ut sine molestia noxae omnes thoracis abscessus credita sit rumpere. Sanè folia uiridia partes cruda inflammatione obsessas illitu extrinsecus adiuuant, propter aquae humiditatis admistionem, qua omnia uirentia tenera, alia plus, alia minus participant. Nam sicca Bechij folia acriora sunt, quàm ut inflammatione laborantibus partibus conueniant.

EX PLINIO.

Tusilaginis aride cum radice fumus per arundinem haustus aut deuoratus, ueterem sanare dicitur tussim; sed & in singulos haustus passum gustandum est.

DE BVGLOSSO CAP. LI.

NOMINA.



ΒΟΥΓΛΩΣΣΟΝ Græcis; Buglossum, Bubula lingua, Bouis lingua Latinis, quod scilicet eius folia bubulae linguae similia sint: officinis & herbarijs Borrage, Germanis *Burzetfch* dicitur. Alia uero herba est quae hodie Buglossa uulgo nominatur, ut suo loco indicabimus.

FORMA.

Buglossum Verbasco simile est, folium habens in terram depressum, asperum, nigrius, bubulae linguae non dissimile. Florem coeruleum, speciosum. Quae nimirum descriptio ita hodie uocatae Borragini herbae quadrat, ut nemo non, nisi talpa cecior sit, ueterum esse Buglossum uideat. Qui tamen eius rei plura argumenta desiderat, ea quae libro primo, cap. xxxij. nostrorum Paradoxorum produximus, legat, & nihil puto deinceps dubitabit.

LOCVS.

Nascitur in planis & sabulosis locis. Palsim etiam hodie in hortis feritur, ob id olitoribus optimè cognitum.

TEMPVS.

Carpitur Iulio mense.

TEMPERA-



BVGLOSSVM

Borragin.

TEMPERAMENTVM.

Buglossum calidi humidique temperamenti est.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folium Buglossi in uinum deiectum animi letitiam efficere creditur. Aiunt quæ tres caules emittat si cum radicibus & semine tota teratur, & in potu detur, contra tertianos rigores prodesse: ad quartanas uero quæ quatuor. Horum autem decoctio in uino fiat. Herbam abscessibus etiam utilem esse ferunt.

EX GALENO.

Buglossum uinis iniectum lætitiæ & hilaritatis causa esse creditum est. Sed & ijs qui ob faucium asperitatem tussierunt, in melicrato coctum conuenit.

EX PLINIO.

Buglossum præcipuum quod in uinum deiecta, animi uoluptates auget, & uocatur Euphrosynum. Buglossum inarescente, si quis medullam e caule eximat, dicatque ad quem liberandum febre id faciat, & alliget ei septem folia ante accessione, aiunt à febre liberari.

EX SYMEONE SETHI.

Buglossum urinam cit, & sitim sedat. Caules eius cocti & crudi comesti iecoris affectibus profunt. A uiatoribus ex eo conficitur zupapion, & est utile.

DE BUPHTHALMO CAP. LII.

NOMINA.

BΟΥΦΘΑΛΜΟΝ Græcè, Buphthalmū Latinè. Hodie oculus bouis aut uaccæ, & Cotula non foetida herbarijs uocatur. Germanis *Kindsaug* / *oder Kiiaug*. Buphthalmum autem non alia ratione dixerunt ueteres, quàm quod eius flores oculi imitentur formam, & boum potissimū oculis similes sint. Germanicè etiam *Kindill* / hoc est, uaccinum anethum dicitur, quod scilicet uerum Anethum eius folia referre uideantur.


Cotula non foetida.
Buphthalmum cur dictum.
Anethum uaccinum.

FORMA.

Buphthalmum caulem tenerum emittit, folia fœniculo similia, flores luteos Anthemide maiores, oculorum figura, unde & nomen traxit. Hæ siquidem notæ adamussim conueniunt herbæ quam uulgus herbariorum Cotulam non foetidam uocant: caules siquidem eius teneri, folia fœniculo similia. Nec te moueat quod à Dioscoride Buphthalmo lutei flores tribuuntur, Cotulæ autem non foetide albi sint: ad discum enim mediūmue Dioscorides respexit, quod luteum est, non ad ambitum, in quo folia radiata candida, ut in Chamæmelo, existunt. Quod dicimus, confirmantque Galenus lib. vi. de simpl. medic. facul. in hunc modum scribit: Buphthalmi, inquit, flores colore Anthemidis floribus simillimi sunt, sed multò maiores. Serapion quoque florem eius magis luteum flore Chamæmeli esse ait. Si itaque Anthemidis floribus simillimi sunt, nec nisi sola magnitudine differunt, & Anthemidis propriè dictæ flores in medio lutei, & per ambitum candidi existunt, necesse est ut Buphthalmi etiam flores tales sint, ut scilicet candida illorum folia, luteum medium cingant. Quid multa? Buphthalmi flores ab Anthemidis floribus nō nisi sola magnitudine differunt: grandiores enim Buphthalmi flores quàm Anthemidis conspiciuntur, reliqua facie quāsimillimi. Quod igitur ad colorem attinet, in nullo uariant. Iam dictis accedit, quod Serapionis interpretis sub Cotulæ nomine Buphthalmum deliniat. Denique congenerem esse planè herbam Buphthalmum cum Anthemide Dioscoridis tractandi ordo abundè docet, quum constet illum tres herbas sibi admodū similes, Chamæmelū nempe, Partheniū, & Buphthalmū, uno in loco describere. Vnde iterū palnū sit Buphthalmū esse Cotulā non foetidam, quod scilicet Chamæmelo prorsus similis sit, excepto duntaxat flore, qui in illa maior est.

Obiectionis solutio.

LOCVS.



BVPHTHALMVM

Rindsaug.

LOCVS.

In campis & circa oppida nascitur.

TEMPVS.

Carpitur Iulio Augustoq; mensibus, & durat etiam usq; ad autumnii medium.

TEMPERAMENTVM.

Flores Buphthalmi aciores sunt Chamemeli floribus, ob id illis sunt calidiores.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Buphthalmi flores cum cerato triti, oedemata & durities discutiunt. Ferunt post exitū à balneo potam, regio morbo correptis coloris bonitatē tractu temporis red dere.

EX GALENO.

Buphthalmi flores Anthemidis floribus uehementius discutiunt, adeo ut & durities ex cerato mixti sanent.

EX PLINIO.

Buphthalmos cum cera scitromata discutit.

DE BELLIDE CAP. LIII.

NOMINA.

BELLIS neq; à Dioscoride, neq; à Galeno, nec alijs etiam Græcis, quod sciam, descripta est, ideoq; græco nomine destituitur. Latinam itaq; duntaxat appellationem habet, & Bellis siue Bellius, autore Plinio, nomina tur.

GENERA.

Duorum est generum, maioris & minoris discrimine insignis. Minor Bellis est ea quam officinæ Consolidam minorem appellant. Hæc iterum duum est generum. Quædā enim hortensis & domestica est Bellis, hanc Germani *Monatblum* le/oder rote blumle nominant. Altera sylvestris, quam uulgius herbariorum Primulam ueris, quod scilicet uere inchoante mox erumpat, Germani autem *Wasslieble*/ & *Kleinzeitelöfle* nuncupant. Maiorem officinæ nonnullæ Consolidam mediam, quod credatur uulnera glutinare, Germani *Gensblum* uocant. Nos aliam Consolidam mediam infra describemus.

FORMA.

Minor hortensis, sylvestris, præter florem qui rubicundus est, per omnia similis est. Constant uero flores si interdum simplici, interdū multiplici foliorum cōtextu, ut pictura affabrè ostendit. Sylvestris, Plinio lib. xxvi. cap. v. teste, flore cōstat albo, aliquatenus rubente, quinquagenis ternis, interdū etiam quinquagenis quinis barbulis circinato, folio pingui, in terra iacente, in rotundum oblongo, leuissimè serrato. Neq; obstat quod Plinius lib. xxi. cap. viij. Bellio luteum esse florē tradat, quia non ad ambitum, sed ad discum mediūmue floris, quod sanè luteum est, respexit. Hinc est quod à quibusdam Plinij locus ita legatur: Luteum & Bellio, ut subaudia tur semen. Maior Bellis procerior assurgit, folio non admodum diuerso, altioribus duntaxat crenaturis laciniato, coliculis tenuibus, surculosis, cubitū altis, flore priori non dissimili, maiore, paucioribus tantum barbulis, & in uniuersum candidis, medium luteum in orbem concinnè cingentibus.

LOCVS.

Pasim in pratis uterque nascitur Bellius. Iam & in hortis seritur, sed flore multiplici, barbularum stipatu denso.

TEMPVS.

Minor primo statim uere apparet, & tota ferè æstate durat. Maior autem in Maio mense floret, quo etiam tempore carpi debet.

TEMPERAMENTVM.

Bellius uterque calidus & siccus est, id quod ex Plinio colligi potest, qui illorum

N ad dis-



BELLIS MINOR
HORTENSIS.


Monatblüm.



BELLIS MINOR
SYLVESTRIS.

Maßlieben.

N 2



BELLIS MINOR

Senßblüm.

ad discutiendas strumas usum esse scribit. Acetosus tamen sapor quem in gustu minor præ se fert, aliquam frigiditatis in ea portionem esse monstrat. Quicquid tamē sit, exiccare Bellios euidentissimum est.

VIRES.

Quotquot hodie uiuunt uulnerariā herbam Bellium esse nouerunt, ualetq̃ potissimū in capitis fractura admota. Succus etiam herbæ utiliter uulneratis bibitur. Laudatur etiam herba ad membrorum resolutionem, quam Græci paraly sin uocant; itemq̃ ad podagras, ischiada, & aduersus strumas,

DE BRATHY CAP. LIIII.

NOMINA.



ΠΑΘΥΣ ἡ δὲ βράθυ Græcis, Sabina uel Sauina Romanis, *Seuenbaum* Germanis dicitur. Officinæ nomen uetus retinuerunt.

GENERA.

Duū est generum Sabina. Vnum quod hic pictum exhibemus; alterum Tamaricis folia habens.

FORMA.

Primi generis Sabina folijs Cupresso similis est, spinosior tamen, graui odore, acris & feruens. Arbor breuis, & in latitudinem magis se fundens & explicans. Topiarius itaq̃ frutex est, immortalī coma uirēs, patulo fastigio, iuniperi similitudine.

LOCVS.

Passim in hortis nascitur.

TEMPVS.

Quouis tempore colligi potest, potissimū autē autumno dum semine pregnans est.

TEMPERAMENTVM.

Tertij est ordinis excafacientiū & desiccantium, & ex numero eorum quæ uel maximē tenuium sunt partium.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Prioris folijs nonnulli pro suffitu utuntur. Vtriusq̃ folia nomas sistunt. Inflammationes illita mitigant. Cum melle illita nigrities repurgant, itemq̃ sordes & carbunculos abstergunt. Cum uino pota sanguinem per urinam ducunt, foetumq̃ excutunt. Idem apposita & suffita præstant. Miscentur unguentis excafacientibus, priuatim Gleucino.


EX GALENO.

Sabina ex numero est fortiter exiccantiū, idq̃ secundum tres qualitates quas in gustu præ se fert similiter Cupresso, nisi quod ea acrior est, & ut sic dicā, magis aromatica, seu odorator. Igitur huius quam modo dixi qualitatē est particeps, nempe acrimoniæ cōsistentis in calido temperamento, præterea amaritudinis & adstrictionis obscurioris quā in Cupresso. Siquidē quanto magis acrimonia superat, tanto etiam potētius digerit. Itaq̃ glutinare nequit ob siccitatis & caliditatis robur. Nam utriusq̃ illi tantum inest, ut etiam tendat, & inflammationē afferat. At putredinibus similiter Cupresso accōmodari potest, maximē ijs quæ maligniores fuerint, & diuturniores. Nam hæc citra noxam medicamentī uehementiam perferunt. Quin & quæ atra sunt reddita, & admodum sordida, ea cum melle expurgat. Carbunculos item soluit. Porro ob essentiæ partium uenustatem mentes quoq̃ prouocat, ut si quid aliud. Et sanguinem per urinas mouet. Foetum etiam uiuentem interficit, & mortuum ejicit. Unguentis inditur, & potissimū Gleucino, & in multas anridoros inijcitur. Quidam uero etiam Cinnamomi uice duplum eius adijciunt; est enim extenuandi & digerendi facultatis, si pota fuerit.

EX PLINIO.

Sabina à multis in suffitus pro thure assumitur. In medicamentis uero duplicato

N 3 pondere



SABINA

Seuenbaum.

A pondere eisdem effectus habere quos cinnamomum traditur. Collectiones minuit, & nomas compescit. Illita ulcera purgat. Partus emortuos apposita extrahit & sufficit. Illinitur igni sacro & carbunculis. Cum melle & uino pota, regio morbo medetur. Gallinacci generis pituitas fumo eius herbæ sanari tradunt.

DE BATO CAP. LV.

NOMINA.

BATOΣ Græcis, Rubus aut sentes Latinis uocatur. Aliquibus Mora uaticana, corrupta uoce, eius fructus dicuntur, cum dicendum esset mora uacinia. Nam in hodiernum usque diem Græci mora illa à *Βάτρο, Βοτρυα* *υγι, Βατρυα* cognominant. testis Galenus libro sexto, de compos. medica. secundum locos, cap. primo. Vergilius in Bucolicis unius literæ immutatione uacinia uocauit, inquiens: Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur. Eclog. ij. A nostræ ætatis medicis barbaris & herbarijs mora bacci appellantur, cum illis dicendum esset mora bati, Theophrasto libro ij. de plantarum historia, cap. xvij. Chamæbatos, quasi dicas humilis rubus, appellatur, Germanicè Bromber.

FORMA.

Rubum omnes nouerunt, ubique enim uestibus prætereuntium sese affigit, remoramq; uiatoribus iniicit. Caulem habet minacibus ac pungentibus spinis & aculeis uestitum. Folia incisuris diuisa, nigricantia ab uno latere, altero candentia. Florem initio rubescens, dein candidum profert, quo abeunte fructus exit, qui cum maturuerit moro persimilis fit nigrescens, auibus gratus, nec hominibus insuauis cibus. Inest illi succus sanguineus, & ueluti cruore atro manus inficiens.

LOCVS.

B Passim in dumis prouenit Rubus, qui protinus quàm paulò accreuit, retro uergit in terram, atque ita radicatur, iterumq; ex se nascitur.

TEMPVS.

Diuersis temporibus folia, flores & fructus Rubi colliguntur. Folia nanque in uere: flores æstatis initio, Iunio nimirum & Iulio mensibus; fructus autem ubi iam maturuerit per messes & extrema æstate decerpitur.


TEMPERAMENTVM.

Rubi folia, germina, flores, fructus & radix qualitate adstringente participant, eaq; non obscura. Sed hoc inter se differunt, quod folia potissimū & recens nata plurimum in se habeant aqueæ substantiæ, parum uero adstringant. Eadem ratione & germina. Est itaq; eorum temperies ex terrea frigida essentia, & aquea tepida. Fructus autem, si quidem maturus fuerit, non parum habet succi temperati calidi, qui dulcis est. Proinde eam ob rem, & propter modicam adstrictionem, esui non insuauis est. At immaturus à frigida terrea substantia uincitur, ac proinde acerbus est, & exiccatorius. Vterq; autem siccatus reconditur, ualidius quàm recens desiccans.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Rubus adstringit & desiccatur. Capillos tingit. Ramorum eius decoctum potum aluum sistit, & foeminarum profluvia cohibet. Presteris morsui utile. Gingiuas firmat. Oris ulceribus folia cōmanducata medentur. Cohibent herpetas, & in capite achoras, oculosq; procidentes, condylomata & hæmorrhoidas, illita folia sanant. Cardiacis & stomachi doloribus trita & imposita subueniunt. Succus ex caulibus, folijsq; eius expressus, & in sole coactus, efficacius omnibus iam dictis medetur. Fructus eius optimè maturi succus, ad oris medicamenta cōuenit. Sistit & aluum in media maturitate comestus, Flos quoq; eius in uino potus aluum sistit.



RVBVS

Bromber.

EX GALENO.

Folia & germina Rubi si mandantur, aphthas & alia oris ulcera sanant. Quin & alia uulnera glutinare ualent. Flos eius eandem fructui immaturo facultatem possidet: utraq; ad dysenterias, & uentris profluuiâ, eiusq; robur deperditum, & sanguinis exuptiones, idonea remedia. Radix præter adstrictionem non paucâ in se habet substantiam tenuem, propter quam etiam in renibus lapides comminuit.

EX PLINIO.

Nec Rubos ad maleficia tantum genuit natura, ideoq; ex eis mora uel hominibus, cibos dedit. Vim habent siccandi, adstringendiq; gingiuis, tonsillis, genitalibus accommodatissimi. Aduersantur serpentium sceleratissimis, hæmorrhoidi & presteri, flos & mora. Scorpionum uulnera sine collectionum periculo iungunt. Vrinam ciunt. Caules eorum tunduntur teneri, exprimiturq; succus, mox sole cogitur in crassitudinem mellis, singulari remedio contra mala oris, oculorumq; sanguinem excreantes, anginas, uulvas, sedes, coeliacos, potus aut illitus. Oris quidem uitibus etiam folia comanducata profunt, & ulceribus manantibus, aut quibuscunq; in capite illinuntur. Cardiacis uel sic per se imponuntur à mamma sinistra. Item stomachi doloribus, oculisq; procidentibus. Instillatur succus eorum & auribus. Sanat condylomata cum rosaceo cerato. Calculorum ex uino decoctum præsentaneum est remedium. Item per se in cibo sumpti cymæ modo, aut decocti in uino austero, labantes dentes firmant. Aluum sistunt & profluuiâ sanguinis. Dysentericis profunt. Siccantur in umbra, ut cinis crematorum uiam reprimat. Folia quoque arefacta & contusa, iumentorum ulceribus utilia traduntur. Mora que in ijs nascuntur, uel efficacior em stomachicæ præbuere quàm satiuæ morus. Eademq; compositione, uel cum hypocisthide tantum & melle bibuntur in cholera, & à cardiacis, & contra araneos. Inter medicamenta quæ styptica uocant, nihil efficacius Rubi mora ferentis radice decocta in uino ad tertias partes, ut colluantur quo oris ulcera, & sedis foueantur, tantaq; uis est ut spongiæ lapidescant.

DE BALLOTE CAP. LVI.

NOMINA.



ΒΑΛΛΩΤΗ, ἡ μέλας προσομοῖ Græcis, Ballote Latinis, Officinis Marrubium nigrum, aut Marrubiastrum, aut Præsium foetidum dicitur. Germanis *Marrubium nigrum* *cum dictum.* schwarz Andorn, oder Andorn weibele. Marrubium à similitudine foliorum, nigrum à caulis colore, qui niger est Marrubij respectu, dicta Ballote est.

FORMA.

Caules ex se mittit Ballote quadrangulos, nigricantes, subhirsutos, ab una radice complures. Folia Marrubio similia, maiora tamen, subrotunda, pilosa; per interualla in caule disposita, Apiastro similia, graueolentia, unde aliqui Apiastrum eam uocarunt. Flores in rotæ speciem caules circumiacent. Theophrastus etiam lib. vi. cap. ij. de historia plantarum, Balloten folio herbido, serratori, incisurisq; profundioribus & conspectioribus discreto constare scribit. Vnde liquidò constat hanc quam pictam damus esse ueram Balloten, quod illa sit herba fruticosa, quadrangulis caulibus affurgens, nigris, hirsutis ferè, folio Marrubij, sed maiore, piloso, cingente per intercapidines caulem, odore graui, orbiculato florum purpureorum ambitu, qui scapos uerticillatim obducunt.

LOCVS.

Nascitur propter uias, domos, sepes, cœmiteria, & alijs umbrosis in locis.

TEMPVS.



BALLOTE

Schwartz andorn.

TEMPVS.

A Floret in fine Iunij mensis, & initio Iulij, quo sanè tempore carpi cōmode potest.

TEMPERAMENTVM.

Amara & acris est, ideoq; calefacit in secundo ordine iam completo, aut tertio remisso; desiccatur autem in tertio.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Huius folia cum sale illita, canis moribus medentur. Feruenti cinere flaccescencia, condylomata reprimunt, sordida q; ulcera cum melle purgant.

EX PAVLO.

Ballote, quod alij Marrubium nigrum dicunt, acris est & absterforia facultatis. Illitum cum sale canis moribus medetur.

EX PLINIO.

Vis eius efficax aduersus canis morsus, ex sale folijs tritis imposita. Item ad condylomata, coctis cinere, in folio oleris. Purgat & sordida ulcera cum melle.

DE BATRACHIO CAP. LVII.

NOMINA.



BATRACHION Græcis, Batrachium & Ranunculus Latinis dicitur. Apuleius Sceleratā nominat. Vulgus medicorum perperam Pedem corui uocat. Sunt etiam qui Flammulam, ab urendi facultate, appellant. Germani Hanensius. Batrachion autem siue Ranunculus dicta est haud dubie, quod limitibus humidis opacisq; marginibus ranarum more lætetur; aut quod aquis ubi ranæ degunt potissimū, gaudeat, aut quia inter eius frutices ranæ frequenter inueniantur. Agreste uero Apium seu Apiastrum, quod folijs apium emuletur.

Scelerata.

Flammula.

Ranunculus una de dictus.

B Scelerata, eo quod comesta noxia sit: uel, quod magis arridet, quia ualidi sceleratiusq; mendicantes sibi crura & lacertos hac ipsa dilaniant, quò possint impudentius stipem extorquere, atque hac impostura pecuniolam aucupari.

Agreste apium. Scelerata.

GENERA.

Plura sunt Ranunculi genera, Dioscorides uero & Galenus quatuor potissimū esse tradunt. Primum duplex est: huius enim generis Ranunculus quidam syluestris est: & hic iterum duabus discriminatur differentiis. Vnus enim luteos flores profert, & Germanis weisser Hanensius dicitur. Alter uero purpureos, qui mihi, quod sciam, nondum uisus est. Quidam autem hortensis, qui nisi cultura accedat prouenire haud solet. Hic itidem duplex est. Vnus qui simplici florum textura consistat, Germanicè vngesülter garten hanensius. Alter multiplicè foliorū in floribus cōpagem obtinet, ideoq; Germanis gesülter garten hanensius dictus est. Alterum quod à foliorum similitudine quam cum Apij folijs obtinet, à nonnullis ελληνικον, id est, Apium syluestre, uel Apium risus cognominatur. Germani Wasserhanensius uocat. Tertium genus exiguum est, ob id etiam Germanis kleiner Hanensius nominatur. Quartum etiam minimum, germanicè Waldhenle appositissima uoce appellatur: est enim inter reliquas herbas quæ germanicè Pedes galli uocantur, & minima, & non nisi in syluis ut plurimum prouenit, adeoq; composita uoce rectissimè Waldhenle nominatur, quasi dicas minima inter pedes Galli, & in syluis prognata. Estq; duum generum: unum quidem lacteo flore, alterum luteo, ut pictura docet. Primū autem quod lacteo flore ornatur, est id quod à Dioscoride pingitur, germanicè uocatur Weiß waldhenle. Alterum, das gelb waldhenle.

Syluestris ranunculus.

Hortensis.

Apium syluestre.

FORMA.

Primum Ranunculi genus folia Coriandro similia habet, latiora, uel ut Plinius ait, ad maluæ latitudinē accedentia, subalbida & pinguis. Florem luteum, interdū purpureum. Caulem non crassum, cubitali altitudine, Radicem paruum, albam, amaram,

Primum genus.



RANUNCULI PRIMA SPECIES SYLVESTRIS.

Weisser Hanenfuß.



RANUNCULI HORTENSIS
SIMPLICIS PRIMA SPECIES.

Ungefülter garten ranenfuß.



RANUNCULI PRIMA SPECIES
HORTENSIS, MULTIPLEX.

Gefülter hancstif.



RANUNCULI
SECUNDA SPECIES.

Wasserhanenfuß.


RANUNCULI
TERTIA SPECIES.


Kleiner Hahnenfuß.



RANUNCULI
QUARTA SPECIES LACTEA.

Weiß waldhenle.





RANUNCULI
QUARTA SPECIES LUTEA.

Selbſ waldheule.

A amaram, adnascētiās Ellebori modo habentem, Cæterum effecit cultura, ut qui in limitibus simplici foliorum compage flores oriantur, gemino quodam densōq; ac multiplici foliorum stipatu nunc in hortis collucescāt, quemadmodū pictura affabrè monstrat. Alterum genus lanuginosius, uel ut Plinius inquit foliosius, altiore caule, pluribus foliorum incisuris, copiosissimū in Sardinia, acerrimumq; quod iam Apium syluestre nominant. Tercium genus ualde paruum, graui odore, flore qui auri speciem refert. Quartum huic simile, flore autem lacteo aut luteo, radice longiore, & modo quodam nodosa, gustu acri.

Alterum.

Tertium.

Quartum.

LOCVS.

Primum genus Ranunculi syluestris lutei sine cultura circa fluentia, & in limitibus pratisq; humidis & uliginosis prouenit. Hortensis uero adhibito cultura in hortis nascitur. Alterum genus secus aquas & fontes gignitur, & apud Sardos copiosissimum. Ea si comedatur, uescētibz neruos contrahit, rictuq; ora diducit, ut qui mortem oppetunt, uelut ridentiū facie intereant. Ob id Sardonius risus in proverbium cessit. Et si autem nostra non perinde efficax sit atq; ea quæ in Sardinia nascitur, tamen hanc uehementissima etiam erodendi facultate esse præditam, gustus ostendit. Tercium genus in pratis & campestribus passim prouenit. Quartum, ut Germanicum nomen palam demonstrat, syluis familiare est. Luteum uero in ualle supra & infra Bebenhusum monasterium iuxta aquas copiosissimè nascitur.

Sardonius risus.

TEMPVS.

Primum genus hortensis Ranunculi lutei, statim inter initia Aprilis floret; Maio autem mense disperit, & nusquam subinde conspicitur. Secundum & tertium genus itidem tota ætate inueniri possunt. Quartum in uere, Aprili nimirum mense, tantum apparet, quo sanè tempore hoc ipso sylug, luci & nemora scatent, floribusq; eius candicant.

B

TEMPERAMENTVM.

Omniū tum radix, tum uniuersa herba uehementer calida & sicca est. Primi tamen generis syluestris lutei, nō perinde ac reliquorū acris admodum est facultas.

VIREs. EX DIOSCORIDE.


Omniū folia & caules teneri si illinantur, exulcerandi, & crustas cum dolore creandi uim habēt. Proinde scabros ungues & scabiem tollunt, & stigmata delent, myrmecias, acrochordonas & alopecias modico tempore illita sanant. Tepido eorundem decocto perniones fouentur. Radix sicca tritaq; sternutamentū naribus admota ciet. Dentium dolores adhibita lenit, eos tamen conterit.

EX GALENO.

Quatuor habet speciatim Ranunculus differentias. Omnes uerò uehementer acrem facultatem possident, adeò ut cum dolore exulcerēt. Hac itaq; ratione si moderatè utare, pforas & lepras excoriant, & ungues leprosos diuellūt, ac stigmata discutiunt, & acrochordonas & myrmecias detrahunt. Quin & alopecias iuuant paucotēpore admota. Nam si diutius inhæreant, non excoriat solum cutis, sed & in crustam uritur. Atq; igitur hæc omnia caulis & foliorum sunt opera, si illinantur uiridia. Porrò radix arefacta sternutatoriū est medicamentū similiter alijs quæ ualenter desiccāt. Sed & dentium dolores iuuat, ut & eos, uehementer scilicet exiccando, frangat.

EX PLINIO.

Omnibus uis caustica, si cruda folia imponantur, pustulasq; ut ignis faciūt. Ideo ad lepras & pforas utuntur, & ad tollenda stigmata, causticisq; omnibus miscent. Alopecijs imponunt, celeriter remouentes. Radix in dolore commanducata diutius, rumpit dentes. Eadem sicca concisa, sternutamentū facit. Nostri herbarij strumeam uocant, quoniam medetur strumis, & panis, parte in fumo suspensa.



LUPVUS SALICTARIUS.

Hopfen.

NOMINA.

BRYON Græcis recentioribus, Lupus salictarius Latinis, Lupulus officinis, uulgo Humulus uocatur. Aliquot Italiæ rura, ad græcam appellationem alludentes, Brusculam, quasi Bryon scanfile nominant, Germani Hopfen. Græci autem Bryon à Bryoniæ similitudine haud dubie nominarunt. Lupus uero salictarius, quia subit scanditque salices, & arbuta omnia circumuoluendo se circumplectitur, appellatus est. Hinc quoque Lupus reptitius nonnullis nominatur.

Lupulus.

Humulus.

Bryon.

Lupus salicta-

rius.

Lupus reptitius

FORMA.

Caules habet aculeatos, longissimosque. Folia uitis albæ, hispida, & nigriora. Flores cinereos seu candicantes, ac multis exilibus folliculis squamatim compactiles. Radicem subnigram, longam.

LOCVS.

Pasim & copiose in Germania nostra iuxta uepres & salicta prouenit, ex eaque ceruissiam potum, quo uini uice utuntur, Germani conficiunt. Ideoque in hunc usum in hortis plantatur.

TEMPVS.

Augusto mense floret & Septembri.

TEMPERAMENTVM.

Sunt qui refrigerare Lupulum dicant, alij temperamento medium esse putant. At utriusque mea quidem sententia, falluntur: flores enim quorum potissimum usus est, calidos & siccos esse, odoris & grauitas, & immodica amaritudo testantur. Antiquus etiam herbarius calidum & siccum in secundo ordine esse tradit. Denique constat radices quoque eius calidas esse.

VIRE.

EX RECENTIORIBVS.


Bilem utranque detrahit. Abscessus discutit. Pituitam in aqua inter cutem per aluum ducit. Succus eius crudus haustus uentrem magis subducit, minus uero obstructions aufert. Coctus uero magis ab obstructionibus liberat, minusque uentrem subducit. Auribus instillatus eas à putredine uindicat, & à fetore liberat. Radices obstructions tollunt, lienis potissimum & iecoris.

DE VERO



VERONICA
MAS.

Erenbreißmennle.



VERONICA
FOEMINA.

Crenbrißweible.

NOMINA.

VETERIBVS Græcis & Latinis cognita fuerit nec ne hæc herba, nondun constat. Vulgus autem herbariorū hodie Veronicam, Germani *Erenbreiß* oder *Grundheyl* / ob mirificam sanandi ulcera & uulnera facultatem nominant,

GENERA.

Duūm est generum Veronica; una mas, altera uerò fœmina. Discrimina earum ex descriptionibus patebunt.

FORMA.

Veronica mas herba est per terram serpens, cauliculo dodrantali & nonnunquā etiam longiore, rubescēte & lanuginoso, folijs oblongis, nigris, hirsutis & serratis, floribus in cacumine purpureis, semen in uasculis loculi speciem habentibus, radice tenui. Fœmina itidem per terram serpit caule lanuginoso, folijs rotundis instar herbæ quæ Centummorbia & Nummularia hodie uocatur, minimē in ambitu incisis, paulò quā maris uiridioribus, floribus in luteo purpureis, semine in uasculis rotundis, radice, ut mas, tenui.

LOCVS.

Nascitur incultis & syluestribus locis.

TEMPVS.

Iunio mense floribus & semine abundat.

TEMPERAMENTVM.

Amaritudinem quandam & uehementem adstrictionem in gustu præ se fert, ut hinc calidam & siccam esse coniungere liceat.

VIREs.

Mirificè ad cruēta ac uetera uulnera & ulcera sananda confert. Scabiei denique & omnibus cutis uitijis medetur. Ferūt quondam huius herbæ adiumento Regem Galliæ elephantis morbo correptum, à quodam uenatore sanatum esse, cum is ceruum à lupo uulneratum eius herbæ comestione, & assidua in illa uoluntate, curasse se ipsum animaduertisset. Tumores etiam, in quacūq; corporis parte fuerint, potissimum autem in ceruice, discutere potest. Recentiores huius usum unicè commendant in febribus pestilentialibus, iecoris & lienis obstructionibus, potissimum uero pulmonis exulcerationibus.

DE BVLBO SYLVESTRI CAP. LX

NOMINA.

BULBOS *αγριου* Græcis, Bulbus syluestris Latinis. Sunt quibus Cēpa syluestris appellatur. Germanicè *Seld* / *wild* oder *ackerzwibel*. Bulbos autem nominant radices suis membranis tunicatas, siue pluribus capitulis coagmententur, uno folliculo omnes ambiente, siue quadantenus distinctæ separentur.


FORMA.

Herba est caule dodrantali, cauo, folijs porraceis, floribus lilij sinuatim emicantibus, speciosis, sex folijs è calathio stellatim radiatis, ex uiridi in luteum tendentibus, capillo intus croceo, capitulo floribus decidentibus triangulari, seminibus pleno, radice bulbosa ceu Allium, citra odorem glutinosa.

LOCVS.

In locis umbrosis, circaq; margines quorundam pratorū copiose prouenit. Quare in uallibus non procul à Tubinga iuxta monasteriū Bebenhusense sitis, & radice montis Austriaci ad pratum tenue uocatum, Bulbus plurimus nascitur.

TEMPVS.



BVLBVS
SYLVESTRIS.

Feldzwibel.

C

TEMPVS.

Per initia ueris, Martio & Aprili mensibus erumpit, ac statim subinde euanescit. Semen non tantum in caulibus, uerumetiam iuxta radicem profert.

TEMPERAMENTVM.

Amara austeraque qualitate praeditos inueniet, non hunc, sed & alios bulbos, qui gustum exacte consuluerit. Proinde hos abstergere simul & glutinare, & nimirum etiam exiccare posse, nemini non notum est.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Omnes bulbi acres sunt & calefaciunt, ueneremque stimulant. Linguam & tonsillas exasperant. Multum nutriunt. Carnes procreant, flatusque faciunt. Ad luxata, collisa, furculos, articularumque dolores illiti conducunt. Gangrenis & podagris cum melle, & per se, hydropicorumque tumoribus & canum moribus profunt. Cum melle pariter & pipere trito illiti, sudores cohibent, & stomachi dolores sedant. Furfures & achoras cum nitro tosto exterunt. Sugillata & uaros per se, aut oui luteo purgant, & lentigines cum melle aut aceto. Fractis auribus cum polenta, & cotulis unguitibus profunt. Ficos in calidis cineribus tosti, & cum mænarum capitibus crematis appositi, tollunt. Combusti uero & Alcyonio permisti uitia cutis in facie, & nigras cicatrices in sole illiti emendant. Cum aceto elixi & in cibo sumpti adrupta faciunt. Cauere uero eorum in cibo copiam oportet, quoniam neruofas partes tentant.

EX GALENO.

Bulbi amaram austeraque uim manifestam obtinent, quamobrem elanguescentis stomachi aliquatenus auiditatem excitant. At uero neque ipsi inutiles sunt, quibus e thorace & pulmone pus expuendum erit, quanquam crassiore ac glutinosiore sit corporis substantia: etenim amaritudo crassitudini aduersatur, lenta crassaque nata incidere. Quapropter bis elixi uberius quidem alunt, sed excreare uolentibus reluctabuntur, utpote omni amaritudine exuti. Tum uero ex aceto, oleo garoque mistis, esitare satius fuerit: nam ita magis oblectabunt ac nutriunt, minusque inflabunt, & facilius concoquantur. Quidam horum cibo abunde & immodice usi, plane seminis auctam copiam, inque uenerem se esse promptiores senserunt. Hos quoque homines uarie apparant. Non enim solum aqua elixos, uerumetiam patinas ex ipsis uarie conditas instruunt. Alij quidam in sartagine frigunt, multi in craticula assant. Verum hi multam coctionem haud sustinent, admodum pauca contenti. Sunt qui nihil prorsus praecoquant: delectat namque eos amaritudo ipsa ac austeritas integra, quippe qui amplius ab ea ad cibum alliciantur: quanquam ad huiusmodi illecebra duo aut tres plus satis faciet. Si uero liberalius sic apparatus sumantur, praesertim ubi, ut mos est, crudiores ingeruntur, amplius cruditatem generabunt. Quidam etiam non probe cocti, inflationes & tormina pariunt. Qui ad hunc modum esitantur, alimentum minime boni succi procreant. At plurimum decoctorum, aut bis etiam, succus crassior quidem ille erit, caetera uero melior ac alibilior reddetur.

EX PLINIO.

Bulbi ex aceto & sulphure uulneribus in facie medentur: per se uero triti neruorum contractionem, & ex uino porrigines. Succum cum melle canum moribus. Erasi strato placet cum pice. Sanguinem idem eos sistere tradit illitos cum melle. Alij si naribus fluat, Coriandrum & farinam adiciunt. Theodorus & lichenas ex aceto bulbis curat, & erumpentia in capite cum uino austero aut ouo. Et bulbos epiphoris idem illinit, & sic lippitudini medetur. Aequè uitia quae sunt in facie, eorum rubentes maxime in sole illitis, cum melle & nitro emendant. Lentiginem cum uino, aut cum cumino coctis. Vulneribus quoque mire profunt per se, aut, ut Damion, ex mulso, si quinto die soluantur. Iisdem & auriculas fractas curat, & testium pituitas. In articularum doloribus miscet farinam. In uino cocti illiti uentri, duritiem praecordiorum emolliunt, Dysentericis in uino ex aqua coelesti temperato dantur. Ad con-

uulsa

A uulsa intus cum Silphio pilulis fabæ magnitudine. Ad sudorē tusi illinuntur. Nervis utiles. Ideo & paralyticis dantur iuxta in pedibus. Qui sunt rufi ex his, citissimè sanant cum melle & sale. Venerem stimulant. Syluestres interaneorū plagas & uitia cum Silphio pilulis deuoratis sedant. Et satiuorum semen contra phalangia bibitur in uino. Ipsi ex aceto illinuntur contra serpentiū ictus. Semen antiqui bibendum infanientib. dabant. Flos bulborum tritus crurum maculas uarietatesq; igne factas emendat. Elixos absis minus utiles adijciunt esse, & difficilè concoqui ex ui uniuscuiusq; naturæ.

APPENDIX.

Hic quem pictum damus Bulbus, facultatē emolliendi & discutiendi duos tumores habet. Humidis denique & depascentibus ulceribus tostus calido cinere, & cum melle tritus atque admotus prodest.

DE BICIO CAP. LXI

NOMINA.



BICION Græcè, Vicia Latine nominatur. Officinæ non sine maximo ex officinarum rore ea pro Orobo utuntur. Germani alludentes ad græcam appellationem, Wickfen simpliciter, uel cum adiectione 3am wickfen uocant. Vicia vicia unde autē, ut Varroni placet, dicta est à uinciendo, quod item ut uitis capreo. dicta.

los habeat, quibus sursum uersus serpit.

FORMA.

Cubitali altitudine surgit, folijs Aphaces, angustioribus tamen, flore Pisi, minutis nigricantibusq; in siliquis seminibus, quorum quidem figura non rotunda est, sed, similiter lenti, latiuscula.

LOCVS.

Sicca loca maximè amat, inter autem segetes copiose prouenit.

TEMPVS.

Iunio mense floribus & semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Medium tenet caliditatis & siccitatis, ualidius tamen siccatur, in secundo nimirum ordine.

VIRE. EX GALENO.

Semina hæc non solum insuauia, sed concoctu etiam difficilia, & aluum retinentia. Perspicuum ergo est, quum huiusmodi naturam obtineant, alimoniam quoq; quæ ex ipsis in corpus permanat, improbi crassiq; succi esse, idoneam ad humoris melancholici generationem.



NOMINA.

BΛΙΤΤΟΝ Græcis, Blitum siue Blitus Latinis uocatur. Officing hancher officinarum error.
 bam cum Beta cōfundunt non sine magno errore. Germanis *Wasser di-*
 citur. Blitum nomen inde traxit, quod iners & fatuum olus esset, sine sa- Blitum unde dictum.
 pore aut acrimonia ulla. Nam *βλίτης* stolidos & ignauos Græci dixe- βλίτης.
 runt. Sic hodie græca imitatione socordes, & nullius momenti homines, bliteos ap-
 pellamus. Ita Plautus in Truculento bliteam meretricem nominauit.

FORMA.

Blitum non pingitur à Dioscoride, sed ab Hermolao Barbaro, homine non mi-
 nus docto quàm diligente, in suo Corollario ijs uerbis describitur: Blitum erumpit
 ocyssimè, folijs betaceis, sine acrimonia fatuis & insipidis, semine ut Beta corticeo,
 copioso, racemoso, ut Atriplex. Radice non una, non in rectum tendente, sed mul-
 tiplici, obliqua, & proluxa. Ex quibus utiq; uerbis omnibus perspicuum fit, herbam
 quam depictam damus esse Blitum. Hec siquidem ocyssimè erumpit, atq; in altum
 tollitur, foliaq; Betacea prorsus habet. Insipida denique & sine acrimonia. Semen
 eius ut Betæ corticeum, copiosum, racematim singulis ramis insidens. Radice non
 una nititur, sed multiplici ac longa, non in rectum, sed obliquum tendente. Rectio
 rem tamen & magis descriptioni respondentē si quispiam protulerit, non grauabi-
 mur nostram mutare sententiam, ut qui probè perspectum habeamus in ijs herbis
 quæ à Dioscoride non descriptæ sunt, facillimè aliquem in tanta rerum penè omniū
 caligine aberrare posse.

LOCVS.

Etsi sponte sua interdum herba hæc proueniat, tamen ut de Blito etiam tradunt,
 si culto solo semel nata fuerit, ipsa se per multa secula seminis deiectione reparat, ut
 etiam si uelis uix possit aboleri, sic semel nata pluribus annis restibili fertilitate pro-
 uenit.

TEMPVS.

Floret æstate & autumnō, semineq; prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Blitum frigidum & humidum in secundo ordine.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Blitum oleris uice in cibum uenit. Aluo utile est, nullam tamen medicamento-
 sam uim obtinet.

EX GALENO.

Aquosum est olus, ac uti quis non absurdè dixerit qualitatibus expers, & insipidū:
 quapropter non ex solo oleo garoq; sed addito aceto sæpius meliusq; assumitur.
 Nō nihil etiam ad leuigandā aluum momenti affert, uerum id ipsum perquam exi-
 guum est, quoniam nulla ipsis acris nitrofaue adest qualitas, quæ aluum ad excre-
 tionē irritare possit. Liqueat etiā quod minima ab ipso alimonia in corpus dimanet.

EX PLINIO.

Blitum iners uidetur ac sine sapore aut acrimonia ulla. Vnde cōuicium fœminis
 apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho inutile est. Ventrem adeò turbat, ut
 choleram faciat aliquibus. Dicitur tamen aduersus scorpiones potum è uino pro-
 dedisse, & clauis pedum illini. Item lieni & temporum dolori ex oleo. Hippocrates
 menstrua sisti eo cibo putat.



BLITVM

Water,

NOMINA.



BOYNIAE Græcis, Romanis Napus, Germanis Stedtrüb appellatur. *Napus.*
 Buniadis autem appellationē à tumente figura quam præ se fert, Græci deduxerunt. Nancq; radix Napi buniadis in amplitudinē excrescit, & *Bunias quare dictus.*
 in rotundum extuberat. Clitos siquidem, colles, uerrucosaq; loca *Bovds* *Bovoi.*

nominant.

GENERA.

Napi buniadis, quem Galenus & alij ueteres in Raporum censum reponunt, duo sunt genera. Vnum satium, quod forma proximē ad Brassicam tertiæ speciei *Napus Bunias* accedit, radicemq; oblongiorem obtinet. Germani huius generis Napos, *Trucken* *satius.* *stedtruben* nominant. Alterum syluestre, quod folijs suis Erucae non dissimile est, *syluestris.* radice ampliore, & rotundiore, Germanice *Nassstedtruben* appellantur eius generis Napi.

FORMA.

Folia habet Rapi, leuiora, Erucae modo laciniata, caulem cubitalem, interdum altiore, rotundum, flores luteos, Brassicæ proximios, semen in filiquis, radicem oblongam.

LOCVS.

Bunias gaudet frigidis locis.

TEMPERAMENTVM.

Cum easdem quas Rapum uires habeat Bunias, necesse est idem etiam ut obtineat temperamentum. Est itaq; Napus bunias in secundo ordine calidus, & in primo humidus.


VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Radix Buniadis elixa, flatus creat, minus tamen quàm Rapum nutrit. Semen eius potum letalia uenena inefficacia reddit. Miscetur antidotis, Radix etiam eius sale conditur.

EX GALENO.

Easdem quas Rapa uires obtinent. Vide itaque caput de Rapis.



NAPVS BVNIAS
SATIVVS.

Turnen Steckrüben.



NAPVS BVNIAS
SYLVESTRIS.

Maßstecrüben.

NOMINA.

Botrys unde
dicta.



OTPYΣ Græcis, Botrys Latinis appellatur. Officinis & uulgaribus herbarijs incognita. Germanis haud ineptè Trauben aut nominabitur. Botrys uero dicta est à semine, quod racematim ramulis adnascitur.

FORMA.

Herba tota est lutea, fruticosa, sparsa, multaꝝ alarum caua habens. Semen totis ramulis adnascitur. Folia Cichorio similia obtinet, totaꝝ ualde odorata est, ideoꝝ uestibus apponitur. Ex qua quidem descriptione omnibus manifestum fit, herbam cuius picturam exhibemus esse legitimā Botryn: uniuerſa enim herba ad luteum colorem uergit, fruticosa est, & multis stolonibus fusa, folijs Cichorij, odoratis, semine circa ramulos totos in racemos collecto nascente. Quid multa: nulla est prorsus nota, quæ illi non appositissimè quadret.

LOCVS.

Nascitur circa profluentes aquas & torrentes. In Germania tamen, quod equidem sciam, non nisi ſata prouenit.

TEMPVS.

Auguſto & Septembri ad maturitatem maximè peruenit: quibus etiam mensibus, ut Ruellius annotauit, uenalis herba per Parisiensium urbem defertur. Odo- ris enim gratia Galli uestimentis, pannis, & linteis curiose interponunt. Apud Ger- manos tamen eius herbæ nulla est gratia, quod illis hæcenus ignota fuerit.

TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse Botryn amaritudo eius quæ gustui occurrit, facilè mon- strat. Item uis eius incidendi, quæ illi propter calorem, tenuitatemꝝ inest.

VIRES. EX DIOSCORIDE.


In uino pota orthopnceas lenit.

EX PAVLO.

Planta est admodum odorata, quæ cum uino pota non nisi recta ceruice spiran- tibus auxiliatur.

EX PLINIO.

Medetur orthopnoicis.



BOTRYS

Traubenkraut.

NOMINA.

Hæc herba non
est Pycnocomo.

Barba capricur
dicta.



VO nomine ueteribus Græcis & Latinis hæc herba uocata sit, nobis nondum compertum est. Neque enim Pycnocomon est, quòd à descriptione illius prorsus abhorreat. Quare Barbam caprinā interea donec certius nomen nacti fuerimus, nuncupabimus, à florum nimirum figura, quæ caprinam barbam referre uidetur. Germanicè *Wald geißbart*, ut eam segregaremus ab altera eiusdem nominis, quæ non in syluis, ut hæc ipsa, nascitur, sed in pratis & fenticetis, appellare nobis placuit.

FORMA.

Caulem habet tricubitalem, angulosum, folia Castanæ aut Corylo similia, in ambitu serrata, flores candidos, exiguos, racematim compactos, instar barbæ canæ dependentes, radicem nigram, lignosam, intus candidam. Flores eius in iulos abeunt.

LOCVS.

Prouenit in obscuris syluis, & uallibus nonnunquam minus apricis.

TEMPVS.


Floret Iunio mense, ac subinde semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse hanc herbam facile ex gustuprehenditur: miram enim amaritudinem, in radice potissimum, gustata exhibet.

VIRE.

Abstergit haud dubiè expurgatq; & quæ in uenis est crassitiem incidit. Quamobrem menses ducit, educendoq; ex thorace, & pulmone puri auxiliatur. Et in summa, siue crassa in eis pituita, siue pus, siue aliud quippiam continetur eiusmodi, expurgat. Hac utiq; ratione & morbo comitiali competit. Extrinsecus illita & imposita, tumores ex pituita ortos discutit.



181

BARBA CAPRI

Waldgeißbart.

Q

NOMINA.

Blattaria unde
dicta.



VM Græcis autoribus cognita hæc herba fuerit, nondum cōpertum habeo. Plinius certè libro xxij. cap. ix. Blattariam nominat. Inuenit autem nomen hoc Latinum, à colligendis in se blattis. Ideoq; cōuenientissimò nomine Germanis appellabitur Schabentrant.

FORMA.

- » Plinius loco iam citato Blattariam sic pingit: Blattaria est similis Verbasco herba, quæ sæpe fallit pro ea capta, folijs minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Ex qua pìctura satis constat, herbam cuius pìcturam damus esse Blattariam: sic enim Verbascum mentitur, ut pro eo sæpius ab imperitis decerpatur. Et sunt non pauci herbarij, qui hac similitudine decepti, eam inter Verbasci genera connumerant. Folia tamen, quæ minimè sunt hirsuta & candida, sed potius uiridia, faciliè ab hoc errore paulò attentiores reuocare possunt. Plures deniq; cauliculos habet, flores item luteos, ad Verbasci flores proximè accedentes. Folliculos quoque lini instar, in quibus semen continetur.

LOCVS.

Nascitur iuxta aquas, & fluminum ripas.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM.


Vehemens amaritudo eius satis docet esse calidam & siccam.

VIRE. EX PLINIO.

Hæc abiecta blattas in se contrahit, ideoq; Romæ Blattariam uocant.

APPENDIX.

- D Non plura de huius herbæ facultatib. apud probatos autores inuenio, sed haud dubiè si quis ea uti uoluerit, eadè quæ alia amara, in corpore nostro efficere potest. Quæ qualia sint, ex capite præcedente faciliè intelliges.



BLATTARIA

Schabenkraut.

Q₂

NOMINA.

BΡΟΜΟΣ Græcè, Avena Latinis ac Officinis, Germanis Habern dicitur.

FORMA.

Folijs & culmo Tritico similis, geniculis intersecto. In summo uerò fructum habet ueluti locustas duplici crure diuicatas, in quo semen includitur, Radicem copiosam.

LOCVS.

Pasim in Germaniæ agris nascitur, ac iumentorum potius quàm hominum pabulum existit.

TEMPVS.

Seritur Martio mense, metitur autem Augusto.

TEMPERAMENTVM.

Avena ut medicamentum refrigerat, Galeno autore: ut alimentum uerò, eodem teste, calefacit sufficienter. Vtroque uerò modo exiccat.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.


Semen eius haud secus quàm hordeum ad cataplasmata utile. Puls etiam ex ea fit cohibendæ aluo accommodata. Succus eius in sorbitione acceptus, tussientibus prodest.

EX GALENO.

Avena ut medicamentum similem hordeo uim obtinet. Nam illitum desiccatur, & digerit mediocriter, & sine morfu. Nonnihil etiam ad strictionis obtinet, ut uentris profluuiâ iuuat.

EX PLINIO.

^D Semen utile ad cataplasmata atque hordeum & similia, Prodest tussientibus succus, Auenæ farina in aceto tollit næuos.



AVENA

Haben.

Q 3

NOMINA.



Vua crispa cur
distia.

ETERIBVS ne Græcis & Latinis frutex ille cognitus fuerit, me ignorare adhuc ingenuè fateor. Quare cum nomen aliud quo hunc appellaremus in promptu non esset, uulgare & qua omnes hodie herbarij utuntur nomenclaturam usurpare uoluimus. Vuam autem crispam fruticem hunc dixerunt ab intortis fereq; in circulum uersis (crispa alij uocant) folijs, & acinis quos producit. Quo etiam respicientes Germani nostri, *Krüßbeer* / oder *Krüßelbeer* uocant, Latinius fortè uua intorta nuncuparetur.

FORMA.

Frutex est ramulis multis, aculeatus, rectoq; spinarū mucrone horridus, folijs intortis ac circinatæ rotunditatis, Apij modo dissectis, flore ex herbido purpurascens, acinis candicantibus, & splendentibus, primum acerbis, à maturitate dulcibus. Ex ijs abunde constare putamus, fruticem hunc cuius picturā exhibemus, non esse primam, ut nonnulli arbitrantur, Rhamni speciem. Nam etsi cætera respondeant, tamen folia quæ rotunda & minimè oblonga sunt, ut Rhamni, repugnare manifestè uidentur. Posset tamen citra aliquod uitæ discrimen Rhamni generibus annumerari, quod scilicet uiribus illi similis admodum sit, quas etiam illi suo loco adscribemus.

LOCVS.

In frutetis & sepibus nascitur, non tamen passim. Nusquam autem copiosius quàm Tubingæ luxuriat, ubi circa omnes fere sepes sese profundit.

TEMPVS.

Veris statim initio frutex ille pubet, primum hoc tempore folia, dein flores, ac non diu post acinos seu baccas acerbitate gratas profert.

TEMPERAMENTVM.

Haud dubiè idem quod Rhamnus temperamentum obtinet. Vt enim hic adstringit & refrigerat, sic etiam illa. Refrigerat autem in primo completo, aut secundo incipiente, desiccatur uero in secundo.

VIRE.

E DIOSCORIDE.

Folia ignibus sacris & herpetis illita auxiliantur. Fertur & ramos eius foribus & fenestris appositos ueneficiorū arcere maleficia. E quibus Dioscoridis uerbis satis liquet, Vuam intortam non hoc tantum nomine sepibus apponi ut easdem muniat, atque adeo alienorum ingressum prohibeat, uerum etiam ut ueneficia ab hostis propulset. Vt hinc quoq; colligere liceat, eiusdem cum Rhamno esse facultatis.


E GALENO.

Herpetes sanat, & erysipelata non magnopere calida, Porro ad hæc teneris utendum est folijs.

VVA CRISPA

Krüfelbeer.

Q4



C

NOMINA.



VO nomine ueteribus tum Græcis cum Latinis appellatæ sint hæ plantę, me ignorare ingenuę fateor. Puto autem illis planę fuisse incognitas, quod de ijs ne uerbum quidem apud eosdem scriptum inueniatur. Hodie Balsamines nomine uocant. Causam indicabimus paulo post. Germani ad latinam nomenclationem alludentes, Balsamētraut/haud (arbitror) ineptę appellabunt.

GENERA.

Prima Balsamine. Duo Balsamines genera damus. Primam, quam nos certioris discriminis gratia marem fecimus, Ligures Padani Balsaminā uocāt, Hierosolymitanū pomum *Hierosolymitanum pomum.* *Mirabile pomum.* *Charantia.* truria, Mirabile Gallia, uulgo Italarum Charantiam, quoniā septi modo in hortis fenestrisq; per cancellos opere topiario facillē digeratur. Alteram, quam sceminā nominauimus, Itali neutro genere Balsaminū appellāt, priori quidem quod ad fructum attinet similis, nisi quod minor est, in alijs dissimilis: neq; enim folijs, neque etiam floribus respondet. Vtraq; planta uisu pulcherrima est, ut hoc saltem nomine pingi meruerint. Et si præster etiam harum habere picturas, ut de ijs plura inuestigandi posteris occasio aliqua sit.

FORMA.

Primæ. Prima tenuibus prælongisq; flagellis ultro citroq; reptantib. euagatur, folijs Vitis albæ seu Bryoniæ, articulationibus, exilibus pampinis ex alarum sinu prodeuntibus, quibus illigantes sese cancellatim uicinis implicant pergulis: flore cucumeris ex albo in luteum languescēte, turbinato utrinq; fructu, carnosa cute, & per uersus uerrucosa, ac rigidioribus bullis intumescēte, cucumeris syluestris pusilli similitudine, puniceo maturo color, cartilago intus punicea uel lutea, sanguineusq; succus. *D* Pomum maturitate dissilit, inanitasq; contracto patet, semina intus pomi formam referentia continens. *Alterius.* Altera caulem habet crassissimū, Portulacæ alsimilem, in herbaceo colore rufescentē, folia Salicis, in ambitu incisis, flores magnos, purpureos, instar Consolidæ hodie regalis uocatæ herbæ caudatos, fructum priori non dissimilem, primo herbaceū, dein pallidum luteūmue, pilosum, qui maturitate dissilit, inanitasq; contracto apparet, semina intus aliquot lenticulæ ferē figura continentē.

LOCVS.

Non nisi satæ in Germania proueniunt. Sed iam in multorum hortis plantatæ nascuntur.

TEMPVS.

Floribus & fructibus prægnantes sunt Augusto & Septembri mensibus.


TEMPERAMENTVM.

Idem quod Telephium temperamentū, potissimum alteram, obtinere arbitror. Quare in secundo ordine intenso, aut certe principio tertij exiccare, nec insigniter calefacere, primo nimirum ordine, est uerissimile.

VIREs.

Balsamine uox unde nata. Ex primi generis Balsamines seminibus oleum exprimitur, ad uulnera, quod in Corollario suo annotauit doctissimus Hermolaus, præcipuum. Nonnulli pomum oleo prius imbutum aliquot dies insolant, deinde uel fimo, uel terra tantisper obruunt, dum prorsus intabuerit, sic Balsami uires glutinandis uulneribus adsciscere pollicentur, inde tractum Balsaminæ uocabulum. Quid multa? in uulneribus sanandis Telephio non inferiores esse cōiicio, hincq; Balsaminas appellatas. Nos tamen de ijs peculiarem experientiam nullam habemus. Poterunt itaque alij, si lubet, earundem uirium facere periculum.

DE GLYCYR-



BALSAMINE
PRIMA.


Balsamkraut menle.



BALSAMINE
ALTERA.

Balsamkraut weiblich.

NOMINA.



ΛΥΚΥΡΡΙΖΑ Græcis, Dulcis radix Latinis, Liquiritia officinis, Germanis Süßholz dicitur. Nomen tum apud Græcos, tum etiā Latinos à dulcedine, qua radix eius prædita est, inuenisse notius est, quàm ut dici debeat. Theophrastus nono de plantarū historia libro, Scythicam nominauit radicem, quod in Scythia circa Mæotim paludem plurimum proueniat. Sunt etiam qui ἄδρυον uocent, quod sitim retenta in ore arceat.

Liquiritia.
Glycyrrhiza um
de dicta.
Scythica radix.

FORMA.

Breuis frutex est, ramos binum cubitorum altitudine spargens, in quibus folia densa, Lentisco similia, pingua, tactuque glutinosa. Florem fert Hyacintho similem. Fructum pilularum Platani magnitudine, asperiore tamē, siliquas Lentis modo rubescentes, breuesque habentē. Radices illi sunt longæ, colore buxæ ut Gentianæ, subacerbæ, sed dulces, quæ Licij modo in succum coguntur & densantur. Hæc delinatio ita Liquiritiæ hodie uocatæ quadrat, ut nulla penitus sit nota quæ in illa non reperiatur. Fruticosa enim est, ramos bicubitales emittens, folijs lentiscinis, densis, pinguibus, tactuque sequacilentore glutinosi. Flore Hyacinthi, fructu pilularum Platani crassamento, sed asperiore, siliquas Lentis figura, & breues habente. Radicibus prælongis, buxæ colore, & dulcibus.

LOCVS.

Plurima & optima in Cappadocia ac Ponto nascitur. Multa præterea nec ignaua aliquot Germaniæ nostræ locis, Pabenbergenfi præsertim agro, IOACHIM nostri Camerarij, uiri doctissimi, patria, producitur. Et hodie nusquam ferè nō seritur in hortis. His quæ semel comprehenderit, tam pertinaci fertilitate cohæret, ut uix unquam possit radicibus extirpari, tam restibili fecunditate germinat.

Pabenbergenfi
ager Glycyrrhiza
fecundus.
Ioach. Camerarius.

TEMPVS.

Carpitur Septembre mense, quando semine prægnans est, aut Vergiliarum occasu. Flores suos Iulio mense profert.

TEMPERAMENTVM.

Natura eius nostræ temperaturæ familiaris est: nam tale monstratum est esse id quod dulce est. Sed quum adstrictio quædam adiuncta sit, uniuersum eius temperamentum quantum ex caliditate & adstrictione est, tepide potissimum caliditatis fuerit, quamproximè ad symmetrum temperatumue accedens. Porro quum etiam dulcis sit, humida quoque sit oportet.

VIRE.


EX DIOSCORIDE.

Succus radices ad arteriæ exasperationes utilis est, oportet autem ut linguæ subditus elique scat. Ardori stomachi, & ad iecinoris thoracisque uitia prodest. Vesicæ scabiem, & renum uitia cum passo potus emendat. Idem eliquatus sitim restinguit. Vulneribus prodest circumlitus. Cōmanducatus stomacho succurrit. Radicum recentium decoctum ad eadem conuenit. Radix uero sicca in puluerem trita, pterygijs commodissimè inspargitur.

EX GALENO.

Huius fruticis radicum succus in primis utilis est, similiter ut eius radices dulcis, simulque modicè adstringens. Proinde asperitates lenire potest, nō solum in arteria, uerumetiam scabra uelica, idque temperaturæ mediocritate. Quoniam autem temperie quoque humidum est quod modicè dulce est, iure sanè sitim arcens medicamentum est, nimirum modicè humidum, simul & natura humana frigidius. Refert Dioscorides, radicem siccam ad leuorem redactam, pterygiorum illitu idoneum esse remedium.

EX THEO-



GLYCYRRHIZA

Gäsholz.

EX THEOPHRASTO.

Dulcis & Scythica radix utilis ad suspiria, & tussim siccam, atq; in totum thoracis laborantis medicamento cōmoda redditur. Quin & ex melle ulceribus mederi potest. Sitim quoq; extinguit, si teneatur in ore. Qua de causā tum ea, tum Hippacē, Scythas decem & duodecim dies degere, & uitam prorogare affirmant.

EX PLINIO.

Radicis usus in subditis decocta ad tertias, cetero ad mellis crassitudinē, aliquando & tusa. E quo genere & uulnerib. imponitur, & faucium uitijs omnibus. Item uoci utilissimo succo, sic ut spissatus est linguae subdito; item thoraci & iecinori. In ore habentes sitim non sentiunt: ob id quidam Adipson appellauerunt eam, & hydropicis dedere ne sitirent. Non parum auxilij confert ijs qui perpetua siti excruciantur: ideo cōmanducata & stomatice est, & ulceribus oris inspergitur, saepe & pterygijs. Sanat uesciæ scabiem, renum dolores, condylomata, ulcera genitalium. Dedere eam quidam potui in quartanis, drachmarum duarum pondere, & pipere, hemina aquæ. Cōmanducata sanguinem sistit ex uulnere. Sunt qui & calculos ea pelli tradiderunt.

DE GALEOPSI CAP. LXXI.

NOMINA.



ΑΛΗΩΨΙΣ, ἢ γαλεόψιδος græcē: Galeopsis, Vrtica labeo latinē, uulgo & officinis Scrophularia maior, Ficaria, Millemorbia & Castrangula dicitur. Germanicē Kraunwurz/Sauwurz/groß feigwargen traunt.

Scrophularia maior.

Appositē autem Galeopsis appellatur, nomine ex græco & latino com-

Galeopsis cur dista.

posito, quod eius flores prorsus galeæ aspectum referant. Aut si græca cum latinis componi haud possunt, γαλεόψις cum α & non ι, ut habent multa exemplaria, scribendum erit, ut idem ualeat ac mustelæ aspectum referens: flores enim nō dissimiles esse capiti illius animalis uidentur. Et ita legendum esse Plinius etiam testatur, qui Galeopsin hanc nominat herbam. Scrophulariam autem à curandis strumis, quas scrophulas uocant recentiores, dixerunt.

FORMA.

Totus cum suo caule & folijs frutex Vrticæ similis est, læuiores tamen habet folia, & cum teruntur grauiter odorata. Flores illi tenues, & purpurascētes. Huius deliniationis notæ in uniuersum omnes, nulla prorsus reclamante, herbæ quam uulgius Scrophulariam maiorem nominat, conueniunt. Frutex enim est qui ad humani corporis ferè longitudinem interdum assurgit, foliaq; Vrticæ habet, sed læuiores, & quæ trita grauem fundunt odorem, Flores tenues, atque purpurascētes. Respondet etiam locus natalis, ut ex sequentibus patebit. Esse autem ueterum Galeopsin uulgi Scrophulariam maiorem, præter ea quæ iam diximus, manuscriptus quoque codex euidenter ostendit, in quo pictura ita Scrophulariam refert, ut nemo sit qui eam non agnoscat. Huc accedit quod in descriptione, quam ex Dioscoride desumpsit, apertè testatur Scrophulariam maiorem alio nomine dictam esse Galeopsin & Galeobdolon. Neque facultates discrepant, sed utrarumque similes sunt, adeo ut haud dubiè ueterum Galipopsis, recentiorum herbariorum sit Scrophularia maior.

LOCVS.

Nascitur circa sepēs, semitasq;, & in areis ædificiorum passim.

TEMPVS.

Colligitur Iunio & Iulio mensibus, tum enim potissimum floret.

R

TEMPE-



GALEOPSIS

Braunhurg.

TEMPERAMENTVM.

A Desiccatur, extenuatur, & discutitur, adeoque partium est tenuium, id quod amaritudo quam in gustu præ se fert, satis indicat.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folia, succus, caulis & semen, duritias, carcinomata, strumas, parotidas & panos dissolviunt. Oportet autem bis die cum aceto tepidum cataplasma imponere. Fouentur & decocto eius utiliter. Ad nomas, gangrænas, & putrescentia cum sale illita profunt.

EX PAVLO.

Galeopsis, quam alij Galeobdolon appellant, urticæ similis herba est, maiorem tamen læuorem habet, & odorem grauem. Scirrhusos tumores dissipat & emollit. Item ad nomas cataplasmatibus modo illita confert.

EX PLINIO.


Galeopsis folia caulesque, duritias & carcinomata sanant ex aceto trita & imposita. Item strumas, panos & parotidas discutunt. Ex usu est & decocto succo fouere. Putrescentia quoque & gangrænas sanat.

APPENDIX.

Recentiores etiam Scrophulariæ tribuunt facultatem sanandi ulcera putrescentia, & mariscas. Succum eius mederi deformitati faciei iam ferè elephantice tradunt, ut inde satis constet à Galeopsi non diuersam esse. Semen in expellendis & enecandis lumbricis esse efficax adijciunt, id quod ab eius amaritudine non abhorret.

DE GALLIO CAP. LXXII.

NOMINA.

B  AΛΛΙΟΝ, ἡ γαλλίον, ἡ γαλλία. Græcis, Gallion Latinis. Officinis, ut multæ aliæ optimæ herbæ, neglecta & incognita est. Germanis Unser lieben frawen weg/oder wal/oder betstro dicitur. Nomen inuenit ex eo *Gallion unde dictum.* quod uim coagulandi, ac spissandi lactis habeat.

FORMA.

Ramulos rectos, & folia Aparinæ simillima habet. Florem in summo luteum, tenuem, frequentem, ualde odoratum.

LOCVS.

Nascitur in aruis & humidis palustribusue locis.

TEMPVS.

Iunio & Iulio potissimum mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.


Gallium siccum est & subacre.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Flos eius ambustis illinitur, & sanguinis profluvia cohibet. Idem cerato rosaceo miscetur, insolaturque donec albescat, & sic lassisitudines recreat. Radix uenerem stimulat.

EX GALENO.

Gallium inde adeò nomen sortitum est suum, quod lac coagulet. Facultatem obtinet exiccatoriam & subacrem. Flos eius sanguinis profluij competere uidetur, & ambustis mederi. Est autem boni odoris, & coloris lutei.



GALLIVM

Unser frauen wegstro.

A

NOMINA.



ΑΗΧΩΝ, ἢ Βλήχων Græcè, Pulegium Latine uocatur. Officinæ latinum nomen retinent. Germanicè Poley. Blechona autem appellarunt, quod *Blechon.* gustatum à pecore cum floret, balatum concitet. Id quod Plinio lib. xx. cap. xiiij. autore, de syluestri uerè dicitur. Pulegiū uerò, quod eius flos recens incensus pulices interficiat.

GENERA.

Plinius & Apuleius duo Pulegij faciunt genera, alterum foeminam, alterum mare: nec alia ratione differre scribunt, nisi quod mas candidum, foemina uerò purpureum florem habeat. Dioscorides Pulegium masculum, quod satium alio nomine in Dictamni descriptione uocat, duntaxat depingit. Syluestre autem secundam Calaminthæ speciem facit, quam Latini propriè Nepetam nominant, ut suo loco dicemus. *Satium Pulegium.* *Syluestre.*

FORMA.

Pulegium mas seu satium, cuius hic picturā damus, fruticosum assurgit, & ad cubiti altitudinem increfcit, maximè si sit quo sustentetur: folijs Sampfychi, surculis hirsutis, rubicantibus, & per interualla purpureo flore orbiculatim coronatis.

LOCVS.

Prouenit locis cultis & aquosis: semelq; satum diutina durat ætate.

TEMPVS.

Carpitur dum floribus prægnans est, id quod Iulio & Augusto mensib. accidit.

TEMPERAMENTVM.

Pulegium quum acre & subamarum sit, ualde tum excalescit, tum extenuat, B ideoq; in tertio ordine calidum & siccum esse statuunt.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.


Extenuat, calescit, & cōcoquit. Potum menses, secundas, & foetus trahit. Cum melle & aloë potum, ea quæ circa pulmonem sunt, educit, & conuulsis auxiliatur. Nauseas stomachiq; morsus cum posca potum lenit. Atram bilem per aluum educit. Cum uino potum uenenatorum moribus succurrit. Defectos animo cum aceto naribus obiectum recreat. Siccatum & in puluerem tritum crematumq; gingiuas firmat. Illitum cum polenta inflammationes omnes mitigat. Podagris per se confert usquedum rubescat cutis. Cum cerato uaros tollit. Lienosis cum sale utiliter illinitur. Decoctum eius prurigines si eo lauantur sedat. Inflationes, duritias, & conuersiones uuluar in defefsionibus iuuat.

EX GALENO.

Pulegium calescere abunde magnum est testimonium, quod illitum rubrificat, & quod, si quis diutius toleret, exulceret. Extenuare uerò satis indicat, quum humida, crassa & lenta ex thorace & pulmone excreatu facilia faciat, mensesq; moueat.

EX PLINIO.

Magna societas cum Mentha, ad recreandos defectos animo, Pulegio cum surculis suis in ampullas uitreas aceti utrisque deiectis. Qua de causa dignior è Pulegio corona uertigini quàm è rosis, cubiculis nostris pronunciata est. Nam & capitis dolores imposita dicitur leuare. Quin & olfactu capita tueri contra frigorū æstusq; iniuriam, & à siti traditur: neque æstare eos qui duos è Pulegio surculos impositos auribus in sole habeant. Illinitur etiam in dolorib. cum polenta & aceto. Nauseas cum sale & polenta in frigida aqua pota inhibet. Sic & pectoris ac uentris dolorem. Stomachi autem ex aqua item rofiones sistit, & uomitiones cum aceto & polenta. Intestinatorum uitia melle decocta & nitro sanat. Vrinam pellit ex uino, &



PVLEGIVM

Poley.

A si aminæum sit, & calculos, & interiores omnes dolores, ex melle & aceto sedat. Menstrua & secundas, uulvas conuersas corrigit, defunctos partus eijcit. Comitialibus in aceto cyathi mensura datur. Si aquæ insalubres bibendæ sunt, tritum inspergitur. Salsitudines corporis si cum uino tradatur minuit. Neruorum causa & in contractione, cum sale, aceto & melle confricat opisthotono. Bibitur ad serpentium ictus decoctum. Ad scorpionum, in uino tritum, maximè quod in siccis nascitur. Ad oris exulcerationes, ad tussim efficax habetur. Flos recentis incensus, pulices necat odore. Xenocrates Pulegij ramum lana inuolutum, in tertianis ante accessionem olfactandum dari, aut stragulis subijci, & ita collocari ægrum, inter remedia tradit.

EX SYMEONE SETHI.

Pulegium attenuat & calfacit uehementer, quapropter humida & crassa in thorace, & in pulmone humida & glutinosa iuuat, & ut excreentur efficit. Cum uino albo coctum & potum, calidumq; syncerum menses prouocat. Extrinsecus illitum ischiadicis, & alijs partibus frigore affectis auxiliatur.

DE GENTIANA CAP. LXXIII.

NOMINA.



ENTIANH græcè, Gentiana latinè appellatur. Nomen apud omnes officinas retinet. Germanicè *Engian* / oder *Bitterwurz* nominatur. Sic à Gentio Illyriorum rege, qui in bello primus eius uires reperit, dicta est.

Gentiana uero de dicta.

FORMA.

Folia Gentianæ iuxta radicem erumpunt iuglandi aut Plantagini similia, subrubentia; sed quæ à medio caule, præsertim autem cacumine prodeunt, breuioribus incisuris secta sunt. Caulis illi inanis, leuis, digiti crassitudine, binum cubitorum altitudine, geniculis intersectus, ex maioribus interuallis folia proferens. Flores eius lutei primum calycibus condusi, postea intumescences explicantur. Semen in calycibus obtinet latum, leue, glumofum, ad Spondilij semen accedens. Radicem mittit longam, similem Aristolochiæ longæ, crassam, & amaram.

LOCVS.

Nascitur in altissimis montium cacuminibus, umbrosis locis & aquosis. Plurima uerò & copiosissima sub Alpinis montibus in Illyrio, & in monte *Sarrenberg* haud procul à *Tubinga* sito.

TEMPVS.

Floret æstate, Iunio potissimum mense, dein Iulio semen producit.

TEMPERAMENTVM.

Amaritudo immensa satis monstrat radicem eius esse calidam & siccam.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Gentianæ radix calefactoriam & adstringentem uim habet. Venenatorum moribus succurrit duarum drachmarum pondere cum pipere, ruta & uino pota. Succus drachma, laterum doloribus, ex alto cadentibus, ruptis & couulsis opitulatur. Hepaticis, stomachicis pota cum aqua subuenit. Radix collyrii modo subdita foetus eijcit. Vulneraria est, imposita ut lycium, uulneribusq; sinuatim depascentibus, potissimum succus, medetur. Oculis inflammatione laborantibus illinitur. Pro meconio collyrijs acris miscetur succus. Radix alphas abstergit. Contusa radix diebus quinque aqua maceratur, postea in eadem decoquitur, dum aquæ radices superfluent emineant: tunc deinde ubi refrixerit aqua linteolo percolatur, iterumq; decoquitur, dum mellis crassitiem contrahat; demum in uase testaceo reconditur.



GENTIANA
Engelm.

A

EX GALENO.

Radix Gentianæ herbæ admodum efficax est quum opus est extenuatione, purgatione, absterfione, obstructionis liberatione. Nec mirum si hæc possit, quum impenſe amara ſit.

EX PLINIO.

Vſus in radice & ſucco. Radicis natura eſt excaſfactoria, ſed prægnantibus non bibenda. Præcipuè aduerſus angues duabus drachmis cum pipere & ruta, uini cyathis ſex, ſiue uiridis ſiue ſicca pota prodeſt. Tanta huic uis eſt, ut iumentis etiam nõ tuſſientibus modo, ſed ilia quocq; trahentibus auxilietur pota. Stomachum corroborat ex aqua pota. Farina eius ex aqua tepida fabæ magnitudine pota, interaneorum uitijſ occurrit. Radix trita uel decocta, à ruptis, conuulſis, & ex alto deiectis potatur.

DE GLYCYSIDA CAP. LXXV

NOMINA.



ΛΥΚΥΣΙΑ, ἡ παωνία Græcis, Pæonia & Caſta herba Latinis dicitur. Nomē Pæoniæ in officiis ſeruat. Germanis Peonienblüm / Königsblüm / Gichtwürz / Benignenroß / Venediſchroß / Benedicentroß / Pfingſtroß uocatur. Glycyſida porro dicta eſt, quod grana mali punici acinis ſimilia habere uideatur. Nam ſidia mali punici grana à Bæotis nominantur. Pæonia ab eius inuentore, medicinæ peritiſſimo, Pæone appellata eſt.

Glycyſida una
de dicta.
Pæonia cur
dicta.

GENERA.

Duo eius genera ſunt, mas & ſcæmina. Mas in uulgaribus herbarijs Vinienwurz / ſcæmina uero Peonienblüm / alijsq; nominibus Germanicis paulò antè commemoratis nuncupatur. Iidem, magno errore, Pæoniam à Pionia differre putant, atque adeo diuerſis etiam capitibus, imò & uiribus diſiungunt. Ferendus tamen is error eſſet niſi utriq; etiam herbæ, hoc eſt, Pæoniæ & Pionie, duplex genus aſſignerent, marem nimirum & ſcæminam, cum tamen ſub una Pæoniæ nomenclatura, utrunq; genus Dioſcorides & alij ueteres complexi ſint.

Error herbæ
viorum.

FORMA.

Caulis duorum ferè dodrantū altitudine naſcitur, multas propagines habens. Mas Iuglandi nuci folia ſimilia obtinet: ſcæmina uero Smyrni modo diuiſa. Summo caule ſiliquas quaſdam Amygdalis ſimiles profert, in quib. quum aperiuntur, grana rubra, multa, exigua, punici mali acinis ſimilia inueniuntur, in medio nigra, purpurea, quinq; aut ſex. Radix maris digiti craſſitudine, dodrantali uero longitudine, guſtu adſtringens, alba. Fcæminæ propagines ſobolésue ceu glandes ſeptem aut octo, ut Aſphodelus habet. Ex qua ſiquidem deſcriptione abundè liquet, Pæoniam quæ paſſim in hortis naſcitur, & cuius hic picturam damus, eſſe ſcæminam, quod eius folia Smyrni modo ſint laciniata, & quod radix ſeptem aut octo ueluti glandibus conſtet. Reliquæ notę, potiſſimum quod in ſiliquis grana alia rubentia, alia nigra ſint, utriq; generi cōmunes exiſtunt.

LOCVS.


Naſcitur in altiſſimis montibus, & paſſim hodie, ſcæmina potiſſimum, in hortis prouenit.

TEMPVS.

Maior floret menſe.

TEMPERAMENTVM.

Pæonia radicem habet leuiter adſtringentem cum quadam dulcedine. Si uero pluſculum dentibus mandas, acrimoniã item quampiam ſubamaram ſubeſſe percipies, id quod in radice etiam noſtratis Pæoniæ, quam ſcæminã eſſe diximus, deprehendes.



PAEONIA
FOEMINA.

Peonienblum.

A hendes. Pæoniæ uerò in uniuersum temperamentum tenuium est partium, exicatorium, haud tamen insigniter calidum, sed aut symmetrum, aut paulò calidius.

VIREŚ.

EX DIOSCORIDE.

Datur radix mulieribus à partu non purgatis, Cit menses Amygdalæ magnitudine pota. Ventris doloribus cum uino pota auxiliatur. Regio morbo correptis prodest, renum ac uesicæ doloribus. Decocta in uino & pota, aluum sistit. Seminis grana rubra decem aut duodecim pota in uino austero, nigro, rubentem fluxionē sistit. Stomachicis & erosionibus comesta profunt. A pueris pota & comesta, initia calculorū eximunt. Grana nigra nocturnis suppressiōibus, ephialtas nominant, uulua strangulationibus, & uteri doloribus in aqua mulsa aut uino quindecim pota, opitulantur,

EX GALENO.

Radix Pæoniæ menses cit ex mulsa Amygdalæ quantitate pota. Sanè tundere eam oportet ac cribare, & sic inspergere. Expurgat etiam iecur obstructū & renes. Sed hæc efficere nata est quā acris & subamara est, quā uerò quiddam etiam adstrictorium obtinet, fluxiones uentris sistit. Oportet autem tunc in austeriorum uinorum quopiam eam decoctam bibere. Est omnino resiccatoria uehementer, ut non desperauerim eam ex collo pueris suspensam, meritò comitalem morbum sanare. Equidem uidi puellum quandoque octo totis mensibus morbo comitali liberum, *Historia.* ex eo quo gestabat radicem tēpore. Vbi autē forte fortuna quod à collo suspensum erat decidisset, protinus morbo correptus est: rursusq; suspensio in illius locum alio, inculpatè postea se habuit. Visum uerò est mihi satius esse denuò id certioris experientia gratia detrahare, id quum fecissem, ac puer iterum esset cōuulsus, magnam ac recentem radiceis partem ex collo eius suspendimus, ac deinceps prorsum sanus effectus est puer, nec postea conuulsus. Rationabile itaque erat aut partes quaspiā à radice defluentes, ac deinde per inspirationem attractas, ita affectos locos curare, aut aërem à radice assidue mutari & alterari. Nam hoc pacto succus Cyrenæicus columellam phlegmone affectam iuuat, & Nigella fricta palam destillationes & grauedines desiccant, si quis eam in calidum linteum rarum liget, assidueq; calorem ex ea per inspirationem quæ per nares fit, attrahat. Quinetiam si compluribus linis, maximè marinæ purpuræ, collo uiperæ inieceris, illis uiperam præfocaueris, eaq; postea cuiuspiam collo obuinceris, mirificè profuerit tum tonsillis, tum omnibus ijs quæ in collo expullulant.

EX PLINIO.

Pæonia medetur Faunorum in quiete ludibrijs. Rubra grana rubentes menses sistunt quindecim ferè pota in uino nigro. Nigra grana uuluis medentur, ex passo aut uino totidē pota. Radix omnes uentris dolores sedat in uino, aluumq; purgat. Sanat opisthoronum, morbum regium, renes, uesicam. Matricem autem & stomachum decocta in uino, aluumq; sistit. Estur etiam contra malum mentis, sed in medendo quatuor drachmæ satis sunt. Grana nigra auxiliantur & suppressiōib. nocturnis in uino pota quo dictum est numero. Stomacho uerò & erosionibus, & esse ea & illinire prodest. Suppurationes quoq; discutiuntur recentes nigro semine, ueteres rubro. Vtruncq; auxiliatur à serpente percussis, & pueris contra calculos incipiente stranguria.

DE GERA-




GERANIVM
PRIMUM,

Storckenschnabel.




GERANIUM
ALTERUM.

Daubenfuß.




GERANIVM
TERTIVM.

Ruprechtstrauch.



GERANIVM
QVARTVM.

Kranichhalz.



GERANIUM
QUINTUM.

Gottesgnad.



GERANIVM
SEXTVM.

Blutwurz.

C

Rostrum ciconiæ.
Geranium inde
dictum.



NOMINA.

EPANION græcè, Geranium latinè, uulgo & herbarijs Rostrum ciconiæ appellatur. Geranium autem à gruini capitis imagine, quæ summo eius plantæ capitulo inest, Græcis aptissima similitudine dictum est. Sic recentioribus à ciconiæ rostri effigie, Rostrum ciconiæ nominatū est.

GENERA.

Primum genus.

Duo Geranij Dioscorides tradit genera. Primum quod longioribus rostris, & in mucronem acuminatis constat. Hoc hodie officinis & herbarijs Acus pastoris &

Secundum.

Muscata, Germanis uerò Storckenschnabel dicitur. Alterum quod maluæ folia

Amomū non est

Pes columbinus.

habet, Pes columbinus uulgo nominatur. Sunt qui turpiter aberrantes, Amomū esse existimant. Germanicè Taubensfuß, oder Scharrenkraut appellatur. Præter

Tertium.

hæc duo alia adiecimus genera, inter quæ id quod tertium ordine est, folijs Artemisiæ tenuifoliæ uel Chærephyllo simile existit, herba Roberti & Robertiana à

Robertiana.

nonnullis, haud dubiè à superstitione aliqua Diui, qua superior ætas mirificè im-

Quartum.

buta fuit, appellatur, germanicè Rüprechtstrauch. Quartum folia obtinens laciniata, germanicè pro certiori discrimine Kranichhaß uocari potest. Quintum,

Quintum.

quod folia Ranunculi habet, gratia Dei nominatur, germanicè Gottes gnad / ab

Sextum.

insigni in sanandis uulneribus effectu. Sextum, quod forma quarto generi simillimum est, nec ferè ab illo nisi sola magnitudine foliorū, florum & radice distat, germanicè Blütwurz / à rubro colore aut mirifica in sistendo sanguinis profluuio facultate uocatur.

FORMA.

Primi.

Geranium primum caules habet à radice rubentes, lanuginosos, folia Anemones, diuisuris incisa, flores purpureos, & in cacumine caulium fastigia capitulis ci-

Secundi.

conicæ aut gruini cum rostellis longitudine acus emicantia. Radicè oblongā & sub-

Tertij.

rotundā dulcemq;. Alterū ut præcedēs caules tenues, rubentes à radice statim, lanuginososq; obtinet, folia maluæ similia, candidiora, flosculos subpurpureos, capi-

Quarti.

tella gruini capitis modo rostrata, radicem tenuem & oblongam. Tertium, cau-

Quinti.

les habet à radice rubescentes, lanuginosos, geniculatos, saporis & odoris iniucundi, folia Chærephyllo aut Artemisiæ tenuifoliæ similia, flores purpureos, capitel-

Sexti.

la gruini capitis modo rostrata, radicem intus uiridem, & adstringentem. Quar-

Septimi.

tum, cauliculos itidem ut reliqua rubentem, lanuginosum, folia laciniata admodū,

Octauum.

flores purpureos, ex quibus capitella gruini capitis instar rostrata, & in ijs semina

Nonum.

quinq; nascuntur: radicem intus candidam, extrā subluteam. Quintum reliqua

Decimum.

omnia magnitudine excedit, caules emittit oblongos, rotundos, modicè lanuginos-

Undecimum.

fos, à radice statim rubentes, folia Ranunculo similia, flores ferè cæreuleos, capitella

Duodecimum.

præcedenti Geranio similia, radicem crassam & longam, multis exiguis radiculis ue-

Tertiumdecimum.

luti capillamentis quibusdam fibratā. Sextum ramos habet tenues, lanuginosos,

Quartumdecimum.

folia laciniata, tenuia, flores in summo purpureos, ex quibus, ut in quarto, capitella

Quintumdecimum.

gruini capitis formam referentia proueniunt. Radicem extrā & intus rufam.

LOCVS.

Omnia Geranij genera in incultis proueniūt. Primum passim in campestribus, & nonnunquam inter segetes nascitur. Alterum in colliculis. Tertium in umbrosis locis & dumetis. Quartum in agrorum limitibus, & iuxta sepes. Quintū in pratis. Sextum in locis montosis & saxosis.

TEMPVS.

Primū statim inter initia ueris Aprilī mense flores suos ostendit, & subinde per integram ætatem. Alterum, tertium, & quartum, Maio mense florent. Quintum Iunio & Iulio mensibus, quemadmodum etiam sextum.

TEMPERAMENTVM.

Omniū folia & radices, primo excepto, cuius radix dulcis est, quodammodo, atquea-

A atque adeò discutiendi ui prædita, adstringunt ac siccant.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix Geraniij primi in uino drachmæ pondere pota, uteri inflationes discutit. Secundum nullum habet in medicina usum.

EX PAVLO.

Geranium quod folijs respondet Anemones, radicem habet esculentā, quæ cum uino drachmæ unius pondere sumpta, uteri inflationes dissoluit. Altera Geraniij species in re medica inutilis est.

EX PLINIO.


Primæ Geraniij speciei radix, reficientibus se ab imbecillitate utilissima. Bibitur contra phthisin drachma in uini cyathis tribus bis die. Item contra inflationes, quæ & cruda idem præstat. Succus radicis auribus medetur. Opisthotonicis semen drachmis quatuor cum pipere & myrrha potum.

A P P E N D I X.

Et si secundum Geraniij genus à Dioscoride alijsq; nōnullis, tanquam nullius in medicina usus damnatū sit, tamen posterior ætas quotidiana experientia in sanandis uulneribus & fistulis, eius ac reliquorum etiam mirum esse effectum comperit: proinde eas herbas his ipsis in potu mirificè cōferre tradunt. Et certè nō mirum est earundem uires olim fuisse ignoratas, cum & aliarum multarum plantarum facultates, quas constat esse hodie notissimas, ueteribus fuisse incognitas, notius sit quàm ut demonstrari debeat. Antiquus quoq; herbarius, prædictorum Geraniorū folia magnam uim obtinere in glutinandis uulneribus, & articulorum doloribus leniendis tradit. Primi autem radicem mouendi urinam facultatem habere ait, ideoq; calculosis, stranguriæ & difficultati urinæ prodesse. Tertium genus ad oris, mammillarum, pudendorumq; ulcera sananda unice cōducit. Reliqua similiter ad glutinanda ulcera mirificè profunt. Nullum uerò ad sanguinem undecunq; emanantē compescendū præstantius sexto est: unde etiam Germani, ut comprehensum est, *Blutwurcz*, hoc est, sanguinariam radicem appellare uoluerunt.

DE GONGYLE. CAP. LXXVII.

NOMINA.



ΟΓΓΥΛΗ, ἡ γογγυλὶς Græcis, Rapum Latinis & Officinis, Germanis *Rüben* appellatur. Græci autem à figura eius, quæ plerunq; rotunda esse solet, uocabulum detorserunt. Namq; quod in rotunditatem coactum est, uel in orbem circumagitur, γογγυλίον dixerunt. Rapa uerò, quod ex terræ rure, quasi ruapa, Varrone teste, nominata est.

Gongyle quare dicta.

γογγυλίον.
Rapa unde.

GENERA.

Rapi duo sunt genera. Vnum satiuū, quod simpliciter Germani *Rüben* uocāt. Estq; id iterum duū genus. Vnum candidum, quod Germani etiam *weißrüben* uocant; & alterum rubrum, *rot rüben* idem appellant. Alterum syluestre, quod uulgo Rapunculum, quasi paruū rapum, Germani *Rapunzeln* nomināt.

Rapunculus.

FORMA.

Rapum satiuū caule & folijs raphano simile est: floribus uerò & siliquis, in quibus semen profert, Napis aut Brasicis. Syluestre frutex est cubitali altitudine, ramosum, in summo leue, folia nimirum leuia habens, digitali latitudine, aut maiora. Semen in calyculatis fert siliquis: dehiscens. uerò seminū inuolucris, alia intus capitū specie est siliqua, in qua semina parua nigra sunt, sed quæ fracta intus albicent. Flos eius in purpureū uergit colorem. Radix digitalis fere est. Quæ delinatio prorsus alludit ad hanc herbam quam uulgo Rapunculum nominat: siquidem cubitalis est, fruticosa, ramosa, folio digitali, nigro in siliquis semine, quod cum frangitur album intus apparet. Flos etiam purpurei coloris est, radixq; digiti magna ex parte magnitudine constat.

Syluestre rapū.



RAPVM
SATIVVM.

Weißrüben.



RAPVM
RVBRVM.

Rotrüben.



RAPUM
SYLVESTRE.

Rapunzeln.

LOCVS.

A Satiuum solum putre & solum desiderat, Syluestre in aruis nascitur passim.

TEMPVS.

Satiuum rapum floret æstate, ac siliquatur subinde. Syluestre autem uerno quidem tempore priusquam in caulem attollitur, acetarijs frequenter inseri solet, erutum radicitus cum folijs suis iam recens enatis, quo sanè tempore à pueris etiam agnoscitur. Deinceps uerò exit in caulem & adolefcit, ac Iunio mense flores, ac subinde semina profert.

TEMPERAMENTVM.

Rapa calida sunt in secundo ordine, & humida in primo.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Satiui rapi elixa radix nutrit, inflat, carnem flaccidam generat, uenerem stimulat. Decocto eius podagræ ac perniones fouentur. Ipsa etiam radix trita illita prodest. Si uerò quispiam in excauata radice rosaceum ceratum feruenti cinere liquefecerit, exulceratis pernionibus proficiet. Asparagi eius decocti eduntur ciendæ urinæ accõmodi. Semen in antidota & theriaca, præsertim quæ dolores mitigare possunt, aptè additur. Potum uenenis aduersatur. Venerem concitat. Muria conditum, comestum minus nutrit, sed appetentiam excitat. Syluestre rapum miscetur medicamentis quæ ad detergendam faciem reliquumq; corpus, ex lupinorum, aut tritici, aut lolij, aut erui farina conficiuntur.

EX GALENO.


Rapi semen uenerem excitat, utpote spiritum flatuosum procreans. Sic & radix concoctu difficilis est, inflatq; & semen generat. Succus ex ea in corpus digestus, temperato crassior est; ideoq; si quis ultra modum esitauerit, & maximè si perfectè conficere eam nequeat, crudum succum in uenis congeret. Ad alui deiectionem nec conferre quicquam, nec officere dixeris, potissimum quando bene fuerit percocta, ut quæ longam elixationem requirat, optimaq; sit bis decoctionem perpessa. Sin crudior ingeratur, concoctioni pertinacius resistet, pariet inflationes, & stomachum infestabit, nõnunquam etiam mordere illum non uerebitur.

EX PLINIO.

Rapo uis medica inest. Perniones feruens impositum sanat. Item frigus pellit è pedibus aqua decoctum. Et ius feruens podagris etiam frigidis medetur. Et crudum tusum cum sale cuiuscunq; uitio pedum. Semen illitum & potum in uino, cõtra serpentes & toxica salutare esse proditur. A multis uero antidoti uim habere in uino & oleo. Democritus in totum ipsum abdicauit in cibis propter inflationes. Dioscorides magnis laudibus extulit, etiam uenerem stimulari ab eo professus. Item Dionysius: magisq; si eruca condiretur. Tosta quoque articulorum dolori cum adipe prodest. Syluestri ad leuigandã albicandãue cutem in facie totoq; corpore, utuntur, mixta urina pari mensura. Eius succus circa mensem exceptus, oculos purgat, medetur caligini admixto lacte mulierum.

EX SYMEONE SETHI.

Admodum nutriunt rapa, urinam ciunt, inflant, genitale semen gignunt, fauces leniunt atque thoracem. Crebrior illorum usus crassum humorem generat, & obstructions iecoris parit. Ventrè nec sistunt, nec mouent. Si cum aceto & sale edantur, appetentiam excitant. Horum semen tritum & haustum magna copïa, uenerem suscitatur. Fertur quod si quis hoc ipsum semē cum Calamintha & Lemnia terra cõmixtum sumat, eo die neque ueneno, neque morfu uenenati animalis lædi. Appensum inguinum morbis peculiari quapiam proprietate medetur.



GINGIDIVM

Kerbelkraut.

A

NOMINA.



ΓΙΓΙΔΙΟΝ græcè, Gingidium latine, officinis Chærefoliū, Germanicè *Chærefolium.*
 Kerbelkraut dicitur. Chærefolium autem, græca uoce & latina coale- *Chærefoliū un-*
 ſcentibus in unum nomen, ob id dictum eſt, quod folijs luxuriet. Ne ta *de dictum.*
 men uocabulorum uicinitas aliquam pariat cōfuſionem, imperitoꝝ le-
 ctori nomenclationū ſimilitudo imponat, ſciendum eſt officinarum Chærefolium
 diuerſum eſſe à Chærefolio Plinij.

FORMA.

Herba eſt ſylueſtri Paſtinacæ ſimilis, tenuior tantum & amarior. Radicula ſub-
 candida, amaricante. Vnde ſatis liquet herbam quam hodie Chærefolium nomi-
 nant, eſſe Gingidiū. Nam erraticæ Paſtinacæ folium æmulatur, aliquanto tenuius,
 radicula ſubalba, amaricante, floribus candidis, ſemine in ſiliquis exiguis oblongo,
 anguſto & acuminato.

LOCVS.

Paſſim hodie in hortis colitur.

TEMPVS.

Maio menſe floret, & ſubinde ſemen profert.

TEMPERAMENTVM.

Sicut guſtu amaritudinem & adſtrictionem præfert, ſic temperamento quoque
 ipſo caliditatem & frigiditatem. Secundum uerò utranq; qualitatem deſiccatoriū
 in ſecundo ordine eſt: unde iterum colligi poteſt, Chærefolium eſſe Gingidium,
 quod ipſum guſtui amarorem & adſtrictionem euidentiffimè repræſentet.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Crudum & coctum olerum modo eſui idoneum eſt. Editur etiam ſale cōditum
 ſeruatumue. Stomacho utile. Vrinam ciet, Decoctum eius cum uino potum, ueſi-
 cæ accommodum eſt.

EX GALENO.

Eſtur Scandicis modo. Stomacho mirè utile ſiue crudum, ſiue elixum libeat ſu-
 mere. Longioris decoctionis impatiens eſt. Nōnulli ipſum ex garo oleoꝝ eſtant.
 Alij uinum aut acetū adiiciunt, ac multo ſic magis ſtomacho conducit. Cum aceto
 aſſumptum, faſtidioſos ad cibum inuitat. Perſpicuum uerò eſt hanc herbam medi-
 camentum magis eſſe quàm cibum, quippe quæ & adſtrictionis & amaritudinis
 non obſcuræ nec exiguæ particeps eſt.

EX PLINIO.

Coctum crudumq; ſtomachi magna utilitate eſtur. Siccatur enim ex alto omnes
 humores eius.

APPENDIX.

Facultates iam cōmemoratas etiam Chærefolio ſuo tribuunt recentiores: ſcri-
 bunt enim mirificè conferre uentriculo, ciendisq; menſibus, & uiring in uino deco-
 ctum, ut iterum hinc conſtet à Gingidio non eſſe diuerſum.

T DE GENI-



GENISTA

Sinf.

NOMINA.

GENISTA Latinis rei rusticæ scriptoribus & Plinio nominatur. Officinis & barbaram sectantibus medicinam, Genesta & Genestra. Germanis Ginst uel Ginst appellat. Genistam autem uocant haud dubie quod genu modo flexilis ad nexus sit: uel, ut alijs placet, quia genibus medetur dolentibus. Alia autem est à Sparto, quod hoc uirgas habeat longas sine folijs, ut suo dicemus loco, illa autem minutis folijs scatet.

Genesta.

Genista unde dicta.

Genista non est eadē cū Sparto.

FORMA.

Genista fruticat ramis herbaceis, scabris, folijs minutis scatentibus, flore luteo, apibusq; gratissimo, semine lenticulis haud ablimili, quod siliquis innascitur, radice sublutea.

LOCVS.

Per arida loca amat, ideoq; in syluis, & iuxta syluas nascitur.

TEMPVS.

Floret Maio & Iunio mense, ac subinde in siliquis hirsutis semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit & siccatur in altero ordine, id quod amaritudo quā gustata refert, & eius facultates abunde docent.

VIRE.

EX PLINIO.

Semen Genestæ purgat Ellebori uice, drachma & dimidia pota in aquæ mulsæ cyathis quatuor ieiunis. Ramis similiter cum fronde in aceto maceratis pluribus diebus & tuis, succum dant ischiadicis utilem, cyathi unius potu. Quidā marina aqua macerare malunt, & infundere clystere. Perunguntur eodem succo ischiadici, addito oleo. Quidam ad stranguriā utuntur semine. Genista tula cum axungia, genua dolentia sanat.

APPENDIX.

Ex iam commemoratis uerbis perspicuum omnibus fit, Sparto & Genistæ, nō obstante quod forma non nihil distent, eandem inesse facultatem: ut enim Spartum pituitam per superna & inferna purgare potest, sic etiā Genista. Hinc adeo fit ut eius feminis hodierno tempore contra podagram magnus sit usus. Vrinam etiam amaritudinis ratione mouet, & quia incidendi & extenuandi facultatem habet, lapidem tum in renibus, tum in uesica cōfringere, ut etiam recentiores tradunt, potest. Strumas denique atq; alios tumores discutere posse hīdem scribunt.

DE GENISTELLA CAP LXXX

NOMINA.

PRIORI non admodum dissimilem herbam nonnulli Genistellam uocant, quod scilicet Genista exilior & humilior sit. Germanicè appellari potest, die stehende Ginst. Alij uocant Erdpsrymen/oder klein streich-blumen. Sunt qui non sine magno errore pro Genista utantur, quum facultatibus diuersis prædita sit. Sunt qui Rosmarinum aculeatum nominent, quod eius folia Rosmarino ferè similia sint.

Genistella.

Rosmarinus aculeatus.

FORMA.

Frutex est Libanotidis coronariæ, quam Rosmarinum uocant, penè folio, sed rigido ac pungente, flore luteo, pīso non dissimili, semine in exiguis siliquis rufo, radice sublutea.

LOCVS.

Nascitur in arenosis locis, secus uias.

T 2

TEMPVS.

**GENISTELLA****Stechende Sinst.**

TEMPVS.

Maio mense flores luteos producit, quibus pastæ apes improbū mel conficiunt.

TEMPERAMENTVM.

Adstringentem cum amaritudine facultatem possidet, ac proinde ualenter, simulq; citra mordacitatem exiccantem.

VIRES.

Semen eius serpentibus aduersari tradunt. Decoctum foliorum, profluuiū menstruorum sistit. Idem etiam potum uentris fluori succurrit. Et ut rem in pauca contraham, idem Genistella quod Hippuris seu Cauda equina potest.

DE GNAPHALIO CAP. LXXXI.

NOMINA.



ΝΑΦΑΛΙΟΝ Græcis, Centunculum aut Centuncularis herba Latinis nominat. Officinis ignota. Germanis *Ährtrant* appellat. Gnaphaliū uerò uocata est hæc herba, Galeno autore, à candidis mollibusq; eius folijs, quibus *ἀνθ' γναφάλων*, hoc est, pro tomentis utuntur. Gnaphalion itaque dicitur, quasi tomentitia. Centunculum autem dixerūt, quod centonibus cum tomento maxima sit cognatio. Germanicam nomenclaturam ab eius facultate aduersus dysenteriam illi inditam esse nemini non notum est.

Centunculum.
Centuncularis
herba.
Gnaphaliū quare dictum.
Centunculus eius uocata.

GENERA.

Duū esse uidetur generum: unum enim paulò latioribus ac candidioribus folijs constat; alterum uerò tenuioribus & minus candidis, quodq; flores in summitate ac cacumine tantum profert. Verum cum forma parum admodum, facultatibus uerò nihil distent, nos una pictura genus utrunq; complexi sumus.

FORMA.

Candida & mollia Gnaphalium obtinet folia, atque adeò tomentitia, floresq; luteos, radicem uero capillatam ac tenuem, ut pictura ipsa monstrat.

LOCVS.

Vulgaris herba ubiq; scatens Gnaphalium, in locis siccis potissimum, interdum etiam pinguibus proueniens.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Adstringit atque adeò exiccat Gnaphalium.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.


Gnaphaliū folijs aliqui pro tomento utuntur. Tamen faciunt hæc ipsa in austero uino pota ad dysenteriam.

EX GALENO.

Folia Gnaphaliū mediocriter adstringunt, ac proinde quidam id exhibent ex austerorum uinorum quopiam dysentericis.

EX PLINIO.


Datur in uino austero ad dysenteriam, uentris solutiones, mensesq; mulierum sistit. Infunditur autem tenasmo. Illinitur & putrescentibus ulcerum.



GNAPHALIVM

Rhurkraut.

NOMINA.



ΙΨΑΚΟΣ Græcis, Labrū ueneris, Carduus ueneris Latinis, Virga pastoris officinis, & Cardo fullonum dicitur. Germanis Kartendistel / Bübenstrel / Weberkarten. Dipsaci autē nomen à contrario inuenit, quoniam concavo alarum sinu rorem uel imbrem recipiat, quo uelut ad abigendas sitis iniurias abutitur. Labri ueneris nomenclationē à carinato foliorum habitu contraxit, quæ se anfractuosa sinuantia ambage, peluis uel lauacri speciem cōstituunt, & intra se humore nunquam nō retinent. Virga pastoris haud dubiè dicta est, ob longas uirgas, quibus cardui ad poliendos pannos utiles insident, quas pastores fortè sumunt, & ea parte qua possit manu capi aculeis nudant, reliqua autem aculeata parte gregem ducunt. Carduus uerò fullonius cœpit appellari, quod ea rudes pannos uelut echino quodam expoliunt, detractisq; floccis concinnant. Errat mirum in modum Serapionis interpres, qui sub Virgæ pastoris nomine, Polygonon Dioscoridis deliniat.

Virga pastoris.

Dipsacus unde dictus.

Labrum ueneris

Virga pastoris.

Carduus fullonius.

Serapionis interpres persstringitur.

GENERA.


Duū est generum. Vnum quod à fullonibus in hortis plantatur, alterū quod sua sponte passim prouenit. Differunt inter se hac quidem ratione, quod primum folia latiora & profundius in ambitu incisa, flores candidos, echinataq; capitula magis aculeata habeat: alterum contrā angustiora & minus laciniata folia, flores purpureos, capitulaq; minus aculeata obtinet. Nos discriminis illius rationem habentes, primi generis appellauimus Dipsacum album, alterius uerò Dipsacum purpureum, ad florum nimirum respicientes diuersitatem.

FORMA.

Aculeatarum generis est hæc herba. Caulem habet altum, spinis horrentē, folia caulem amplectentia, lactuæ similia, in singulis geniculis bina, oblonga, aculeis armata, quæ in dorsi medio ueluti bullas intus & extrā spinosas habent, cōcavo quo se in geniculis cōiungunt sinu, quo aquæ, rores, & imbres asseruantur, unde Dipsaci quasi sitientis nomen traxit. In cacumine caulis, singulis surculis capitulū unum echino simile inest, oblongum, aculeatum, quod postquam exaruerit candidū apparet. Dissectū per mediam medullam caput, uermiculos habet. Quod si itaq; contempleris eam quam herbarij hodie Virgā pastoris & Carduum fullonū nomināt herbam, offendes omnes huic notas respondere. Siquidem hæc pastoria uirga profert caulem binū cubitorū, imò qui sæpiusculè supra hominis altitudinē increseat, spinis horridum, geniculatū, folia lactuæ, in singulis geniculis bina, prælonga, aculeata, quorum toruli bullantibus turgent spinis, dorsoq; nocentibus aculeis rigent, carinato alarū sinu, qui peluis uel labri modo roris & imbris pluuij capax sit. Gnarræ laticis huius auiculæ, cum solis ardentissimus opprimit æstus, huc appelluntur ad satianda sitis desideria, illis facta bibendi potestate anfractu liberalem potum ministrante. Scaporum fastigia echinato minantur uertice, resupina hamulorū flexura, mucronibusq; leuiter uncinatis, quibus rude lanificiū aspero ductu læuigatur. Singuli echini è rotundo in oblongum quod antenus turbinantur, inter quorum spicula candicans aut purpureus emicat flos. His dissectis in medullo uermiculos identidem nobis in autumno quum exiccati incipit licet inuenire. Vermiculus autem albus est, qui per cavitatem echini dimouetur, & in caudicem transit. Hyeme etiam eundem uidere licebit antequam præ frigore moriatur. Imò etiam ueris initio in quibusdam uermiculi à nobis reperti sunt, partim uiui, partim mortui.

Vermiculi in echinis Dipsaci inuenti.





DIPSACVS
PURPUREVS.

Braun Kartendistel.

C

LOCVS.

Nascitur humectis locis, iuxta riuos aquarum & fontes: quapropter nonnulli Dipfacon à Græcis nominatum esse arbitrantur.

TEMPVS.

Carpitur in æstate, Iunio & Iulio potissimum mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Dipfaci spinæ radix ex secundo ordine exiccantium est, habetq; nonnihil absterforium.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Huius radix cum uino decocta & tusa usq; dum cerati crassitudinē accipiat, imposita rimas fistulasq; sedis sanat. Oportet autem medicamentum hoc ærea pixide recondere. Ferunt præterea formicis & uerrucis pensilibus remedio esse. Vermiculi capitis eius in folliculo clausi & collo aut brachio appensi, quartanas sanare prodeunt.

EX PLINIO.

Sanat rimas sedis, item fistulas decocta in uino radice usq; dum sit crassitudo ceræ, ut possit in fistulam mitti. Item uerrucas omnium generū. Quidam & alarum, quas modo diximus, succum ijs illinunt.

APPENDIX.

Aliæ facultates quæ à Serapionis interprete & alijs recentioribus illi conceduntur non sunt genuinæ, sed spurix, & Polygono adscribendæ.

DE DAPHNOIDE CAP. LXXXIII.

NOMINA.

D

Laureola.

Daphnoides un
de dicta.



ΑΦΝΟΙΔΕΣ græcè, Daphnoides latinè nominatur. Officinis & nostræ ætatis herbarijs, græcam imitantibus uocem, Laureola. Germanis zeilant / & zeidelpast nuncupatur. Daphnoides autem & Laureola, à Lauri forma & specie, quam in folijs & fructu refert, dicta est.

FORMA.

Objectionis dis
solutio.

Frutex est cubitalis, ramos complures habēs lori instar flexiles, à medio sursum uersus foliosos. Cortex ramos uestiens admodum glutinosus lentusue est. Folia Lauro similia, molliora tamen, tenuiora, nec facile fragilia, os & fauces erodentia, incenduntiaq;. Flores candidi. Fructus ubi ematuruerit subniger. Radix inutilis. Quæ in uniuersum omnes notæ Laureolæ hodie dictæ cōueniunt. Nec obstat quod Dioscorides suæ Daphnoidi candidos tribuat flores, cum Laureola purpurascens potius habeat: solet enim color secundū diuersas regiones in eadem sæpè herba mutari, ut fufius in Symphyto maiore dicemus. Et certè nihil incōmodi erit si etiā Laureolæ flores quispiam candidos dixerit, cum albi coloris non minor quàm purpurei in ijs portio reluceat. Verisimile quoq; est Dioscoridem ab extremo potius colore, quàm medio flores appellare uoluisse.

LOCVS.

Nascitur in montanis & syluestribus locis.

TEMPVS.

Floret primo statim uere anteq; folia erumpunt. Fructū autē autumnoprofert.

TEMPERAMENTVM.


Calida est admodum & sicca.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Ducit per inferna pituitosa siccum aut recens Daphnoidis folium. Vomitus & menses cit. Cōmanducatum capitis pituitas elicit. Sternutamenta itidem mouet. Purgant etiā feminis eius pota grana quindecim.

EX PLI-



DAPHNOIDES

Zeilant.

C

EX PLINIO.

Daphnoides siue syluestris laurus aluum soluit, recenti folio uel arido drachmis tribus cum sale & hydromelite manducata. Pituitas extrahit foliū & uomitus, Stomacho inutile, Sic & baccae quinae denaēue purgationis causa sumuntur.

APPENDIX.

offinarum
error.

Thymelæa non
est laureola.

Animaduertendū hoc loco mirum in modum errare officinas, propterea quod folijs Daphnoidis pro Mezereon, quæ tamen grecorum est Chamelæa diuersa ad modum a Daphnoide, utantur; & eius fructu pro cocco cnidio, quod fructum Thymelæe esse notius est quàm ut demonstrari debeat. Sic in manifestissimis cæcutire solent officinae, pulchrè interim ad eos errores conniuentibus medicis, non minus quàm illi rei herbariæ imperitis. Thymelæan uerò non esse laureolam hodie appellatam herbam, ex eo colligi potest, quod hæc ipsa, Dioscoride autore, linum nōnullis nominata sit, non alia quidem ratione, quàm quod satiui lini similitudinem referat, cui quàm dissimilis laureola sit, nemo non nouit. Sunt etiam qui ad hanc similitudinem respicientes, in hodiernum usque diem linum syluestre appellant.

DE DRYI CAP. LXXXIIII

NOMINA.



QYΣ Græcis, Quercus Latinis & Officinis, Germanis Eychenbaum appellatur.

FORMA.

Notissima est arbor Quercus, procera, crassiore & asperiore caudice, ramosa, folijs profundè laciniatis, Glandes producit optimas, & grandissimas, galas item & uiscum. Radix eius latissimè circumiacentem terram amplectitur.

D

LOCVS.

Pasim in syluis alijsq; locis nascitur.

TEMPVS.

Vere quidem germinat, sed tardius alijs arboribus.


TEMPERAMENTVM.

Desiccatur, adstringit & excalfacit paulò infra media, in genere scilicet eorum quæ tepida sunt.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Quercus omnis adstrictoriam facultatē habet, præsertim id quod inter corticem & caudicem membranæ simile clauditur; quinetiam membrana putamini glandis subiecta. Decoctū ex ijs datur dysentericis & sanguinē excreantibus, & in pessis tritum contra fluxiones mulierum apponitur. Glandes idem possunt. Vrinam ciunt, capitis dolorem, & flatus comestæ pariunt. Resistunt esitæ uenenatorum ictibus. Decoctum corticis cum lacte bubulo potum, contra toxica prodest. Crudæ autem tritæ & illitæ inflammationes leniunt. Ad malignas duritias, & malefica ulcera cum adipe suillo falso cōueniunt. Galla fructus est quercus. Aliqua omphacitis appellatur, parua quidem, præ se ferens formam in digitis articularum, solida, nullo foramine peruiā. Altera leuis, plana, perforata. Bligi debet omphacitis quæ efficacior est. Vtraq; uehementer adstringit. Carniū excrementas tritæ, fluxiones gingiuarū & columellæ, atq; in ore aphthas reprimunt. Nucleus earum cauernis dentium inditus, dolores sedat. Crematæ carbonibus donec igne flagrent, & uino aut aceto, aut oxalme extinctæ, sanguinem reprimunt. Decoctum earum ad infusus utile, contra uulnæ procidentias, fluxionesq;. Capillos denigrat aceto aut aqua maceratæ. Coeliacis, dysentericis, cum uino aut aqua trita conuenienter illinuntur aut bibuntur. Vtiles & obsonijs mixtæ, aut integræ in aqua præcoctæ, in qua ali-

quid co-



QVERCVS

Eichbaum.

V

- c quid coquendum sit quod ipsis cōferat. In summa, galla utendum quoties opus est adstrictione & exiccatione.

EX GALENO.

Quercus omnes partes adstrictoriae facultatis participes sunt. Sed plus tamē quę in trunci cortice membrana subest, tum quę sub glandis putamine, ea uidelicet quę fructus carnem conueſcit. Quamobrē ad fluxum muliebrem, sanguinis exputio- nes, uentrisq; diuturnos fluxus, cōmodam esse credunt. Maxime uerō ea utunt de- cocta. Siquidem ego quandoq; glutinaſſe me uulnus memini securi inſictū, quum nullum ad manum eſſet medicamentū prāter ipſius Quercus folia. Terebam uerō in leui ſaxo, & uulnus cum circumiacentibus locis illinebam. Eandem folijs uim ha- bet & fructus Quercus, eoq; medici nōnulli ad incipientes, & crescentes phlegmo- nas utuntur. Nam quæ iam uehementes ſunt, adſtringentibus haud indigent. Gal- la quæ omphacitis nuncupatur, admodum acerbum eſt medicamentū, plurimum terrenæ & frigide ſubſtantię particeps, per quam deſiccatur & reſſurit fluxiones: ad- hæc conſtringit contrahitq; partes laxas ac languidas, omnibusq; fluxionū affectib; ſtrenue reſiſtit. Eſto uerō tertij in deſiccando, ſecundi autem in refrigerādo ordinis. Altera autem galla, flaua, laxa, & magna, exiccat quidem etiam ipſa, ſed tanto, quan- to acerbæ qualitatis minus eſt particeps. Cocta itaq; ipſa per ſe, ac deinde trita cata- plaſma non inſtrenuum eſt ſedis phlegmonarū, ac procidentiarum. Porrò coquen- da eſt in aqua, ſi modica opus ſit adſtrictione: ſin uehementiore in uino. Et ſi auge- re in ſuper adſtrictionem ſit opus, uino etiam utare aſteriore. Deniq; gallæ combu- ſtæ ſanguinis reſſimendi facultatem acquirunt, ac nimirum etiam calorem & acri- moniam ex uſtione aſſumunt, ſuntq; ijs quæ ignem non expertæ fuerint, tum ſubti- liorum partiū, tum maiore deſiccandi poteſtate. Ceterum quum ad ſanguinis ſup- preſſionem præparare eas uoles, carbonibus impoſitas dum unde quaq; candeant, aceto aut uino extinguerē oportebit.

vſta acrimoniā
aſſumunt.

D

EX SYMEONE SETHI.

Glandes difficilis ſunt coctionis, & ualde nutriūt, tardius deſcendunt, crudosq; humores generant, proptereaq; illarum uſum deuitari præcipimus.

DE DAUCO CAP. LXXXV.

NOMINA.



ΑΥΚΟΣ græcē, Daucus latinē nominatur. Officinæ alijs & adulterinis herbis ſub hoc nomine utuntur. Germanicas appellationes in generū explicatione indicabimus.

GENERA.

Berwurz
cur dicta.

Diolcorides tria Dauci cōmemorat genera. Primum Creticum daucum uocat. Germanis Berwurz, propter capillatam radicem, aut quia uteri dolorem, qui hſ- dem Bermüter appellatur, ſanat. Alterum nomine peculiari caret, folijs Laſerpi- tio ſimile, Germanis weiſſ Dirzwurz dicitur. Tertium genus itidem nomine deſti- tuitur proprio, Germanis autem nonnullis ſchwartz Dirzwurz nominatur.

FORMA.

Creticus daucus


Creticus daucus folia Fœniculo ſimilia habet, minora tamē & tenuiora. Caulem dodrantalem, umbellam Coriandro ſimilem. Flores candidos, & poſt hos ſemen acre, candidum, hirsutum, & in cōmanducando odoratum. Radicem craſſitudine digitali, & longitudine dodrantali, Omnes huius deſcriptionis notę, herbæ quam Berwurz Germani uocant conuenire ad unguem uidentur, una duntaxat ex- cepta: ſiquidem ſemen non eſt hirsutum. Sed quum omnia alia, atque adeo faculta- tes etiam ipſę reſpondeāt, nō eſt cur una hæc nota nos impediatur, cur minus Creticū daucum credamus, aut ſaltem Germanicū qui Cretico per omnia reſpondeat. Vel ſi prorſus alicui non ſatisfaciunt, quæ diximus, dicat planē hanc herbam eſſe Seſeli

Creticum,

DAUCVS
CRETICVS.

Wurzel.

V 2





DAVCI
ALTERVM GENVS.

Weiß hirtzwurz.



DAVCI
TERTIVM GENVS

Schwarz hirtzwurz.

- c Creticum, cuius etiam herbæ notę omnes huic nostrę cōueniunt, neq; etiam facultates quas similes Dauco cretico habet, discrepāt. Alterum Apio syluestri, uel, ut antea diximus, Lasepitio simile est: aromatū modo odoratum, acre, gustanti odoratum & feruens. Tertiū folijs Coriandro asimilatur, flore candido, capite & semine Anethi, in quo umbella erraticæ Pastinacæ similis est, semine oblongo plenum, sapore ut Cuminum acri.

LOCVS.

Primum in petrosis & apricis locis nascitur, nusquam uerò in Germania copiosius quàm in Martianæ syluæ quibusdam pratis prouenit. Reliqua duo genera in altis montibus gignuntur.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus florent.

TEMPERAMENTVM.

Semen Dauci admodum calefacit & exicat. Idem etiam, sed minori efficacia, facit herba.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Omnium Daucorum semen calefaciendi uim obtinet. Potum menses, foetus, & urinas mouet. Torminibus liberat. Tussis diutinas lenit. Succurrit phalangiorum moribus cum uino potum. Oedemata illitum discutit. Ex alijs seminis tantū usus est, ex Cretico radicis etiam, quæ cum uino præsertim ad uenenata bibitur.

EX GALENO.

- Dauci semen efficax admodum tum mouendæ urinæ medicamentū, tum prouocandis menses. Multum etiam discutere foris impositum ualet. Ipsa etiam herba eandem uim obtinet, semine tamen inferiorem, nimirum ob aqueæ humiditatis misturam.

EX PLINIO.

Vehementer urinam impellit. Creticum magis contra serpentes pollet. Bibitur è uino drachma una, datur & quadrupedibus percussis, aduersatur phalangio, capitis dolori medetur, tussi subuenit, stranguriæ medetur drachma feminis. Eius radix in uino pota, dysenteriam sistit. Contusis & euerfis potū duobus obolis in mulsi cyathis tribus subuenit, aut si febris adsit in aqua mulsā. Menses & secundas potum facillimè pellit. Calculos eijcit. Folia omnia tela infixā corpori extrahunt.

DE DRACONTIO MAGNO CAP. LXXXVI.

NOMINA.

Serpentaria
maior.
Dracunculus ut
de dicta.




Colubrina.

PAKONTIA *μεγαλη, ἢ δρακόντιον μέγα* Græcis, Dracunculus maior Latinis, nonnullis Serpentaria maior dicitur. Officinis ignota herba. Germani Schlangentraut uocant. Nomen autem à figura sumpsit: caulis enim glaber, purpureisq; respersus lituris, uersicolori facie, corpus anguinum representat & æquat longitudine. Vertex quoque sinuoso oris hiatu linguam exerens cruentam, caput exprimit. Atque hinc est quod ueteribus etiam Romanis Colubrina ac Serpentaria nuncupata sit: uel sic dicta, Plinio autore, quod è terra ad primas serpentium uernationes exeat, rursusq; cum hsdem se in terram recondat, nec omnino occultata ea appareat serpens.

FORMA.

Caulē habet glabrū læuumq; rectū, bicubitalē, baculi crassitudine, uersicolorē, ut angui similis uideat, purpureis etiā maculis abundat. Folia fert Rumicis inflexa, & plicata. Fructū in summo caule racemosum, coloris inter initia cineracei, postea q; maturuit crocei & punicei. Radicē grandē, rotundā, candidā, tenui cortice uestitā. Ex qua deliniatione omnib. perspicuū fit, plantā eam cuius picturā exhibemus, esse Dracunculū maiorē. Simplici enim caule attollit, binū cubitū alto, leui glabrōue, recto, baculi crassitudine, uersicolorib, anguiū maculis uariegate, purpureis etiā

intercur.



DRACUNCVLVS

Schlangenkraut.

c intercurrentibus, lituris, ita ut planè serpentis habitum coloremque mentiri uideatur. In uertice comoso folia prodeunt sena septenarius, crassiore pediculo digitorum modo propendentia, puniceis respersa notis, Rumicis primi generis figura. E foliato scapi fastigio, uagina quedam foris herbacea profilit, in mucronem sensim turbinata, uelut erupturi partus inuolucrum, quæ cum dehiscens sese pandit, purpureum cornu in acumen fastigiatum demonstrat. Ea seminis incremento distenta dissilit in rimam, & tandem elanguescens flaccescit, subarescensque perit relicto cornu. Cuius imam partem racemosus fructus ambit, acinis primo uirentibus, dein croceo & puniceo colore rutilantibus. Radix denique magna, rotunda, alba, tenuisque cortice uestita. Et in summa, nulla est prorsus nota, quæ reclamare uideatur.

LOCVS.

Nascitur in opacis sepibus.

TEMPVS.

Carpitur semen cum maturitate nigrescit. Radix per messem effoditur, hoc est, Iulio mense, aut initio Augusti.

TEMPERAMENTVM.

Dracunculus acris & amarus est, leuiculamque quandam adstrictionem habet, ut calidam & siccam esse nullus dubitare possit.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Radix calefaciendi uim obtinet. Tosta & elixa cum melle delincta orthopnoicis, ruptis, conuulsis, tussibus, & destillationibus prodest. Pota cum uino uenerem stimulat. Concisa & ex melle illita, ulcera maligna atque phagedænica expurgat, præsertim cum uite alba. Ex ea & melle collyria ad fistulas, & foetus euocandos componuntur. Ad uirilignes cum melle efficaciter illinitur. Polypos & carcinomata absumit. Succus eius ad oculorum medicamenta, item contra nubeculas, albugines, caliginemque utilis est. Odor herbarum radicisque, recens conceptos abortu uitiat. Idem præstant triginta grana eius in posca pota. Sunt qui eius succum cum oleo aurium doloribus infudere. Quinetia folia eius, utpote adstringentia, uulneribus recentibus imposuere, in uino autem cocta pernionibus. Ferunt non feriri à uiperis eos qui folia manibus affricauerint, aut radicem gestauerint.

EX GALENO.

Dracuntium quiddam Aro per simile habet, tum folijs, tum radice. Acre etiam est & amarum, tenuiumque partium. Obtinet quoque leuem quandam adstrictionem, quæ quandoquidem cum prædictis duabus qualitatibus, acris scilicet & amara, coniuncta est, medicamentum factum est, ut quæ maximè efficax. Nam radix uiscera omnia expurgat, crassos potissimum & lentos humores extenuans. Optimumque remedium est contumacium ulcerum. Expurgat extergetque strenuè tum alia quæ extersionem desiderant, tum alphas cum aceto. Folia quoque, utpote similem facultatem habentia, ulceribus, uulneribusque recens inflictis accommodata sunt, & quanto minus fuerint sicca, tanto magis conglutinant: nam quæ sicciora sunt, uiribus sunt acrioribus quam ut uulneribus cōueniant. Creditum est caseum humidum si illis foris tectus reponatur, ob temperaturæ illorum siccitatē, à putredine cōseruari. Fructus ualentior est, non folijs tantum, sed & radice: proinde & cancos, & polypodas eliquare creditus est. Succus quoque eius uitia oculorum expurgat. Dracontij radicem bis teruè elixam, quo omnem exuat medicamentosam uim, in cibo interdum Ari modo exhibemus, quum crassi ac glutinosi thoracem pulmonemque infestantes humores fortiore ui expellendi ueniunt.

EX PLINIO.

Omnino habentē Dracunculū serpentes fugiunt. Ideo percussis prodesse in potu maiorē aiunt: ut & menses, si ferro non attingatur, sistat. Succus eius & aurium dolori prodest. Reliquas facultates in Ari descriptione offendes. Vident enim ueteres Arum cum Dracunculo minori miscuisse.

APPEN-

APPENDIX.

A Hæc est uera Serpentaria quæ officinis utendum erit, & minimè ea quam alio nomine Bistortam uocant. Nam uiribus planè ab ea quæ genuina est disidet, ut suo etiam loco monuimus. Quare non est cur deinceps eandem medicamentis quæ thoraci expurgando adhibentur admisceantur medici, sed hanc potius, cuius picturam oculis subiicimus,

DE DAPHNE ALEXANDRINA

CAP. LXXXVII.

NOMINA.



Β Ο Ν Η ἀλεξανδρῖνα, ἢ ἰδαία Græcis: Laurus Alexandrina, aut Idæa Latine *Vularia*.
 nis, officinis *Vularia*, nonnullis Bonifacia, multis etiam Pagana lingua,
 Germanis *zappfint* aut *hauchblatt* & *auffenblatt* dicitur. Theophrastus *Epiphyllocarpos*.
 itus appellat *ἐπιφυλλόκαρπος*, quod fructum super folijs ferat. Alexandri *pos*.
 nam autem laurum dictam putamus, quod Alexander uictor ea usus fuerit. Hinc *Alexandrina*
 est quod Apuleius hanc Victorialam nominet, quod nimirum uictores ea pro Lau- *laurus cur dicta*
 ro in triumphis & uictoriæ signum uterentur: quanquam in eo capite Daphnoida *Victoriala*,
 cum Victoriala confundat, Idæa uerò ab Ida monte, quo in loco speciosior & co- *Idæa*.
 piosior nascatur.

FORMA.

B Folia Rusco seu Myrto syluestri similia habet, maiora tamen, molliora & candidiora. Fructum in medijs folijs fert rubentem, Ciceris magnitudine. Ramos spargit à terra dodrantales, & aliquando ampliores. Radicem Rusco similem, maiorem tamen, odoratam, & molliorem. Ex qua sanè deliniatione satis perspicuum fit, eam herbam cuius picturam damus, esse Laurum Alexandrinam. Folio siquidem Myrti syluestris, sed ut Plinius lib. xv. cap. xxx. ait, acutiore, molliore, & candidiore, fructu inter folia rubro, magnitudine Ciceris, ramulis à terra sparsis dodrantalibus, radice syluestri, Myrto proxima, odorata & molli.

LOCVS.

Nascitur in locis montanis, & in Ida monte, ut comprehensum est, speciosissima. Nunc adfertur ex inferiore Pannonia, atque in nonnullis hortis plantata prouenit.

TEMPVS.

Fructum in æstate in medio folij, in geniculo alterius folij quod maiori supernascitur, profert.

TEMPERAMENTVM.

Calida & sicca est, id quod gustus euidenter monstrat. Siquidem gustantibus acris simul & subamara est.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Radix eius pota pondere senum drachmarum cum dulci uino, difficulter parienti bus, & stillicidio urinæ laborantibus succurrit. Sanguinem quoque menstruum elicit.

EX GALENO.

Pota tum urinas, tum menses prolicet.

EX PLINIO.

Celeres partus facit, radice pota trium denariorum pondere, in uini dulci cyathis tribus. Secundas etiam pellit mensesque, eodem modo pota.

APPENDIX.


Recentiores in faucium ulceribus, & humecta supra modum columella utuntur. Hinc est quod nonnulli appendant hanc herbam pueris, ut nimia illorum humiditas exiccetur.



LAVRVS
ALEXANDRINA.

Zäpfleintraut.

NOMINA.



ΕΠΗΜΕΡΟΝ, ἡ ἑρπύλη Græcis, Ephemeron, Iris sylvestris Latinis dicitur. Cum autem Galeno, Paulo, & Dioscoride testibus, duo sint Ephemerī genera, alterum, quod Colchicon à natali solo dicitur, interficiens, de quo suo loco plura: alterum quod non letale est, & præcipuo nomine Ephemerū dicitur, hic de secundo, nempe non interficiente, nobis sermo duntaxat erit. Ephemerū autem nominatum est, non quod eadem die iugulet (nulla enim ei uis mortifera inest) sed quod flos illius confestim marcescat, nec longius uno & altero die cōmoretur. Vulgus & officinæ Liliū cōuallium, quod in opacis & lucis nascatur, appellant. Germani Mayenblümle.

Ephemerī duo genera.

Ephemerū cur dictum.

Liliū conuallium.

FORMA.

Caulē & folia Lilio similia habet, tenuiora tamē. Flores candidos amarosq̃. Fructum mollē. Radicē unam digitali crassitudine, longam, adstringentē, odoratam. Quæ siquidē deliniatio ita herbę illi quam uulgus Liliū cōuallium nominat conuenit, ut nulla prorsus in ea sit nota, quæ ei nō respondeat. Caulem enim & folia Liliū habet, sed tenuiora. Flores candidos & suauiter olentes, gustu amaros. Fructum mollem, colore puniceum, asparagi fructui non dissimilem. Radicem singularem digiti minimi crassitudine, longam, adstringentem & odoratam. Nec obstat quod nunquam aut rarissimē apud nos reperiatur radix quę minimi digiti crassitudinem æquet. Dioscorides enim cum alicui herbę aut radici mensuram tribuit, id facit ut maiori parti indiuiduorū illius speciei quadret, nec adeo statam mensurā assignat, quin quandoq̃ infra aut supra hanc esse possit. Cui hoc etiā accedit, quod magnitudo secundū diuersas regiones in una eademq̃ herba sæpe uariatur, ita ut nihil mirū sit radices nostri Ephemerī, paulo quā illius quas Dioscorides uidit minores esse.

Oblectio diluatur.

LOCVS.

Nascitur in syluis & umbrosis locis.

TEMPVS.

In Maio mense flores illius magna copia erumpunt, ac mox iterum euanescent atq̃ decidunt. Deinde Iulio mense fructus profertur Asparago haud dissimilis, ut dictum est.

TEMPERAMENTVM.

Mistæ est temperaturæ, Galeno teste, nempe repellentis & discutientis, quia scilicet radix adstringit, floresq̃ amari sunt.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.


Huius radix in dentium doloribus remedio est, si decocto eius colluuntur. Folia in uino decocta & illita cedemata & tubercula, quæ nihil adhuc puris cōtraxerunt, discutiant; ἄνυσιν enim & non ὕψος legendum, ut ex Galeno liquet.

EX GALENO.

Ephemerum non illud letale, quod etiam Colchicum nominant, sed alterum, quod & Irin agrestem uocant, folia & caulem Lilio similem obtinet, radicem oblongam, non rotundam ceu Colchicum: digiti autem potissimū crassitudine est, adstringens & boni odoris. Ex quibus palam sit quod mistæ sit facultatis, nempe repellentis, & halitu digerentis. Testificantur uerò id quæ particulatim ædit opera. Siquidē non ineffaciter radix eius in dentium doloribus colluitur. Folia tuberculorum tum augmento, tum uigori congruunt. Oportet autē in uino decocta prius quā pus moueas illinere.

EX PLINIO.

Radicem unam digiti crassitudine obtinet, dentibus præcipuam cōcisam in aceto, de-



EPHEMERVM
NON LETALE.

Magenblümle.

to, decoctamq; ut tepido colluantur. Et ipsa etiam radix mobiles sistit, cauis & exes imprimitur.

APPENDIX.

Recentiores roborare cor, iecur, cerebrumq; tradūt. Hinc est quod eius succum aut decoctum syncope, uertigine, morboq; comitiali correptis, attonitis, & phreneticis exhibeant. Cæterum incipienti elephantia, ne latius serpat, & altius radices agat, uiam præcludere scribūt. Ocularij medici ad oculorum caligines discutiendas eo etiam utuntur.

DE ELENIO CAP. LXXXIX

NOMINA.



ELENION Græcis, Elenium & Inula Latinis, officinis Enula, rusticis Campana, uulgo iunctis utrisq; uocabulis Enula campana dicitur. Germanis *Alant*. Elenium autem ab Helenæ lachrymis, e quibus natum fabulantur, quidam dictum esse uolunt. Alij quoniam cōtra serpentes ex eo primum ab Helena remedium inuentum sit.

Enula campana
Elenium unde dictum.

FORMA.

Caulem ex se mittit Elenium crassum, hirsutum, cubitalem, & aliquando maiorem (interdum enim iustam hominis staturam altitudine æquat) angulosumq;. Huic supernè lutei flores insident, & in his semen Verbasco simile, tactu pruritus excitans. Folia angustifolia Verbasco similia obtinet, lanuginosiora tantum & oblonga. Radicem subruffam, odoratam, magnam, subacrem, ex qua ad consitionem Liliorum aut Ari instar, pingues propagines appendicēsue auferunt. Hæ siquidē notæ Enulæ campanæ uulgo dictæ pulchrè quadrant, neq; obstat quod nō in cunctis græcis exemplaribus omnes illæ habeantur, cum in nonnullis, ipsæ probatissimis saltem, legant. Sic Marcellus Virgilius Florentinus in suis quos edidit in Dioscoridem cōmentarijs testatur, sibi uisum esse antiquissimū ac probatissimū codicem, in quo adhuc omnes seruentur. Et certè nihil absurdi cōmitteremus, si nonnullas Dioscoridē notas subtriciuissē dicamus, cum euidentissimū sit Inulam nō passim una forma præditam nasci, quando, eodem Dioscoride teste, in quibusdā locis caulem haud emittat: in irriguis deniq; procerior & elegantior, quàm in sicciorib. proueniat. Huc accedit quod aliàs sæpe notas etiam admodū necessarias prætermittat.

obiesctio diluitur

Marcellus Florentinus.

LOCVS.

Nascitur montanis, umbrosis, & siccis locis. In hortis etiam passim hodie plantatur.

TEMPVS.

Radix æstate effoditur, & concisa siccatur. Floret Iulio mense.

TEMPERAMENTVM.

Elenij radix non primo statim occurso excalefacit, ac proinde non dicenda est calida & sicca exactè, ceu mel & piper album, sed cum recrementitio humore.

VIREs.

EX DIOSCORIDÈ.

Radicis Elenij decoctū potum, urinam & menses ducit. Ipsa deniq; in eclegmate cum melle sumpta, tussi, orthopnoæ, rupturis, cōuulsionibus, inflationibus, uenenatorum morsibus prodest, calefaciendi uiquam in uniuersum habet. Folia eius in uino cocta ischiadicis utiliter illinuntur. Radix etiam Elenij in passo condita, sto macho utilis est. Siquidem salgamarij paululum siccata eam, mox decoctam, frigida aqua demergunt, postremo in defrutum coniectam, ad usum recondunt. Ea trita & pota sanguinem excreantibus auxiliatur.

EX GALENO.

Elenij radix maximè utilis est. Eclegmatis quæ faciunt ad educendos lentos &

X crassos



ELENIVM

Mant.

a crassos qui sunt in thorace & pulmone humores commodè miscetur. Rubrificant quoq; ea partes frigidis & diuturnis uexatas affectibus, cuiusmodi sunt nonnullæ coxarum pafiones, ischiadas uocant, & exiguæ assiduæq; quorundam articularū præhumiditate luxationes.

EX PLINIO.

Inula à ieiunis cōmanducata dentes confirmat, si ut eruta est, terram non attin- *Superstitiosum.*
gat. Condita tussim emendat. Radicis uerò decoctæ succus tineas pellit. Siccata au-
tem in umbra farina tusa, & conuulsis, & inflationibus, & arterijs medetur. Vene-
natorum morsus abigit. Folia ex uino lumborum dolori illinuntur.

DE EUPATORIO CAP. XC.

NOMINA.



ΕΥΠΑΤΩΡΙΟΝ, ἡ ἑπταφύλλον græcè, Eupatorium & Hepatoriū latinè, offi-
cinis Agrimonia dicitur. Germanis Odermenig/ Buchwurz. Eupato- *Agrimonia.*
rium ab Eupatore rege, qui illam primus inuenit, nominatam esse uo- *Eupatorium cur-*
lunt. Hepatorium uerò quoniam iecori præcipuè medeatur. *dium.*

FORMA.

Fruticosa est herba, unum, interdum alterum etiam scapum effrens, tenuem, *Agrimonia est*
lignosum, rectum, nigrum, hirsutum, cubitalem, aut etiam maiorem. Folia per in- *uerum Eupato-*
terualla partibus potissimū incisa quinq; & aliquando pluribus, Quinquefolij uel *rium.*
Cannabis potius folijs similia, nigricantia, & serræ modo in extremitatibus incisa.
Semen à medio caule enascitur, deorsum inclinatū, hirsutum, adeò ut siccatum uesti-
bus hæreat. Hæ deliniationes adamussim, nulla reclamante nota, herbæ quam
B uulgus & officinæ uocant Agrimonia conueniunt. Quapropter hanc uerum &
genuinum esse Eupatorium facile deprehendet, qui singulas descriptionis partes
diligenter expendet. Siquidem Agrimonia fruticosa est herba, scapum unum aut
alterum obtinēs, lignosum, tenuem, rectum, nigricantem, hirsutum, cubitalem uel
maiusculū. Folia ex interuallis Cannabina, aut Quinquefolio similia, quinquepar-
tita uel plurifariā incisa, per ambitum serrata. E medio caule semen erumpit deor-
sum spectans, subhirsutum, ut resiccatum uestibus adhærescat. Proinde præfracta
quadam ac immedicabili cæcitate captos esse eos iudico, qui hoc ipsum hodie non
animaduertunt.

LOCVS.

Nascit̃ passim locis montosis, campestribus etiam, pratis nempè, & circa sepes.

TEMPVS.

Carpitur in æstate, dum floribus abundat.

TEMPERAMENTVM.

Eupatoriū herba tenuium partium, incidendi extergendiq; facultatem citra ma-
nifestam caliditatem obtinet. Inest ei & adstrictio modica.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Contrita huius folia & cum ueteri suillo adipe imposita, ulceribus difficilè cicatri-
cem contrahentibus medentur. Semen aut herba in uino pota, dysentericis, iecino-
rosis, & serpentium moribus auxiliatur.

EX GALENO.

Obstructiones iecoris expurgat, & robur huic uisceri addit.

EX PLINIO.

Semen dysentericis in uino potum auxiliatur unicè.



EVPATORIVM

Gdemenig.

NOMINA.



EUPHRASIAE herbae nomen à græcâ linguæ imperitis phar-
 macopolis deprauiatum est, cum olim *εὐφροσύνη* dicta sit, quod nimirum *εὐφροσύνη*
 oculos, quorum caliginem discutit, delectet. Ad quod nomen Germa- *cur dicta.*
 ni nostri pulchrè alludentes *Augentrost*/ hoc est, oculorū solacium ap-
 pellant. Nonnulli hac quoque ratione moti ophthalmicam & oculariam nomi- *ophthalmica.*
 nant. Officium, ut ferè in omnibus alijs herbis, corruptā uocem retinentes, Euphra-
 siam uocant. Etsi autem herba hæc græco & eleganti nomine donata sit, nihil ta-
 men de ea, quod sciam, apud ueteres Græcos & Latinos, nempe Dioscoridem, Pli-
 nium, Galenū, adde etiam recentiores, Aëtium, Paulum, & Actuarium scriptum
 reperitur. Cum uerò appellatio ipsa græcam testetur originem, uidetur sanè à Bu-
 glosso ueterum mutuata & desumpta esse. Vt enim hoc in uinum coniectum ani-
 mi læticiam parit, atque adeò *εὐφροσύνη* dictum est, ita etiam illa quia oculos iuuat
 & delectat, *εὐφροσύνη* appellari coepit. Quam subinde uocem imperiti linguæ, ut di-
 ximus, deprauiantes, in Euphrasiam uerterunt.

FORMA.

Herba est parua, palmæ unius longitudine, Hyssopo similis, cauliculis purpureis,
 folijs exiguis, per ambitum serratis, flosculis albicantibus, radice exigua & inutili.
 Nec obstat quod Hermolaus, immensæ eruditionis uir, libro tertio, capite decimo *Hermolaus Bar-*
 octauo sui Corollarij, luteolos esse dicit: is enim ad partem duntaxat florum respe- *barus.*
 xit, quæ lutea esse euidenter apparet. Certè si flores Euphrasie exquisitè confide-
 res, neque prorsus luteos, neque in uniuersum etiam candidos esse deprehendes:
 tribus enim coloribus, nempe purpureo, candido & luteo, ut pictura ipsa ostendit,
 maculati sunt. Quum uerò potior florum pars candido colore constet, factum est
 ut ferè omnes herbā hanc depingentes, albos illi assignarint flores, nobis autem
 hos candicantes dicere placuit.

LOCVS.

Nascitur in apricis collibus, & pratis ferè omnibus.

TEMPVS.

Inter autumnij initia magna copia erumpit.

TEMPERAMENTVM.

Quas particulatim facultates obtinet, abundè docent calidam & siccam esse
 herbam.

VIRES.

Vtuntur ea ad oculorum caligines & suffusiones, uel per se imposita, uel ex ui-
 no decocta. Memoriam etiam oculorūq; aciem redacta in puluerem, & in uino
 albo pota, mirificè roborat, amissamq; reparat.



EUPHRASIA

Nugentrost.

A

NOMINA.



ΕΛΕΙΣΦΑΚΟΝ Græcis, Saluia Romanis & officinis, Germanis Salbey appellatur. Porro cum ipsa herba semper retorrida & exucca uideatur, factum est, ut Græcis Elelispachon, quasi in tabem redacta, uel in sy-

Elelispachon un
de dicta.

derationem flaccescens dicta sit, *ηλελίζον* & *σφακλος* uocibus in unam coalescentibus appellationē. Est autem *σφακλος*, seu potius *σφακελος*, malum in plantis quum per ætatem & ardentissimū canis æstum ui solis altius penetrante, humore quo nutriuntur deficiente, languent & arescunt. Latini syderationē nominant. Saluia autem dicta Latinis, quod ad multa, præsertim ad fecunditatē, salutaris sit.

Saluia cur uo-
cata.

GENERA.

Duo sunt Saluiæ genera, quemadmodū etiam plebei abunde nouerūt. Vnum quod priuatim Elelispachon dicitur, squalidius folio & scabrius, lacunosa facie præasperum, multo latius, quasi cultum senserit, adeo ut domestica aut hortensis Saluia dici possit. Nos euidentiori distinctione usi, Saluiam maiorem nominauimus. Germanis etiam *groß oder breyt Salbey* uocatur. Alterum folio leuius & cōtractius, quasi syluestrem ob id referat figurā, syluestris Saluia appellari potest, minus etiam squalore obsitū est. Nos Saluiam minorem diximus. Germani *creutz Salbey* / *oder klein Salbey* / *oder spitz Salbey* / *oder edel Salbey* nominant. Dioscorides utrunq; genus sub uno Elelispachi nomine complexus est, quod scilicet facultate nihil distent, sed idem prorsus efficiant.

Saluia maior.

Saluia minor.

FORMA.

Frutex est oblongus, ramosus, quadrangulus & candidas uirgas habens. Folia mali Cotonei effigie, oblongiora tamen, asperiora, & crassiora, quæ sensim attritarum uestium modo hirsuta, subalbida, uehementer odorata, sed uirosa sunt. Semē in summis caulibus syluestri Ormino simile gerit. Hæc descriptio, nulla prorsus reclamante nota, cum herba quam Saluiam uulgo uocant quadrat: nanque ea fruticosa est, rugosis folijs, extritarum latenter uestium asperitatem scabritiamue referentibus, incanis, uehemēter odoratis, purpureo in spica flore, in aquilini rostri speciem falcato, semine syluestris Ormini, ut pictura graphicè monstrat.

LOCVS.

Nascitur in locis asperis, & utrunq; genus hodie passim in hortis inuenitur.

TEMPVS.

Carpitur in Iunio & Iulio mensibus, quando nimirum floribus & semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Elelispachos euidenter exalfacit, ac leuiter adstringit.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Foliorum ramorumq; decoctū potum urinam cit, menses foetusq; extrahit. Pastinacæ marinæ ictibus auxiliatur, Capillos denigrat. Vulneribus herba utilis est, sanguinemq; compescit. Ferina tetræe ulcera purgat. Pudendorum pruritus foliorum & ramorum decoctum cum uino, si eo abluantur, sedat.

EX AETIO.

Tradunt quidam suffitam Saluiam menses immoderate fluentes, & omnino muliebri profluuiū compescere. Agrippa sacram herbam uocauit, quam prægnantes mulieres si fluidæ laxæq; fuerint, utilissimè comedunt: cōtinet enim conceptū uitalemq; reddit: ac si succi huius heminam cum modico sale quarto à secubitu die mulier potauerit, deinde uiro misceatur, proculdubio concipiet. Aiunt in quodam Aegypti loco post sæuas pestilentias ab his qui supersunt, ad eum succum bibendū mulieres cogi, plurimosq; inde produci foetus. Dato, inquit Orpheus, sanguinem



SALVIA
MAIOR.

Grosß Salbey.



SALVIA
MINOR.

Creutz salbei.

c expuentibus succi Saluiae cyathos duos, ieiunis cum melle bibendos, & sanguis illico cohibet. Tabidis pilulae in hunc modum parantur. Spicae nardi, Zingiberis singul. drach. ij, seminis Saluiae affati triti & cribrati drach. viij. Piperis longi drach. xij. cum succo Saluiae pilulas conficito, & mane ieiunis drachmam unam exhibeto, eodemque modo in uespere, ac postea aquae purae quippiam propinato.

EX PLINIO.

Menses Saluia cit & urinas. Pastinacae marinae ictus sanat. Torporem autem inducit percusso loco. Bibitur cum Absinthio ad dysenteriam. Cum uino eadem commorantes menses trahit. Abundantes sistit decocto eius potio. Per se imposita uulnerum sanguinem cohibet. Sanat & serpentium morsus. Et si in uino decoquatur, pruritus testium sedat. Partus emortuos apposita extrahit, item uermes aurium. Ad tussim laterisque dolores bibitur. Contra scorpiones eadem & dracones marinos efficac. Contra serpentes quoque ex oleo perungi ea prodest.

DE ERPYLLO CAP. XCIII.

NOMINA.

Serpyllum unde dictum.



P P Y A A O N graece, Serpyllum latine. Officinae latinum nomen retinuerunt. Germanice Quendel / Kinlin / Hünertöl appellatur. Serpyllum autem, ut autor est Varro, ab eo quod serpat tam Graecis quam Latinis dictum est, quoniam si qua eius particula terram attingit, inibi radices demittit. Est enim ut Theophrastus libro sexto de plantarum historia, capite septimo ait, proprium quoddam eius ramulorum incrementum, quippe cum possit in quantam uoluerit quispiam longitudinem trahi, adiecto illi pedamento aliquo, aut si prope sepes plantetur, aut ex altiore loco aliquo deorsum demittatur: sic enim in longum protrahuntur: & ab hac plantae in ramulis eius natura, quod in longum serpit, Graeci & Latini peculiariter Serpyllum nominauerunt.

GENERA.

Serpyllum hortense.

Syluestre.
Zuyey.

Duo eius genera. Hortense, quod germanice heymischer Quendel dicitur. Syluestre, quod priuatim Zygis uocatur, quod forte eo iugarentur uites, Zuyey enim Graecis interdum idem quod Latinis ligare & uincire significat. Germanice simpliciter Quendel dicitur. Nos syluestris tantum Serpylli picturam damus.

FORMA.

Hortense.

Syluestre.

Plinij erratum.

Hortense non dissimile est Origano, potissimum quod ad folia & ramulos ipsos attinet, quos candidiores tantum habet, odore tamen prorsus Sampsyllum praesentat. Repit humi, & in rectum non attollitur. Syluestre contra humi non serpit, sed rectum exilibus ramulis & lignosis attollitur, Rutae folijs plenius, angustioribus tamen. Flosculos habet subpurpureos, gustu acres, odore iucundo, radicem multifidam. Plinius secus quam Dioscorides hortense serpyllum nequaquam, syluestre uero humi serpere asserit, adeo ut subesse in hoc mendam uerisimile sit: res enim ipsa & uiuae herbarum imagines satis testantur, Dioscoridis sententiam esse ueriores. Dioscoridi subscribit Aëtius. Neque mirum est magis humi reptare cultum, quod infirmius humoris copia est, atque adeo ramis inualidioribus stare nequit, quam syluestre, quod illo rigidius ac lignosius existit.


LOCVS.

Hortense non nisi fatum prouenit, & Columella teste, neque pinguem, neque stercoreatum, sed aprium locum desiderat, ut quod macerrimo solo nascatur. Syluestre autem in petris, collibus, & montibus plerisque copiosissime nascitur, ita ut eo quasi uestriri uideantur.

TEMPVS.

Syluestre tota aestate floret, hortense autem Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERA-



SERPYLLVM

Guendel.

C

TEMPERAMENTVM.

Serpyllum gustu acre est, ob id calidum ualde, ita ut menses & urinam moueat.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Syluestre efficacius & maiori calefaciendi ui quàm hortenſe, atque ad uſum medicinae aptius. Menſes trahit, & urinam cit potum. Torminibus, ruptis, conuulſis, iecinoris inflammationibus auxiliatur. Aduerſus reptilia potum & illitum. Capitis dolores ſedat coctum adiecto roſaceo, & aceto maſe factū. Maximè uero lethargo & phrenitidi cōuenit. Sanguinis uomitum ſedat ſuccus eius quatuor drachmis cum aceto potus.

EX AETIO.

Serpyllum ita calefacit ut menses & urinam ducat. Huius genus duplex, Syluestre efficacius calidiusq; hortenſi, atq; omnino uſus eius in medicina præfertur. Prodeſt torminibus, cōuulſionibus, rupturis, inflammationib. iecinoris, reptilibusq;. Potum ac illitum capitis dolores ſedat. Maſe factum autem aceto ac decoctum admixto roſaceo lethargicis, & diutinam phrenitum patientibus ſummopere cōgruit. Præterea drachmæ unius pondere ex aceto bibitum, ſanguinis eiectiones cōpeſcit.

EX PLINIO.

Aduerſus ſerpentes efficax, maximè Cenchrin & Scolopendras terreſtres ac marinas & ſcorpiones, decoctis in uino ramis folijsq;. Fugat & odore, cominus ſi uratur, & contra marinorū uenena præcipuè ualet. Capitis doloribus decoctū in aceto illinitur temporibus, ac fronti cum roſaceo. Item phreneticis, lethargicis, contra tormina & iecinorum dolores. Folia obolis quatuor dantur ad lienem ex aceto. Ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis.

EX PLINIO VALERIANO.

Serpyllum calidum, ſimul nobis utile medicinae uſus oſtendit. Capitis dolores decoctum ex aceto & roſaceo tempori ac fronti illitū mitigat. Serpentes & omnia animalia uenenata aduſtum nidore repellit, ideo & meſſoribus in cibo miſcetur, ut ſi fatigatos fortè ſomnus oppreſſerit, tutè quieſcant contra animalia quæ hoc tempore uenenatis hauſibus ſequi conſueuerunt. Contuſi puluis ex ſcrupulis xij. in aqua datus tormina emendat, urinæ difficultates reſoluit, lienis quoq; iniuriæ idem puluis ex aceto mixtus occurrit. Nec minùs cruentis excreationibus ſubuenit, ex duobus cyathis mellis & aceto temperatus.

DE ELYMO CAP. XCIIII

NOMINA.

Panicum quare
dictum.



ΑΥΜΟΣ Græcis, Panicum Latinis, Germanis Heydelpfenich/oder Senich dicitur, Panicum autem à paniculis in quibus ſemen eſt, Latini appellauerunt.

FORMA.

Milij ſimilitudine proſilit, denis ut plurimum folijs luxurians, culmo penè in ſurculum extenuato, nutante, rubido panicularū ſaſtigio, prædenſis aceruato granis, aliàs purpureis, aliàs rufis, nigris aliàs, item & candidis.

LOCVS.

Satum facile quouis ferè loco prouenit, leuem autem & ſolutam terram potiſſimum deſiderat. Nec in ſabuloſo duntaxat ſolo, ſed in arena quoq; naſcitur, modo humidum cœlum, uel riguum ſolum ſortiat.ur.

TEMPVS.

Quadrageſimo die poſtquā ſatum eſt abſolui, ut omnia æſtiua, inter omnes conuenit.



PANICVM

Pfenich.

Y

c uenit, Quocumq; igitur tempore satum fuerit, ubi semine pragnans erit, tum carpendum uenit.

TEMPERAMENTVM.

Refrigerat & exiccat, praesertim si foris illinatur.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Milij similitudinem refert, eodemq; modo in panes defingitur, & ad idem accommodatum est, minus tamen quam Milium nutrit & adstringit.

EX GALENO.


Panicum facultate pauci nutrimenti, & exiccatoria. Sistit quoq; nonnihil uentris fluxus, ceu ipsum etiam Milium. Panis itaq; eius exigui est alimenti & refrigerans. Constat insuper praearidū & instar arenae aut cineris friabilem esse: caret enim penitus pinguedine & lentore. Iure igitur aluum humentem deficcet. Agricola farina huius cocta admisto adipe suillo & oleo uescuntur. Panicum in omnibus Milio cedit, insuauius esu, concoctu difficilior, uentremq; magis coërcet, minusq; nutrit. Huius farinā interdum cum lacte coctam, rustici ueluti triticeam esitant. Clarumq; est id edulij tanto quā illud per se solum assumptū melius esse, quanto lac huius seminis natura ad boni succi procreationē, aliaq; omnia eminentius habetur. Dico autem alia omnia, cōcoctionem, uentris subductionem, in totum corpus distributionem, adeoq; ipsam in edendo suauitatem & uoluptatem. Hoc namq; semen nulla gratia aut iucunditate commendatur.

EX PLINIO.

Panicum Diodes medicus mel frugum appellauit. Effectus habet quos Milium. In uino potum prodest dysentericis. Similiter ijs quae uaporanda sunt excofactum imponitur. Sistit aluum in lacte caprino decoctum, & bis die haustum. Sic prodest & ad tormina.

DE ERICA CAP. XCV.

NOMINA.

 PEIKH Graecis, Erica Latinis, Heyd Germanis dicunt. Officinis inusitata.

FORMA.

Erica fruticosa arbor est Tamarici similis, multo tamen breuior. Eius flore utentes apes, reprobū mel conficiunt. Plinius lib. xxiii. cap. ix. fruticem esse scribit non multum à Tamarice differentem, colore Rosmarini, & penè folio. Id quod uerè de ea Erica, cuius nos picturam damus, dicitur. Theophrastus etiam Rosmarino similem Ericam facit. Habet flores in candido purpureos.

LOCVS.

In montibus & syluis locisq; arenosis nascitur.

TEMPVS.

Autumno floret sola ferè in syluis.

TEMPERAMENTVM.

Calida & sicca est Erica, id quod in gustu amaritudo satis docet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Ericae coma & flores illita serpentium moribus medentur.

EX GALENO.


Discutiendi facultate praedita est Erica: flore eius potissimū & folijs utendum.

EX PLINIO.

Ericen aduersari serpentibus tradunt.

APPENDIX.

Recentiores herbarij praeter iam commemoratas, alias facultates addunt, nimirū florum decoctum lumborū ac uentris dolores lenire posse. Succum ex folijs floribusq; elicatum, oculis imbecillibus guttatim instillatum, aut foris inunctū cōferre.



ERICE

Geyden.

C

NOMINA.



Rapistrum non
est sylvestris E-
ruca.
Erysimon unde
dictum.

Irion quare uo-
cata.

ERYSIMON græcè, Irion latinè uocatur. Officinis nostris incognita. Vulgares herbarij non ineptè Sinapim sylvestrem, nonnulli etiam Rapistrū, Germani Hederich & Wilden senff appellunt. Sunt qui perperam, coquod gustu Erucam imitatur, sylvestrem Erucam nominant. Alia enim est Eruca sylvestris ab ea quam Rapistrum nominant herba, ut suo loco dicemus. Erysimon quidam ἀπὸ πρῶτον nomen mutuatum esse credunt, id est, à multiplici foliorum sectione: nam Erucæ modo laciniata cōspiciuntur. Alij ab oleris præstantia dictum uolunt, quasi ὀπρῖνον, quod est preciosum & nobile. Mihi ἀπὸ πρῶτον potius dictum esse uidetur, quod ob suam caliditatem maxima trahendi facultate prædita sit. Latini autem Irionem ab irruendo dixerunt, quod ignea ui, & feruido sapore irruat in gustum.

FORMA.

Folia habet sylvestri Erucæ similia, caules lori modo flexiles, flores luteos. In cacumine siliquas corniculorum figura, ut Fœnigræci graciles, in quibus semina continentur parua, Nasturtio similia, gustu feruido. Hæ utique notæ in uniuersum omnes, herbæ illi quam pictam hic exhibemus adamuissim quadrant.

LOCVS.

Nascitur passim propè urbes, domorum areas, rudera & hortos.

TEMPVS.

Per integram æstatem floret, autumno autem semen in siliquis profert.

TEMPERAMENTVM.

Semen Erysimi haud secus quàm Nasturtij calcacit & exiccat, Herba etiam ipsa arefacta similem semini uim obtinet. Humida tamen ac uiridis, multo semine inferior est.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Erysimi semen thoracis fluxionibus purulentis, tussientibus, regio morbo, coxendicum doloribus linctum cum melle confert. Bibitur etiam contra letalia uenena. Ex aqua aut melle illitum, occultis carcinomatibus, duritijs, parotidibus, testium ac mammarum inflammationibus prodest. In uniuersum extenuat & calefacit. Mitius ad eclegmata fiet, si aqua madesiat & torreatur, aut linteolo illigatum circumlita pasta perassetur.

EX GALENO.

Irionis semen sicut gustu Nasturtio simile apparet, ita facultate igneum est & ex calefactorium. Porro ubi in eclegmate uti ex usu est, præstat aqua præmaceratum torrere, aut linteolo illigatum subindeq; crustæ pistoriæ inuolutū assare. Vtile est cum eclegmatis ad promouendas crassorum lentorumq; in thorace & pulmone humorum expuitions. Quin & parotidas induratas, atq; duritias mammarum & testiculorum ueteres iuuat. Refert Dioscorides, quod cum aqua & melle illitum, occultis proffit canceris.

EX PLINIO.


Vtilissimum tussientibus cum melle, & in thoracis purulentis excreationibus. Datur & regio morbo, & lumborum uitijs, pleuriticis, torminibus, cœliacijs. Illinitur uerò parotidum & carcinomatū malis. Testium ardoribus ex aqua, aliàs ex melle. Infantibus quoq; utilissimum. Item sedis uitijs & articularijs morbis cum melle & fico. Contra uenena etiam efficax potum. Medetur & suspiriosis. Item fistulis cum axungia ueteri, ne intus addatur.



IRION

Hederich.

Y 3



HELXINE
CISSAMPELOS.

Mittelwind.

NOMINA.



Ἡελξίνη νισσάμπελος Græcis, Helxine cissampelos & Conuoluulus Latinis nominatur. Vulgus herbariorum & officing, Volubilem mediam & Vitealem appellât, Germani Mittelwinden/oder Weingartenwinden. Rectè autem Cissampelos dicitur: in uineis enim potissimum nascitur, & folio hederaceo. Conuoluulus uerò, quod crebra reuolutione uicinos frutices & herbas implicet.

Vitalis.
Cissampelos quare dicitur.
Conuoluulus.

FORMA.

Folia habet Hedere similia, minora tamen. Ramulos exiguos circumplectentes quodcunque contigerint. Folia denique eius scansili ordine alterna subeunt. Flores primum candidos Liliij effigie, dein in puniceum uergentes, profert. Semen angulosum in folliculis acinorum specie.

LOCVS.

In uineis nascitur, unde etiam ei appellatio Cissampeli, ut diximus, indita est.

TEMPVS.

Aestate, potissimum autem Iulio & Augusto mensibus, floret.

TEMPERAMENTVM.

Calidam esse ex uiribus quas illi ueteres tribuunt, facile conijcere licebit.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Succus foliorum eius potus, aluum subducendi facultatem obtinet.

EX GALENO.

Helxine, quæ & Cissampelos nuncupatur, digerendi facultatem habet.

DE HEPTAPHYLLO CAP XCVIII

NOMINA.



Ἑπτάφυλλον græcè, Septifolium latine, uulgò Tormentilla nominatur. Sunt ex recentioribus qui perperam Bistortam uocent. Germanicè Tormentill/Not heil wurz appellatur. Heptaphyllon autem à septenario foliorum numero dicta est.

Tormentilla.

Heptaphyllon unde dictum.

FORMA.

Quinquefolio simillima est, nisi quod septem non quinque habet folia, utrinque lanuginosa, exigua, parua, serrata, caulem certis fere interstitijs ambientia, flores luteos, radicem puniceam ac modicè intortam. Ex hac descriptione omnibus constare puto, herbam nostris Tormentillam dictam, non esse Dioscoridis Quinquefolium. Hoc enim, ut reliqua omittam, radicem non intortam, sed rectam & oblongam habet. Plinius etiam libro xxv. capite ix. herbam Quinquefolium incipere & desinere cum uite scribit. Tormentilla autem non maturè prouenit, sed cum uites iam florent. Accedit quod hæc in montosis & syluestribus incultisq; hoc uerò pratensis, cultis & aquosis in locis potius prouenit. Apuleius etiam utranque herbam seorsim describit.

Tormentilla non est Quinquefolium.

LOCVS.

Nascitur montosis, ut diximus, locis ac syluis.

TEMPVS.

Serò ac cum iam uites florent herba hæc apparere incipit.

TEMPERAMENTVM.

Recentiores iudicant hanc herbam in tertio ordine frigidam & siccam esse. Ceterum non esse frigidam, potissimum in tertio ordine, facultates eius abundè declarant. Gustus etiam adstrictionem illam tanta frigiditate prorsus carere palam ostendit. Quare cum easdem quas Quinquefolium facultates habeat, idem etiam temperamentum ob-



HEPTAPHYLLVM

Tormentill.

tineat necesse est. Erit itaq; radix desiccatoria ex tertio ordine, nullatenus tamē manifesta caliditate participans.

VIRES EX APVLEIO.

Heptaphyllo herba trita & cū oleo mixta pedes perunges, & tertio die dolorē tollit.
EX RECENTIORIBVS.

Facultatem obtinet glutinandi uulnera. Farina herbae uel radice ex succo Plantaginis propinatur in difficultate urinæ. Eadem resperfu uulnera ad cicatricem perducit. Cum albo oui subacta & figlino decocta, datur cholericis. Foliorū uis deplo-
ratis fistulis instillatur, neq; non oculis ad discutiendas nubeculas. Ad putrescentia oris ulcera herba & radix cōmanducata, & in ore retenta ualēt. Herpetas, strumas, duritias, tumores, aneurismataq; sanat. Et ut antea diximus, facultates ferē easdem quas Quinquefolium obtinet. Quapropter uenenis resistit, dysenterias, & omnes sanguinis eruptiones compescit.

DE ERUCA CAP. XCIX.

NOMINA.

EYZOMON Græcis, Eruca Latinis, officinæ latinum nomen retinuerūt, Germanis Weiß senff appellatur. Euzomos autem Græcis, quoniam *Euzomos unde dicta.* iura cōmendat, habeatq; in eisdem peculiarē gratiam dicta est. Erucam *Erucæ.* uerò ideo nominatam uolunt quod erodat: hæc enim ubi degustaueris, os & linguam satis acriter uellicat.

GENERA.

Duplex est Eruca. Vna hortenſis seu ſatiua, quæ Germanis *3am weiß senff* dicitur. Altera ſylueſtris, iſdem *wilder weiß senff* appellatur.

FORMA.

Sesquipedali thyſſo confurgit ſatiua, folio longo, anguſtoq; in profundas ſed rariores crenas laciniato, guſtu præter modum acri, floribus pallidioribus, ſemine in ſiliquis rapī, uel ſinapi, firmo, radice candida, Sylueſtris folio ſatiuæ ſimili, ſtrictiore tamen & minore, flore luteo.

LOCVS.

Satiua in hortis naſcitur. Sylueſtris Hiſpaniæ familiaris: propè tamen aquas pro-
uenit magna copia. Quæ autem apud nos creditur eſſe ſylueſtris Eruca, ea non eſt ſed Eryſimon, de qua quidem herba ſuo in loco abundè ſcripſimus.

TEMPVS.

Satitæ tota æſtate floret: ſylueſtris autem circa Calendas Iunij potiſſimum erum-
pit: alio enim tempore uix reperitur.

TEMPERAMENTVM.

Temperamentum Erucæ idem cum temperamento Eryſimi.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Cruda Eruca ſatiua largius comeſta uenerem ſtimulat. Idem poteſt ſemen eius, quod urinam cit, coctionē adiuuat, aluumq; bonum efficit. Vtuntur ſemine ad con-
dimenta. Quod ut plurimò tempore ſeruetur, aceto uel lacte maceratum, & in pa-
ſtillos digeſtū recondunt. Sylueſtris ſemine homines in Hiſpania ſinapis uice utun-
tur. Eſt autem ad ducendam urinam efficacior, & multo quàm ſatiua acrior.

EX GALENO.

Olus hoc perquā manifeſtè calefacit, adeò ut nō facile ſolum abſq; iunctis Lactu-
cæ folijs edatur. Quinetiam genitale ſemen augere creditur, & in uenerem ſtimu-
los addere. Caput magis dolore afficiet ſi ſolum edatur.

EX PAVLO.

Eruca temperamento Eryſimo ſimilis, flatulenta eſt, ob quod ad uenerem inſti-
gat. Semen eius urinam quoq; mouet. Cæterū ſylueſtris, domeſtica ualentior eſt.

EX PLL



• ERVCA
SATIVA.

Sam weiß senff.



ERVCA
SYLVESTRE.

Wild weiß senff.

C

EX PLINIO.

Eruca diuersa est quam Lactuca natura; concitatrix ueneris: idcirco iungitur illi ferè in cibis, ut nimio frigori par feruor immixtus temperamentū æquet. Eius semen scorpionum uenenis & muris aranei medetur. Bestiolas omnes innascentes corpori arcet. Vitia cutis in facie cum melle illitum. Lentigines ex aceto. Cicatrices nigras traducit ad candorem cum felle bubulo. Aiunt uerbera subituris potum ex uiuo, duritiā quandam contra sensum induere. In condiendis obsonijs tanta est suauitas, ut Græci euzomon appellauerint. Putant subtrita Eruca si foueant oculi, claritatē restitui. Tusim infantium sedari. Radix eius in aqua decocta, fracta ossa extrahit. Tria folia syluestris Erucae sinistra manu decerpta, & trita in aqua mulla, si bibantur, uenerem stimulant.

DE EUPATORIO ADULTERINO CAP. C.

NOMINA.



Officinarum
error.

Eupatoriū adul-
terinum.

VM herba hæc ueteribus Græcis & Latinis cognita fuerit, & quo nomine ab iisdem appellata sit, mihi nondum constare ingenuè fateor. Officinæ tamen ferè omnes pro Eupatorio uero, cum tamen non sit, haud sine magno errore utuntur. Hinc cum nomen aliud non esset quo illam appellaremus, Eupatorium adulterinū nominare placuit. Germanicè Kunigund frant/ hoc est, herba S. Kunigundi uocatur, & Wasserdoest/ ab Origani similitudine, & quod iuxta aquas proueniat. Alijs Hirsgentlee/ quod uulnerati cerui sibi hac medeantur herba.

FORMA.

Eupatoriū adul-
terinum non est
Hydropiper.

Caulem edit rotundum, purpureū, geniculatū, solidum & hirsutum, circa quem alæ panduntur, folia longa, Canabinis ferè similia, amaraq;. Flores in summo paruos coaceruatos, in candido purpurascens, tandē in pappos tenues abeuntes. Radicem multis fibris capillatā & inutilem. Errant haud dubiè qui herbam hanc Dioscoridis Hydropiper esse putant. Nam etsi ferè tota eius herbæ facies, floribus demptis, Hydropiperis deliniationi respondeat, tamen quia nulla prorsus piperis in folijs aut floribus acrimonia apparet, non est cur Hydropiper dici possit aut mereat.

LOCVS.

In fluminum ripis, alijsq; locis humidis nascitur: potissimum uerò iuxta resides aquas, aut tardo fluxu prorepentes.

TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Gustu uehementer amara est, ut calidam & siccam esse in secundo ordine, aut in medio tertij non sit dubium.

VIRE S.

Haud dubiè herba hæc abstergit, expurgatq;, & quæ in uenis est crassitiem incidit: quamobrem menses & urinas mouet, educendoq; ex thorace pulmoneq; puri auxiliatur, aliasq; facultates amari saporis, quas recenset Galenus lib. iij. de Simp. med. facul. cap. xvij. obtinet. Potest itaq; obstructions iecoris & lienis aliarumq; partium corporis soluere. Ex recentioribus sunt qui hanc Vulnerariā esse tradunt, neq; temerè; id ipsum enim posse, siccitas eius testatur. Suffitum præterea eius herbig, uenenatas fugare feras iisdem scribunt. Euidētissimū uerò est hanc etiam contra uenena esse admodum efficacem.

DE ERE-



EUPATORIUM
ADNIGRUM.

Rumigunt franc.

Z

NOMINA.

C



EREBINTHOS græcè, Cicer latinè, officinæ latinum nomen retinuerunt, germanicè zysserin nominatur.

GENERA.

Tria præcipua sunt Cicerum genera, album, rufum & nigrum. Nos ex ijs tribus nigri tantum picturam damus. Differunt potissimum in floribus: hoc enim ut cernis purpureos, album uerò candidos flores producit.

FORMA.

Cicer fatium caule est lignoso, obliquo, folijs exiguis, multis, circinatis, flore albo uel purpureo, siliquis rotundis, radice tenui & non admodum longa.

LOCVS.

Pullo crassoq; solo gaudet.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, atq; subinde in siliquis semen producit.

TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccum est primo in ordine.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Cicer fatiuū bonam facit aluum, urinam cit, inflationes parit, cutis colorem commendat, menses & foetus educit, lac auget. Cum Eruo decoctum illinitur ad inflammationes testium & myrmecias. Ad scabiem, achoras, impetigines, ulcera concrementia & maligna, cum hordeo & melle. Alterum genus arietinum nominatur. Vtruncq; cit urinas, dato cum Rosmarino contra regium morbum & cutem subeuntes aquas eorum decocto. Lēdunt autem uesicam exulceratā & renes. Contra myrmecias & acrochordonas iubent aliqui noua luna singula earum capita eminentiāsue singulis Ciceribus tangere, deligataq; in lintheolo semina illa post se abijcere, ut acrochordones decidunt.


EX GALENO.

Cicer legumen est flatuosum quod nutrire potest, aluo mouendæ habile, ciendæ uringidoneū, & semini generando aptum. Prolicit uerò & menses. Porrò quod uocatur arietinum, cæteris efficacius urinam prouocat. Decoctum eius calculos renum confringit. Reliquum autem Cicerum genus quod Orobicū uocat, eadem uim pollet, puta attrahendi, digerendi, incidendi, extergendi. Lienem & iecur, & renes expurgant, scabiesq; & impetigines extergunt, Parotidas & testes induratos discutiunt. Maligna etiam ulcera cum melle sanant.

EX SYMEONE ANTIOCHENO.

Cicera difficulter concoquunt & excrementa gignunt. Venerem stimulant, magisq; quàm fabæ nutriunt, obstructions tollunt, & menses educunt. Habent salis simul & dulcem qualitatem, & ob falsuginem uentrem mouent, propter dulcedinem autem urinam. Inflationes quoq; faciunt, & lac gignunt, extergendiq; facultatem obtinent. Nigra medicamentoſam uim habent: urinam enim uehementissimè mouent, & calculos renū & uesicæ frangunt. Nullum uero legumen sic ut Cicera, præcipuè autē nigra & parua, lapides frangere potest. Id uerò magis eius ius, quod tamen uesicæ morbis supra cætera legumina officit. Cicera uerò rubra calidiora & crassiorū sunt partium quàm alba. Omnia autem urinam ducunt. Madefacta nocte una in aqua & sumpta, lumbricos eijciunt, sed qui utitur sex ieiunet horas oportet. Imposita ut cataplasma parotidibus, molliunt & discutiunt tumorem. Farina horum aceto subacta, & scabiosis inuncta prodest. Ius eorundem ictericos iuuat, & urinam albam reddit. Oportet uerò ijs neque ante cibum, neque post uti, sed in medio.

DE ECHIO.



CICER
NIGRUM.

Schwarz Isbern.

NOMINA.

Buglossum syl-
uestre.

Echion quare
dictum.



ΕΧΙΟΝ, ἢ ἀλκυβιόδου Græcis, Echion & Alcibiacū Latinis dicitur. Offici-
nis ignotum. Vulgares herbarij syluestre Buglossum nominant, quos
sequentes Germani wild Ochsenzungen appellant. Echion autem di-
ctum uolunt, quod contra ferarum ictus sit utile. Alij quod florescit ca-
pitulis uiperæ similibus. Rectius Dioscorides, quod semina uiperino capiti similia
habeat.

FORMA.

Folia obtinet oblonga, aspera, tenuia, Anchusæ proxima, minora tamen & pin-
guia. Habet & aculeos exiles folijs adiacentes. Cauliculos tenues multos, & utrin-
que foliola tenuia, pennata, nigra, minora proportionem ad cacumen caulis, iuxta fo-
lia flores purpureos, in quibus semē est uiperino capiti simile. Radix digito exilior,
subnigra. Ex qua sanē deliniatione sole clarius sit, herbam cuius picturam hic exhi-
bemus esse Echion. Folia enim habet prælonga, hirsuta, tenuia, ad Anchusam acce-
dentia, minora tamē pinguior, tenuibus spinis horridula, cauliculos tenues, nume-
rosos, minuta & folia utroque latere dependentia, nigra; in summo caule minuscule,
inter quæ purpurei flores emicant, in quibus semina uiperarum capitulis similia in-
sident, à ceruice paulatim in rostellum extenuata, tumidiore superna parte, in qua
quædam prominulæ quasi sedes oculorū apparent, id quod ego hisce oculis non
semel, sed iterum atque iterum conspexi. Radix digito tenuior nigricat.

LOCVS.

Vbiq; ferè ad itinera, & in asperis locis nascitur.

TEMPVS.

Iunio mense floret.

D

TEMPERAMENTVM.

Calidum esse citra tamen insignem siccitatē inde cōijcitur, quod lactis procrea-
tricem facultatem obtinet. Medicamenta enim, Galeno libro quinto capite uigesi-
mo de Simpl. med. facul. teste, quia pituitosos humores calefacientia in sanguinem
uertunt, lac procreare solent.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Radix non solum ijs qui à serpentibus morfi sunt succurrit pota cum uino, ue-
rū etiam præsumentes eam ne feriantur facit. Idem præstant folia & semen. Se-
dat etiam dolores lumborum, & cum uino aut sorbitione sumpta lac proritat.

EX PAVLO.

Echion spinosa herba est, quæ non modo à serpente commorsis cum uino pota
auxiliatur, sed præsumentes quoque percuti non patitur.



ECHION

Wild ochsenzungen.



APIUM
PALVSTRE.

Wasser eppich.

NOMINA.



ΕΛΕΟΣΕΛΙΝΟΝ, ἢ ὑδροσέλινον Græcis, Apium palustre & rusticum Latinis, Germanis Wasser eppf/oder Eppich/oder bauren eppich nominatur. Sic dictum Græcis, quod in paludibus & aquosis locis proueniat.

FORMA.

Apio satiuo maius est, caule tenero, concauo, folio molli, raro nec hirsuto, simile Apio sapore, odore, floribus, semine & radice.

LOCVS.

Nascitur in paludibus & aquosis locis.

TEMPVS.

Iulio mense floribus & semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Idem quod Apium satiuum temperamentum obtinet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Eadem omnia quæ satiuum potest.

EX PLINIO.

Eleoselino uis priuata contra araneas.

DE ELLEBORO ALBO CAP CIIII

NOMINA.



ΑΛΕΒΟΡΟΣ λευκός Græcis, Elleborus candidus, & Veratrum album Latinis, officinis pariter Latinis Elleborus albus, Germanis weiß nieswurß appellat. Elleboron autem Græci dictum uolunt, quod cibum corporis eripiat, Album à radice uocarunt, quæ nigri respectu candida est.

FORMA.

Plantagini similia folia obtinet, aut Betæ syluestris, breuiora tamen, nigriora, & colore rubentia. Caulem palmi altitudine, cauum, quum siccari inceperit corticibus seu tunicis inuolutum. Radices illi subsunt numerosæ, tenues, ab exiguo & oblongo capite ceparum modo prodeuntes. Quod autem Dioscorides dicit colore rubere folia, id de costis eorum intelligendum erit.

LOCVS.

Nascitur in montanis locis frigidis & asperis.

TEMPVS.


Radices eius per messem legendæ sunt.

TEMPERAMENTVM.

In tertio ordine est excalefacientium & exiccantium.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Optimus habetur qui mediocriter extensus est & albus, fragilis, carnosus, non acuminatus, iuncea, aut quum frangitur puluerulentus, exilem interiorem medullam habens, gustu non admodum feruens, neque saluam confertim ciens. Huiusmodi autem strangulat. Purgat uomitionibus, uaria educens. Miscetur collyrijs, quæ claritati oculorum officientia purgare possunt. Menses ducit, & foetus in utero appositus enecat. Sternutamenta cit, & mures interficit, cum melle & polenta subactum. Carnes simul coctum minuit. Datur ieiunis per se & cum Sesamo, aut Prisanæ succo, aut Alicæ, aut mulla, aut pulte, aut lenticula, aut alia sorbitione. Pani conspinitur & torref. Apparatus & uictus ratio ab ijs tradita est, qui de ratione & modo dandi eius, dicato priuatim opere, scripserunt. Potissimum autem Philonidi Siculo ab Enna subscribimus. Longum enim esset ei qui de medica materia agit, curandi quoque rationem docere. Dant autem aliqui cum copiosa sorbitione, aut suc-



ELLEBORVS
ALBUS,

Weiß nieswurtz.

A comulto, aut modicum cibum dari præcipientes, statim Elleborum offerunt, præfertim ijs in quibus suspecta timendæue erit strangulatio, aut corporis imbecillitas imminet: tuto enim ea sic peragitur purgatio, quod non intempestiue medicamentum corporibus cibo munitis accedat. Sedi etiam balani ex Elleboro subditæ cum aceto, uomitiones eliciunt.

EX GALENO.

Elleborus extergentis simul & excalfacientis facultatis est. Quamobrem ad al-
phos, impetigines, scabies, leprasque accommodus est. Quinetiam si in fistulam callo
indurata infundatur duobus tribusue diebus, callum detrahit. Dentibus si cum
aceto colluantur prodest.

EX PLINIO.

Candidum ueratrū uomitione, causasque morborum extrahit: quondam terribile,
postea tam promiscuum, ut plerique studiorum gratia ad prouidenda acrius quæ com-
mentabant, sæpius sumptitauerint. Carneadem responsurum Zenonis libris: Dru-
sum quoque apud nos, tribunorum popularium clarissimum, cui ante omnis plebs ad-
stans plausit, optimates uero bellum Maricum imputauere, constat hoc medica-
mento liberatum comitali morbo in Anticyra insula. Ibi enim tutissimè sumitur, quo-
niam, ut diximus, Sesamoides admiscet. Italia ueratrū uocat. Farina eius per se
& mixta radicle qua lanas diximus lauari, sternutamentum facit, somnumque. Legun-
tur autem tenuissimæ radices breuesque ac ueluti decurtatæ etiam hæ. Nam summa
quæ est crassissima, cepis similis, canibus tantum datur purgationis causa. Antiqui
radicem corticemque carnosissimum eligebant, quò tenuior eximeretur medulla. Hanc
humidis spongijs opertam turgescerentemque, in longitudinem sindebant. Deinde fila in
umbra siccabant, ijs utentes. Nunc ramulos ipsos à radice sua grauissimi corticis, ita
B dantes. Optimum quod acre gustu, feruensque in frangendo puluerem emittit. Opti-
mum præterea quod celerrimè mouet sternutamenta, sed multo terribilius nigro,
præcipue si quis apparatus poturorum apud antiquos legat, contra horrores, strangu-
latus, intempestiuas somni uires, singultus infinitos, aut sternutamenta, stomachi
dissolutiones, tardiores uomitus aut longinquiores, exiguos aut nimios. Sed anti-
quorum uicium erat, quod propter hos metus parcius dabant, cum celerius erum-
pat, quo largius sumitur. Themison binas non amplius drachmas donauit. Sequen-
tes & quaternas dedere, claro Herophili præconio, qui Elleborum fortissimi du-
cis similitudini æquabat. Concitatis enim intus omnibus, ipsum in primis exire.
Præterea mirum inueniuntum est, quod incisum forficulis, cortex remanet. Hoc in-
cisa, medulla cadit. Hæc in nimia purgatione data, uomitiones sistit. Cauendum
est felici quoque cura, ne nubilo detur die, quippe impatientes cruciatus existunt.
Nam æstate potius quam hyeme dandum, non est in dubio. Corpus septem diebus
preparandum cibis acerbis, abstinentia uini, quarto & tertio die uomitionibus, pri-
die cœnæ abstinentia. Album è dulci datur, aptissimè uero in lacte aut pulvere. Nu-
per inuenere dissectis raphanis inserere Elleborum, rursusque comprimere rapha-
nos, ut transeat uis, atque eo lenimento dare. Reddi post quatuor ferè horas incipit.
Totum opus septenis peragitur horis. Medetur in morbis comitalibus, uertigini,
melancholicis, insanientibus, lymphaticis, elephantia albæ, lepris, tetano, tremulis,
podagricis, hydropicis, incipientibusque tympanicis, stomachicis, spasticis, clinicis,
ischiatricis, quartanis quæ aliter non desinant, tussi ueteri, inflammationibus, tor-
minibus redeuntibus. Vetant dari senibus & pueris. Item mollibus & sceminei cor-
poris animæque exilibus, aut teneris, & sceminis minus quam uiris. Item timidis, aut
si exulcerata sint præcordia, uel tumeant, minimeque sanguinem excreantibus, uel late-
re uel faucibus. Medetur extra corpus eruptionibus, pituitæ cum axungia illitum.
Item suppurationi ueteri. Mures polenta admixtum necat. Muscæ quoque necantur
albo trito, & cum lacte sparso. Eodem & phthiriasis emendatur.



ELLEBORVS NIGER ADVL
TERINVS HORTENSIS.

Christmurtz.



ELLEBORVS NIGER
DVLTERRINVS SYLVESTRIS

Reißkraut.

DE ELLEBORO NIGRO ADVLTE- RINO. CAP. CV.

NOMINA.

*Elleborus niger
adulterinus cur
dictus.*



HERBAM hanc cuius picturam damus non esse uerum Elleborum facile constabit, si eam ad descriptionē referas. Verum quum magna pars hodie medicorum pro Elleboro nigro, neq; tamen citra summam efficacitatem, utatur, adulterinum nigrum Elleborum appellare placuit. Germanis *Christwurz* dicitur, non alio sanè nomine quàm quod circa seruatoris nostri **CHRISTI** natalem diem flores, modo calido in loco sita sit herba, producat. Cæterum etsi genuinus Elleborus non sit, tamen non admodum ab illo abludit descriptio, nec uiribus multo inferior est, ut in alterius inopia huius usus citra errorem esse possit.

GENERA.

Duo eius esse genera deprehendimus. Vnum quod officinæ hodie Elleborum nigrum, Germani uerò *Christwurz*, ut diximus, nominant. Nos certioris discriminis causa, Elleborum nigrum adulterinum hortensem appellauimus, quod scilicet sua sponte, & nisi plantatum sit, in hortis non proueniat. Alterum quod syluestre sit, & sponte sua nascitur, Elleborum nigrum adulterinum syluestrem nuncupauimus, Germanis *Leüßtraut* dicitur.

FORMA.

Hortensis caulem, uel potius pediculum, habet oblongum & folijs nudum, nisi in summo, ubi folia oblonga, angusta, pluribusq; diuisuris incisa, atque adeò in ambitu serrata producit. Florem habet herbacei coloris. Radices tenues, nigras, ueluti à capitulo ceparum pendentes. Syluestris priori non admodum dissimilis est, nisi quia caulem obtinet crassiore, foliaq; minora. Florem etiam etsi herbaceum habeat, tamen è medio eius, folliculi, aut siliquæ duæ aut tres, in quibus semen est, exeunt.

LOCVS.

D Hortensis, ut dictum est, passim in hortis nunc prouenit: syluestris in montibus asperis, lapidosis ac sublimibus.

TEMPVS.

Hortensis hyeme, circa **CHRISTI** nimirum natalem, ut comprehensum est, floret. Syluestris autem uere & initio ætatis.

TEMPERAMENTVM.

Quum experientia testetur Elleborum nigrum adulterinum, potissimū hortensem, eandem quam genuinus habere facultatē, idem etiam obtineat temperamentum necesse est. Calidus itaq; & siccus in tertio ordine erit.

VIREs.

Purgat perinde atq; genuinus inferiorem uentrem, pituitam & flauam bilem ducens. Prodest comitiali morbo laborantibus, melancholicis, insanientibus, articulorum doloribus correptis, & resolutis. Menses in pello subditus trahit. Fœtus necat. Porro cum illis etiam insit extergendi uis, alphas, impetigines, scabiem, leprasq; curant. Erodentibus medicamentis cōmiscantur. Ideoq; syluestris non temere, quod pediculos interficiat, *Leüßtraut* à Germanis meis dicitur. Non uero pediculos tantum, uerum etiam oues & alia animantia comestus necat.



HELXINE

Tag und nacht.

a

C

NOMINA.



Helxine unde dicta.

Perdicion.

Vrceolaris.

Muralis.

Parietaria.

ΛΞΙΝΗ, ἡ ἀσπιδίου græcè, Helxine & Vrceolaris latinè nominatur. Officinæ uocant Parietariam, & dempta una litera Paritariā. Vulgus Muralium & Muralem. Germani Tag vnd nacht/S. Peterstrant/oder Glasstrant. Helxine autem ab aspero semine quod tenaci nexu uestibus adhæret, dicta est. Perdiciu uerò, quod ea perdices præcipuè uescantur. Vrceolaris autem, quod detergendis uitreis, urceolis uasisq; efficax sit. Muralis & Parietaria, quod muros ac parietes natales locos sibi fecerit.

FORMA.

Cauliculos habet tenues, subrubentes, folia Mercuriali similia, hirsuta, circa caules ueluti exigua semina, aspera, uestibus adhærentia. Hæc sanè pictura sic plantæ illi respondet, ut nulla prorsus sit nota quæ illi non adamussim conueniat. Est enim fruticosa, cubitalis, cauliculis tenuibus, leniter rubescentibus, folijs Mercurialis herbæ, hirsutis, floribus purpureis minutissimis, exili per ambitum eius semine, aspero, uestibus adhærente, radice subrubra, fibris capillata.

LOCVS.

Nascitur in sepibus, muris, macerijs, parietibus & uinetis. Nunc in hortis etiam plantata prouenit.

TEMPVS.

Iulio mense floret.

TEMPERAMENTVM.

Facultas Perdicio inest abstergendi & cōstringendi cum humiditate subfrigida.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Folia refrigerandi cōstringendiq; uim obtinent. Quare illita sacros ignes sanant, condylomata, adusta, incipientes panos, inflammationes omnes, & cedemata. Succus eius cerussæ mixtus, ignibus sacris & ijs quæ serpunt malis utiliter illinitur. Iungitur podagris cum cerato Cyprino, uel seuo hircino. Diuturnas tusses adiuuat, cyathi mensura absorptus. Contra inflammatas tonsillas gargarissatus & illitus prodest. Aurium quoq; dolores cum rosaceo infusus iuuat.

EX GALENO.

Vim habet abstergendi & paulatim cōstringendi ac refrigerandi. Quare phlegmonas omnes inter initia, & in augmento usq; ad statum sanat, maximè calidas. Quinetiam incipientib. phygethliis cataplasmatibus ritu illinitur. Succus quoq; eius ad dolores phlegmonosos mediocriter profuerit. Gargarizandū item nonnulli exhibent ad paristhmia. Aliqui etiam medicorum ijs qui diutina tussi uexantur, illam exhibuerunt. Certè euidentis extergendi experimentum præbet & in uasis uitreis.

EX AETIO.

Exterit alopecias & impetigines priuatim assiduè illita. Sedis hæmorrhoidas aperit, fistulis medetur, & sinus cohibet trita & cum modico sale apposita.

EX PLINIO.

Hæc inficit lanas, sanat ignes sacros, tumores, collectionesq; omnes & adusta. Panos succus eius cum psimmythio, & guttura incipientia turgescere. Item ueterem tussim cyathotha hausto. Et omnia in humido. Sicut tonsillas & uarices cum rosaceo. Imponitur & podagris cum caprino seuo ceraq; Cypria.

APPENDIX.

Monendi sunt hoc loco medici ut rectum Helxines usum discant. Nam hæc nus non rectè eam in frigidis uitijs pro fomento usurparunt, cum refrigerandi cōstringendiq; uim habeat. Cæterum cum abstergendi quoque illi facultas insit, potest etiam calculosis, & ijs qui difficultate urinæ laborant exhiberi, potissimum si aliquid

aliquid consimilem facultatem obtinens ei admisceatur. Sic Aëtius sedis hæmorrhoidas aperire tradit, si trita cum sale, cui etiam abstergendi uis inest, apponatur. Quare qui calculosis hanc herbam propinant, curent ut aliquid quod abstergendi facultatem habeat, commisceant.

DE ERYTHRODANO CAP. CVII.

NOMINA.



ΡΥΘΡΟΔΑΝΟΝ græcè, Rubia latinè uocatur. Officinæ Rubeam tinctorum appellant. Germanicè *Röte* nominat. A rubore radices, quolanae & coria tinguntur, factum illi utrunq; nomen est.

Rubia citr uo-
calda.

GENERA.

Dioscoridi & alijs duo Rubiæ sunt genera. Altera enim satiuæ est, altera uerò sponte prouenit, & syluestris existit: nec esse uidetur alia quàm quæ à nostris Stel-
laria uocatur.

Satiua.
Syluestris.

FORMA.

Caules satiuæ quadranguli, longi, asperi, similes Aparinæ, multo tamē maiores robustioresq; folia per interualla in singulis geniculis habentes, stellarū modo in orbem circūiacentia. Fructus rotundus, per initia uiridis, mox ruber, postea cum maturuit niger. Radix tenuis, longa, rubra. Syluestris itidem caules quadrangulos, ut diximus, emittit, folia per interualla in singulis geniculis stellarum instar in orbem circumiacentia, flores candidos, radicem tenuem, longam & rubram, adeò ut suo colore tingere etiam uideatur.

LOCVS.

B Nascitur in plerisq; nunc Germaniæ locis, agro potissimum Argentoracensi & Spirensi. Seritur autem propter emolumentū quod ex ea quæstuosissimū sentitur.

TEMPVS.

Aestate colligitur fructus, & subinde etiam effoditur radix.

TEMPERAMENTVM.

Calida est in secundo ordine, & sicca in tertio.

VIRES. EX DIOSCORIDE.


Radix urinam ciet, qua de causa regio morbo laborantibus cum aqua mulsā auxiliatur: item ischiadicis & resolutis. Vrinam multam & crassam ducit, nonnunquam etiam sanguinem. Bibentes quidem quotidie lauari oportet, & excrementorum quæ redduntur differentiam spectare. Aduersus uenenatorū morsus succum cum folijs bibere prodest. Semen ex oxymelite potum, lienem absumit. Apposita radix, fetus, menses, & secundas trahit. Albas uirilignes ex aceto illita sanat.

EX GALENO.

Rubia tinctorum radix acerbā & gustu amara est. Itaque quæcunq; agere diximus ubi eiusmodi coierint qualitates, ea omnia in hac radice luculenter conspicies: quippe quum & lienem & iecur expurget, & urinam crassā copiosāq; ac nonnunquam etiam sanguinolentā moueat. Quin & menses ciet, ac mediocriter quæ extersionem postulant, extergit: proinde uirilignes albas cum aceto illita iuuat. Sunt qui eam ischiadicis & resolutis in potu cum melicrato exhibeant.


EX PLINIO.

Erythrodanum, quam nos Rubiam uocamus, qua tinguntur lanæ, pellesq; perficiuntur, in medicina urinam ciet, morbum regium sanat ex aqua mulsā, & lichenas ex aceto illita: & ischiadicos & paralyticos, ita ut bibentes lauentur quotidie. Radix semenq; trahunt menses, aluū sistunt, & collectiones discutunt. Contra serpentes rami cum folijs imponunt. Folia & capillum tingunt. Inuenio apud quosdam morbum regium sanari hoc frutice, etiam si adalligatus spectetur tantum.



RUBIA
SATIVA.


Röte die sam.



RUBIA
SYLVESTRIS.
Röte die wild.

C

Semen cur di-
ctū Zea.
Ζείδιωτος
ἀνθρα.



NOMINA.

ΕΙΑ Græcis, Zea & Semen Latinis, uulgo & Italis Spelta dicitur. Semen autem Latini à præstantia frugis appellarunt. Hinc est quod Homerus etiā hanc celebrauerit dicens, Ζείδιωτος ἀνθρα. Quib. sanè uerbis innuit aruum Zeam largiens, non ut nonnulli arbitrantur quod uitam donet, Plinio autore.

GENVS.

Duo Zeæ Dioscorides facit genera. Vnum cuius grana in singulis tunicis seu glumis gemina, quod Græcis eā ob causam Δίκωκος cognominatur. Germanis hoc genus Spelz/oder Dinkelkorn uocatur. Alterum simplicis est grani, & germanice nominatur Einkorn/oder S. Peters Korn.

FORMA.

Primum genus. Primum genus culmo, geniculis & spica tritico simile est, duobusque utriculis iunctis duo grana simul fert. Alterum culmo & spica est breuioribus, grana singula in singulis tunicis duplici ordine seu uersu dispositis proferens, ac in summitate aristis suis planè hordeum refert.

LOCVS.

Lætum pingueq; solum desiderat.

TEMPVS.

Iunio mense floret, Iulio autem maturitatem consequitur.

TEMPERAMENTVM.

Zea media quodammodo est inter triticum & hordeū, quatenus ad calefaciendi & refrigerandi facultatem attinet, placide uero exiccat.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

D Zea magis nutrit quàm hordeum. Ori suauis est. Digesta in panificia minus quàm triticum alit.

EX GALENO.

Zea uniuersa sua facultate quodammodo in medio est tritici & hordei: itaq; ex illis cognoscatur.

EX PLINIO.

Zeæ farina efficacior hordeacea uidetur, trimestris mollior. Ex uino rubro ad scorpionum ictus tepida, & sanguinem excreantibus. Item arteriæ. Tussi cum caprino seuo aut butyro. Ex Fœnogræco mollissima omnium. Vlcera manantia sanat, & furfures corporis, stomachi dolores, pedes & mammas cum uino & nitro cocta.


EX SYMEONE SETHI.


Zea facultatem habet proximam tritico, Est uero facilis concoctionis, boniq; succi: ad hæc etiam emplastica existit.

ZEAE PRL
MVM GENVS.

Speltz.

a 4






ZEAE ALTE-
RUM GENVS.

Einkorn.

NOMINA.



HIEREPON Græcis, Senetio Latinis, officinis inusitata, Germanis **Gründkraut** dicitur. Græcis autem Erigeron quasi uernus senex nominatur, seu citò uel uere senescens, quod celeriter in pappum & lanuginem abeat. Itaque compositione nominis, tempus simul quo floret, & floris mox deflorescentis euentum, indicare uoluerunt Græci, ut quo tempore quærenda, & quibus notis inuenienda esset omnes scirent. Non igitur senectutis ratio aliqua in ea est, sed canescentes humani capilli modo post florem eius pappi, ut à senectute denominaretur, effecerunt. Eam etiam ob causam Romani Senetionem illam uocauerunt.

Erigeron cur dicta.

Senetio.

FORMA.

Herba est cauliculo cubitali, subrubro, folijs continuïs, in extremitatibus Erucae modo incisuris diuisis, sed minoribus multo: floribus luteis, celeriter scissis deflorescentibusue, & in pappos deflorescentibus: unde & Erigeron dicta est, quod uere scilicet capilli modo flores canescant. Radice inutili. Omnes hæ Dioscoridis notæ, herbæ quam Germani **Crengwurß** & **Gründkraut** nominant, respondereprehenduntur. Siquidem cauliculus est illi cubitalis, subruber, folia continua habens, per extremitates Erucae instar laciniola, minora tamen. Flores lutei, qui scissi statim in lanuginem abeunt. Errant toto cælo qui Senetionem Nasturtium esse garriunt.

Senetio non est Nasturtium.

LOCVS.

Nascitur passim in sepibus, & circum oppida.

TEMPVS.

Vere erumpit, quo etiam tempore, ut dictum est, canescit, & durat ferè tota æstate eius herbæ prouentus.

TEMPERAMENTVM.


Erigeron, Paulo Aegineta autore, mixtam temperaturam obtinet: refrigerat enim & modicè discutit.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folia cum floribus refrigerandi uim obtinent, quapropter cum exiguo uino, aut per se illita folia, testium sedisq; inflammationes sanant. Cum manna, tum reliquis uulneribus, tum neruorum quoque medentur. Idem præstant pappi per se ex aceto illiti, uerum recentes epoti strangulant. Totus autem caulis in aqua decoctus, & cum passo potus, stomachi dolores à bilii contractos per sanat.

EX PLINIO.

Lanugo eius cum croco & exiguo aquæ frigidaë tritaë illinitur epiphoris. Tosta cum mica salis strumis, Erigeron quoque cum farina thuris & uino dulci, testium inflammationes sanat.



SENETIO

Creutzwurzel.

NOMINA.



HΑΥΟΣΜΟΣ, ἡ μέντη græcè, Menta latinè diciť. Officing nomen latinum retinuerunt. Germanicè Műnng uocatur. Hedyosmon Græci, quod sua uem spiret odorem, nominauerunt. Menta autem dicta est, quod odore suo mentem exciter, aut quod grato, ut ait Plinius, odore mentis percurrat.

Hedyosmon una de dictum. Menta.

GENERA.

Mentæ in uniuersum duo sunt genera. Vna enim satiuæ & hortensis est: altera syluestris & fera. Satiuæ iterum quatuor præcipua sunt genera. Vna est quam Germani Deyment simpliciter, uel Trauß Deyment uocant. Altera, quam iidem Trauß Balsam. Tertia, quæ iisdem Balsamműnng appellatur, & vnser Frauwen műnng / oder spiz műnng: à nostræ ætatis herbarijs Romana uel Saracenica. Quartam Germani quidam Hergraut / nonnulli Balsamgraut uocant. Per me tamen licebit has species, quandoquidem facultatibus similes sint, ut cuius placue rit nominare. Nobis autem ut certius discernerentur prædictis nominibus appellare placuit. Syluestris, quæ Latinis Mentastrum uocatur, & uulgo equina Menta, germanicè Rosműnng / wilder Balsam / oder wild műnng dicitur. Non ignoramus plures esse Mentæ species, nos tamen eas duntaxat quas uidimus, pictas exhibemus.

Satiuæ genera.

FORMA.

Satiua prima caulē habet quadrangulum, à radice lentè punīcantem, & lanugine pubescentem, folium ferè rotundum, serratum, molle & odoratum, flosculos purpureos internodia geniculatim coronantes, uerticillato semper ambitu. Altera priorī per omnia similis est, nisi quod illi subpurpureus flos circa cauliculorum fastigia spicatur. Tertia folio longiore & acutiore constat, flosculis purpureis coliculorum cacuminib. spicatim insidentibus. Quarta itidem longioribus folijs est, floribusq; purpureis internodia geniculatim, haud secus quàm in prima, caules coronantibus. Mentastrum uerò folijs lanugine canescentibus, atque hirsutioribus, Silymbrio procerius, odore magis uiroso, flosculis spicatim coliculorum fastigia coronantibus.

Prima.

Secunda.

LOCVS.

Satiuæ passim in hortis proueniunt. Amant apricum locum, nō pinguem, non ftercoratum, humidis facilius adoleſcunt. Syluestris autem, quæ Mentastrum alio nomine appellat, uliginosis gaudet locis, passimq; irrigua hoc Mentaſtro pubent.

TEMPVS.

Florent omnes mense Augusto.

TEMPERAMENTVM.

Vtraq; tam hortensis scilicet quàm syluestris, gustu acris, & facultate calida est, ex tertio ordine excalefacientium. Infirmior tamen est hortensis, minusq; calefacit. Exiccat autem in secundo ordine: illi enim ex cultura aliquid humiditatis accedit.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.


Calefaciendi, adstringendi atque exiccandi uim habet Menta hortensis. Proinde sanguinem sistit succus eius cum aceto potus. Lumbricos rotundos enecat. Venerè concitat. Singultus, uomitiones, cholera m̄q; sedant duo aut terni firculi cum acidi granati succo poti. Cum polenta illita abscessus discutit. Imposita fronti, capitis dolores mitigat. Mammæ quæ tendunt, aut lacte turgent, compescit. Cum sale canum morſibus illinitur, Aurium doloribus eius succus cum aqua mulsâ subuenit. Mulieribus ante coitum admota, conceptioni resistit. Linguae scabritiem conficata leuigat. Lac coire densariq; in caseum non sinit, immersis in eo folijs. In summa, stomacho utilis est, & in condimentis peculiarem usum habet, Syluestris in sanitate deterioris usus est quàm satiuæ.

EX GA-



MENTA

Krauß deyment.



MENTA HORTENSIS
SECVNDA.


Krauß balsam.

b



MENTA
HORTENSIS TERTIA

Unser frauen münz.



MENTA
HORTENSIS QVARTA

Gertzkrant.

MENTASTRUM

Rosmüntz.



EX GALENO.

A Menta satiuā ad uenerem mediocriter excitat, id quod omnibus inest quæ humiditate semicocta & flatuosa participant. Deniq; in abscessibus aliqui eam cum polenta imponunt. Habet etiam quiddam amarum in se & acerbum: illo quidem lumbricos interficit, acerbitate uero si cum oxycrato bibatur, recentes sanguinis excretaiones reprimat. Substantia est, ut si qua alia herba, tenuium partium. Aëtius addit, potum eius decoctum tribus seriatim diebus, colicos omnino sanare.

EX PLINIO.

Mentæ hortensis odor animū excitat, & sapor auiditatem in cibis; ideo in mamarum mixtura familiares ipsæ accessere, ut coire densariq; lac nō patiantur. Quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu strangulentur. Data in aqua & mulso, eadem uī resistere & generationi creditur, cohibendo genitalia densari. Aequè maribus & foeminis sanguinem sistit, & purgationes foeminarum inhihet. Cum amylo ex aqua pota, coeliacorum impetus, Syriation & uomicas uuluae curauit. Ille & iecinorum uitia ternis obolis ex mulso datis. Item sanguinem excreantibus in sorbitionem. Vlcerā in capite infantū mirè sanat. Arterias humidās siccāt, siccās adstringit, pituitas corruptas purgat in mulso & aqua, Voci succus sub certa mīne utilis duntaxat, qui & gargarisatur uua tumēte, adiecta ruta & coriandro ex lacte. Vtilis & contra tonsillas cum alumine, linguae asperae cum melle. Ad cōuulsa intus per se, uitijsq; pulmonis. Singultus & uomitus sistit cum succo granati, ut Democritus monstrat. Recentis succus narium uitia * spiritu subducto emendat. ** Aliis spiritus subductos.* Ipsa trita choleras in aceto quidem pota. Sanguinis fluxiones intus. Ileum etiam inposita cum polenta, & si mammae tendantur, Illinitur & temporibus in capitis dolore. Sumitur & contra scolopendras, & scorpiones marinos, & ad serpentes.

B Epiphoris illinitur, & omnibus in capite eruptionibus, item sedis uitijis. Impetigines quoq; uel si teneat tantum, prohibet. Auribus cum mulso instillatur. Aiunt & leni mederi eam in horto gustatam, ita ne uellatur. Aridae quoq; farinam tribus digitis apprehensam, & stomachi dolorem sedare in aqua, & similiter aspersa in potionem, uentris animalia pellere.

APPENDIX.


Animaduertendum, ea quæ Plinius Mentastro tribuit, Calaminthæ deberi, ut satis liquet Dioscoridem legenti. Neq; sanè mirum, quandoquidem autores societate quæ est inter Mentam, Mentastrum & Nepetam decepti, tum species, tum nomina confundunt.

APPENDIX ALTERA.

Cæterum appendicis etiam uice hic annotandum erit, Aristotelem sectione xx. proble. secundo, cum asserit Mentam refrigerare posse corpora, non pugnare cum Galeno alijsq; medicis qui illam esse calidā affirmant. Per se nancq; calida est Menta: at quia esalibidinem proritat, & hæc cum immodica fuerit corporis uires deijcit, atq; adeò animum & corpus refrigerat, ideo eam ex accidente, quia uidelicet ut in uenerem immodice ruamus efficit, refrigerare dixit Aristoteles.

EX SYMEONE SETHI.

Iuuat iecur frigidum, & uentrem corroborat ac stomachum, coctionem facit, uomitum sedat & singultum. Prodest etiam ad cordis morsus, & appétitionem suscitāt. Flatus discutit, & lumbricos interimit, potissimum syluestris Mentæius. Venerem stimulat, & iecinoris obstructions tollit. Verum hoc uesci ad satietatem non oportet, quoniam sanguinem extenuat, & serosum facit, & ipsum in flauam bilem mutat: dein efficit ut sanguis qui maxime est tenuium partiū discutiatur, & crassius ac melancholicus relinquatur, atq; idcirco oportet biliosos ab ea abstinere. Cōtrita cum sale, & morsui rabiosi canis inposita, medicamentum fit salubre. Arida uero



HEMIONITIS

Hirsungen.

A trita, & post cibum sumpta, ad cōcoctionem facit, & lienosos iuuat. Cum uino pota difficulter parienti succurrit. Ferunt etiam quod mansa lippienti imposita, fiat remedium: quodq̃ eius decoctum absorptum, confestim sanguinem ē faucib. eijscentes sanet. Huius semen uentrem purgat, & pulmonem lædit.

DE HEMIONITIDE CAP. CXI

NOMINA.



HEMIONITIS, *ἡμίωνις* Græcis, Hemionitis Latinis, Plinio Teucrion, officinis & herbarijs Scolopendria & lingua ceruina, Germanis *Hirszung* nominatur. Alia tamen est à Dioscoridis Scolopendrio, quæ Asplenon alio nomine dicitur.

Scolopendria est officinarum.

FORMA.

Folium Dracunculo simile profert, lunatum. Radices uero illi multæ subsunt, tenues. Neq̃ caulem, neq̃ semen, neq̃ florē fert. Ex qua descriptione satis liquet, eam herbam quā uulgus Scolopendriā uocat, esse Hemionitin, quod tota illi Dioscoridis pictura, nulla reclamante nota, conueniat. Sunt enim illi folia Dracunculi seu Ari, instar lung corniculantis falcata. Etsi enim interdum in altū surgant, tamen inter initia potissimum incurua, & lunæ crescentis modo falcata sunt. Radicibus etiam cohæret multis exilibus, nunquam florescens, nec caulem, nec semen proferens. Non esse autem Phyllitim in primis folia docent, quæ in ea sunt recta, & minime sicut in Lingua ceruina lunata. Dein in tergo ueluti uermiculi, qui in Phyllitide pensiles, in Lingua ceruina autem sessiles & nequaquā propendentes, sed liratim digesti sunt. Tertio natales ipsi: Phyllitis enim in umbrosis opacisue, & hortis nascitur, Scolopendria uero seu Hemionitis in petrosis. Quarto, quod me omniū maxime mouet, Phyllitidi nulla prorsus lienem liquandi facultas inest, quam tamen Scolopendriæ uulgari adesse præter cōmunem consensum, quotidiana etiam experimenta demonstrant. His itaq̃ de causis Phyllitis, Scolopendria uulgaris esse aut dici non debet. Dato enim quod descriptio per omnia conueniret, facultates tamen ipsæ, quæ diuersæ sunt, aliam à Scolopendria esse manifeste docerent.

Scolopendria est Hemionitis.

Scolopendria nō est Phyllitis.

LOCVS.

Nascitur locis umbrosis, montosis ac petrosis, copiosissime autē iuxta montem haud procul à Tubinga situm, quem Germanico uocabulo *Sarnberg* nominant, prouenire solet. Nunc passim in hortis habetur.

TEMPVS.

Æstate usq̃ ad autumnum abunde nascitur.

TEMPERAMENTVM.

Adstringens simul & parum amara est, unde credibile est in primo ordine esse calidam, & in secundo siccam.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Herba gustu adstringit. Hæc autem cum aceto pota lienem liquat.

EX GALENO.

Hemionitis simul & adstrictionē & amaritudinem possidet: quamobrem cum aceto pota, lienosis auxilio est.

EX PLINIO.

Medetur lienibus. Constatq̃ sic inuentum: cum exta super eam proiecta essent, fertur adhæsisse lienī, eumq̃ exinanisse. Ob id à quibusdam Splenion uocat. Narrant sues qui radicem eius edunt, sine splene inueniri.

Splenion unde dictum.



ERYNGIUM.

Manfrew.

NOMINA.

A **P**YRRION Græcis, Eryngiū Latinis, officinis corrupto uocabulo Irin- *Irīgus.*
 gus uocatur. Pleriq; etiā Centumcapita nominant, à numero nimirum *Centumcapita.*
 capitum quæ in summo obtinet. Plinij tamen Centumcapita, ab Eryn-
 gio est diuersa, ut etiā Serapionis. Si quis enim diligenter eius descriptio- *Serapionis Cen-*
 nem excutiat, eam planè esse deprehendet, quæ Dioscoridi Aster Atticus & Ingui- *tumcapita est*
 nalis appellatur. Vtriusq; enim picturæ sic sibi respondent, ut planè una esse herba *Aster.*
 uideat. Germanis Eryngiū nominatur *Wanstrew/Brachendistel/& Raddistel.*

FORMA.

In genere aculeatarum stirpiū est Eryngium, cuius folia initio sale condita ole-
 rum modo comeduntur. Sunt aut̃ lata, & in ambitu aspera, gustu odorata. Quum
 uero adoleſcunt, in multis caulium eminentijs spinis aculeant; in quorum summi-
 tatibus globosa capita, durarū acutissimarumq; spinarum ambitu stellæ instar cir-
 cumuallantur, quorum color modo uiridis aut candidus, interdum cæruleus inue-
 nitur. Radix illi oblonga, lata, foris nigra, intus alba, pollicis crassitudine, & odora-
 ta. E qua nimirum delineatione omnibus perspicuū sit, spinam cuius picturā nunc
 exhibemus, esse Eryngium: aculeatis enim folijs & per extrema spinosis conspici-
 tur, odoratis, caule cubitali, in cuius uertice coacta in globum capitula, durorum
 & acutissimorum spiculorum uallo, stellæ instar radiantur, quorum color in puber-
 tate uiridis, adultæ cœruleus, flaccescenti candidus conspicitur; radice pollicari, in-
 tus candida, foris nigra, sed odorata.

LOCVS.

Nascitur in campestribus & asperis locis. Prope Argentoratum eius magna est
 copia.

TEMPVS.

B Colligi hanc quidam, ut Plinius tradit, cum sol Cancrī hospitium tenet, hoc est,
 sub solstitio, iussere.

TEMPERAMENTVM.

Eryngium caliditate aut parum aut nihil ea quæ moderata & temperata sunt su-
 perat. Siccitatem uero in tenui essentia consistentem non exiguam obtinet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Vim habet calefactoriam radix. Pota menses & urinas pellit. Tormina & infla-
 tiones discutit. Cum uino iecinorosis, uenenatorum morſibus, & ijs qui letiferum
 hauserunt succurrit. Bibitur aduersus plurima cum Staphylini semine pondere
 drachmæ unius. Appensa & illita tubercula discutere proditur. Radix cum hydro-
 melite pota, opisthotonicis & comitialibus medetur.

EX AETIO.


Potum radice decoctum colicis medetur. Mulso addito calculos, stillicidia, diffi-
 cultates urinæ, & renum uitia sanat: quod per quindecim iugiter dies, & ieiunos,
 & in lectum ituros bibere oportet. Quod si cum eo Sium quoq; decoxeris, magis
 proficies. Affirmabat quidam assiduo Eryngij usu, nunq; postea minxisse calculos,
 cum prius eo morbo frequentissime uexaretur.

EX PLINIO.

Clara in primis aculeatarum Eryngion est, contra serpentes & uenenata omnia
 nascens. Aduersus ictus morsusq; radix eius bibitur drachmæ pondere in uino: aut
 si plerunq; tales iniurias comitatur febris, ex aqua. Illinitur plagis, peculiariter effi-
 cax contra chersydras acranas. Omnibus uero contra toxica & aconita efficio-
 rem Heraclides medicus, in iure anseris decoctam, arbitratur. Apollodorus ad-
 uersus toxica cum rana decoquit, cæteri in aqua.

C

NOMINA.

Lactuca unde dicta.

PIAÆ Græcè, Lactuca Latine: officinæ latinum nomēn rētinuerunt: Germanicè *Lattich*/oder *Lactuct* nominat. Dicta autem Lactuca est, quod copia lactis, quod credebatur leniter mouere uentrem, exuberet: unde apud ueteres in primis epulis ueniebat, quod Martialis etiam ijs testatur uerbis:

Prima tibi dabitur uentri Lactuca mouendo Vtilis.

GENERA.

Lactuca primum in satiuam & syluestrem deducitur. Satiuæ tria sunt genera, crispa nimirum, rotunda, & capitata. Nos una icone duo complexi sumus genera. *Crispa Lactuca.* Folium enim quod statim à radice erumpit, eam Lactucam refert quæ Latinis crispa, à folijs crispissimis, Germanis *trauser Lattich*/appellatur. Columella lib. xi. cap. iij. Cecilianam & Beticam à regionibus in quibus crescit, nominat. Reliqua folia eam quæ Rotunda à folijs rotundis uocatur, præferunt. Germanicè *breiter Lattich* nominatur. Tertij generis Lactuca, quæ Capitata dicitur, à folijs suis, quæ ubi parum à terra attolluntur, mālī cuiusdam speciem rotundam obtinent, & instar Brassicæ capitatæ, in capitis ferè formam extuberant. Germanis grosser *Lattich*/ uel *weisser Lattich* à semine candido nominat. Syluestris Lactuca satiuę opponitur, sponte enim sua in aruis nascitur. Germanis *wilder Lattich* nuncupatur.

FORMA.

Satiua prima, cuius imaginem hic damus, folia Intybo satiuo haud dissimilia habet, in rectumq; surgit, caulibus in summo brachiatum, in quorum cacumine flores sunt lutei. Altera folijs, quæ crispa admodum sunt, duntaxat à priori uariat, aliàs per omnia similis. Sic etiam capitata non nisi folijs suis, idq; dum paululum creuerunt, à priorib. differt. Ideoq; duab. picturis, quæ omnes referunt, contenti fuimus. *Lactuca syluestris.* Syluestris similis est satiuæ Lactucæ, radice tamen breuior, proceriore caule, candidioribus folijs, gracilioribusq; asperioribus, & gustu amaris, quæ, ut addidit Theophrastus, ubi cōsummata sunt aculeantur. Ex qua deliniatione abunde constat, Lactucam syluestrem esse eam herbam, quæ passim nunc ab officinis & herbarijs, nō sine magno errore, Endiuia dicitur. Ea enim in aruis & uinearum limitibus sponte nascitur, folio Lactucæ, & cum adoleuit per oras aculeato, & laciniatim serrato, caulib. bicubitali proceritate confurgentibus, spinulis inhorrescentibus, quibus succus inest lacteus, amarusq; flore ut Lactuca satiuæ luteo. Desinant itaq; deinceps ea herba pro Endiuia uti medici, si modo recte consultum ægris cupiunt.

LOCVS.

Satiua in hortis prouenit. Syluestris in aruis & uinearum hortorumq; macerijs sua sponte nascitur.

TEMPVS.

Florent Iulio mense, atq; subinde semen proferunt.

TEMPERAMENTVM.

Lactuca satiuæ humidum est frigidumq; olus, non tamen extremè: siquidē edendo non foret: uerum maxime secundum aquæ, ut sic dicam, fontanæ frigiditatem. Symeon Sethi frigidam & humidam in tertio ordine statuit. Syluestris autem minus refrigerat & humectat.


VIRES. EX DIOSCORIDE.

Satiua Lactuca stomacho accommodata est, refrigerat, somnū conciliat, aluum mollit, lactis abundantiam facit. Elixā magis alit. Illota autem comesta stomachicis prodest. Semen eius potum uenerem assidue somniantibus opitulatur, & concubitum arcet. Ipsæ tamen frequentiores in cibo, claritati oculorum officiunt. Condiuntur muria. Quum in caulem prodierunt, uim quandam nanciscuntur succo aut



LACTUCA SATIVA CRI-
SPA ET ROTUNDA.

Krauser vnd breiter lattich



LACTUCA
CAPITATA.

Grosser lattich.



LACTUCA
SYLVESTRIS

Wild lattich.

c aut lacti syluestris Lactuce similem. Syluestris uirib, in totum Papaueri similis est, unde aliqui eius succum Meconio permiscuerunt. Aquosa per aluum purgat potus in posca liquor obolorum duorum pondere. Exterit argema & caliginē. Cum lacte muliebri inuncta ad ambusta prodest. In uniuersum soporifera est, & dolorem leuat. Menfes trahit. Contra scorpionum ictus, & phalangiorum morsus bibit. Semen haud secus quam satiuę libidinum imaginationes in somno, ac uenere rem arcet. Succus ad eadem ualet, sed uiribus infirmior. Reponitur succus eius in fictili uase, antea, ut in alijs liquaminibus moris est, insolatus.

EX GALENO.

Lactuca ad calidas phlegmonas accommodata est, & ad parua & leuia erysipelata, maioribus tamen satisfacere minime idonea est. Est etiam edulium sitim arcens. Semen potum geniturę profluuium cohibet; quamobrem etiam ijs qui libidinosi somnijs uexantur, datur. Sic & syluestris Lactucę semen. Cuius quoq; succus colligitur, argema & caliginem expurgans. Ad adustiones cum lacte mulierum inungitur. Omnibus alijs oleribus paucissimum sanguinem & uitiosum generantibus, ex sola Lactuca non multus quidem, nec uitiosus, haud tamen omni ex parte laudabilis gignitur. Vt plurimum cruda ipsa uescuntur. Æstate autem cum in semen iam proruptura est, in aqua dulci præcoquentes, cū oleo, garo & aceto assumunt, aut cum aliquo ex condimentis, obsonijsue, præsertim ijs quę caseo constant. Pleriq; etiam antequam excaulescat, in aqua elixa utunt: uti ego iam facio, ex quo dentes mihi deteriores esse cœperunt. Nam amicus quidam meus, quum olere hoc à longo tempore me ut familiari cibo usum fuisse sciret, uideretq; post mandia me citra magnam molestiam non posse, cocturę rationem indicauit. In iuuentute enim, quoniam assiduo os uentriculi bile efferuescebat, æstus moderandi gratia Lactucis utebar. Quum autem ad prouectā ætatem peruenissem, olus hoc contra quàm in iuuentute, somnum iam studio & industria accersenti mihi, auxilio fuit: quippe qui etiamnum iuuenis uigilijs dedita opera me assuefeceram, dedicante iam ætate, ipsa ex se insomni, grauius hoc incommodo molestabar. Aduersus quod unicum mihi præsentissimum remedium Lactuca uespere cōmanducata semper fuit. Frigidum ergo humidumq; succum profert, haudquaquam tamen uitiosum. Itaq; sicut alia olera à iusta concoctione non excidit, neq; aluum cohibet, uti neq; impellit. Atq; hæc illi non immerito accidunt, quum nec austera, nec acerbata sit, quibus facultatibus in uniuersum aluus sistitur, quemadmodum à salis, acris, & omnino abstergendi uim habentibus ad excretionem concitat, quorum nihil Lactuce inest.

EX PLINIO.

Est quidem natura omnibus refrigeratrix, & ideo estate gratæ à stomacho fastidium auferunt, cibiq; appetentiam faciunt. Diuus certe Augustus Lactuca conseruatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ medici, cum priores eam ob religionē minime cōmanducarent, in tantum recepta commendatione, ut seruari etiam in alienos menses eas oxymelite repertum sit. Venerem inhibent, estum refrigerant, somnumq; faciunt. Cruditatem ipsæ nequaquam faciunt, nec ulla res maiorem in cibis auiditatem incitat inhibetq;. Ambustis profunt recentibus, priusquam pustulæ fiant, cum sale illitæ. Vlcerata etiam quę serpunt, coërcent initio cum aphronitro, mox in uino tritæ. Igni sacro illinuntur. Conuulsa & luxata caulibus, tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Eruptiones papularum ex uino & polenta. In cholera quoq; coctas patellis dederunt, ad quod utilissimæ quammaximi caulibus & amaræ. Quidam lacte infundunt. Deferuefacti iij caules & stomacho utilissimi traduntur, sicut somno, & satiuæ maxime Lactuca, & amara lactensq;, quam Miconidem uocauimus. Hoc lac & oculorum claritati cum muliebri lacte utilissimum esse præcipitur, dum tempestiuè capiti inunguntur. Semen satiuarū contra scorpiones dari, Se-

A ri. Semine trito ex uino potō & libidinum imaginationes in somno compesci. Tentantes aquas non nocere Lactucam edentibus. Quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

DE THYMBRA

CAP. CXIII

NOMINA.

THYMBRA Græcis, Thymbra, Cunilaq; Latinis, Runc Germanis appellat.

GENERA.

Thymbra seu Cunila duæ sunt species. Vna hortensis seu satia, *Hortensis.* quæ quia minori est acrimonia, in cōdimentario genere edulij cōcoquitur: hinc à saturando Satureia dici coepit. Alij tamen à Satyris nomē traxisse putāt, *Satureia unde dicta.*

quod scilicet marcescentes coitus stimulet. Germanicè Saturon/Hünerfûl/ Jose plen/ Zwibel oder Gartenhyssop/ oder Sergeantraut nominatur. Altera agrestis *Syluestris.* siue rustica Cunila est, quæ peculiariter Thymbra nuncupatur.

FORMA.

Thymbra similis est Thymo, sed minor atq; tenerior, ferens spicam floribus plenam, coloris uiridis. Satureia pedali altitudine surgit, fruticosa, furculosis utrinq; *Satureia.* cauliculis, folio Hyssopi, flosculis per interualla ex purpura candicantibus, odore saporeq; gratissimo.

LOCVS.

Thymbra in tenui solo, & asperis locis nascitur. Satureia in hortis feritur passim.

TEMPVS.

Æstate utraq; Cunila floret.

TEMPERAMENTVM.

B Thymbra calida & sicca in tertio ordine.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Thymbra eadem quæ Thymus præstat si consimiliter sumatur. Vtilis etiam in sanitate eius usus. Est etiam satia Thymbra, in cunctis syluestri minor; ad cibum uero utilior, propterea quod non adeo efficax illi sit acrimonia.

EX PAULO.

Thymbra syluestris eadem quæ Thymus præstat. Hortensis autem omnibus quidem imbecillior, sed ad cibum laudatior.

EX PLINIO.

Nusquam utrunq; Thymbra genus additur, quippe similis effectus.

EX HERBARIO ANTIQVO.

Farina eius ex uino pota, medetur pulmonis, thoracis, & uesicæ uitij. Ciet urinas, menses pellit. Herba ipsa cum floribus Lethargicos excitat calfactu, aut corone modo capiti imposita. Succus cum rosaceo auribus infunditur. Cum triticea farina coxendicibus illinitur. Satureiæ usus marcescentes coitus stimulat, quare à Satyris traxisse nomen putant. Stomachi concoctiones adiuuat, fastidia discutit, hebetes oculos exacuit.



NOMINA.



ΛΑΣΠΙ, ἡ θλασπίδιον, ἡ σίνιπι ἀγριοι Græcis dicitur: Thlaspi, Capsella, & Scandulaceum Latinis. Sunt huius temporis herbarij qui Nasturtium tectorum, & Sinapi rusticum, quod digitis friatum sinapim suboleat, appellant. Alij Bursam pastoris uocant, non sanè quod sit reuera eius herbæ species, sed quod ad formam illius quamproximè accedat. Sic antiquo herbario Bursam pastoris appellare Thlaspin placuit. Thlaspi autem Græcis à fructus forma dictum est, qui Nasturtio similis est, sed latior, & uelut infractus & contusus, ὁλεῖται enim iisdem contundi est & infringi, infringendoq; quod globosum tumidumue erat malleo, lapide, pedèue cum dilatazione exaquare.

Nasturtium tectorum.
Sinapi rusticum.
Bursa pastoris.

Thlaspi unde dictum.

GENERA.

Duo Thlaspis genera damus. Vnum latioribus folijs, quod ad Dioscoridis descriptione proximè accedit. Hoc germanicè *Baurnsenf/oder* & *Reß* nominatur. Alterum folijs angustioribus constat, & germanicè *Besemtraut*/quod scoparum uices suppleat uocatur. Quare si quispiam hæc duo genera ab inuicem distinguere certis appellationibus uoluerit, primum Thlaspi maius aut latifolium, alterum uero minus aut angustifolium appellet. Dioscorides etiam duo Thlaspios genera facit, unum latifolium, alterum angustifolium.

FORMA.

Herbula est angustis folijs ad digiti longitudinem, in terram uersis, in extremitatibus incisis, subpinguibus. Caulem tenuem, duorum dodrantum emittit, adnascens sibi paucos ramulos habentē, & per totum eius ambitū fructus est in summo modicè latus, in quo semen exiguum Nasturtio simile, disci figura, uelut conquassatum, unde & nomen inuenit. Florem obtinet album, semenq; acre. Ex ea sanè descriptione satis cōstat, herbam hanc quam pictam damus esse Thlaspin, angusta enim folia habet, potissimū suprema eius parte, digitali longitudine, in terram se conuertentia, per extrema leniter incisa, caulem duum dodrantum, agnatis in eo paucis calycibus, breui pediculo nitentibus, quadam ligularum uel cochleariorum effigie, in quibus semen continetur Nasturtio simile, sed latius & uelut conquassatum, quod acerrimi esse gustus deprehenditur, ita ut mansum Sinapis modo os & linguam uellicer.

LOCVS.

In fossis, semitis, & sepibus prouenit.

TEMPVS.

Maior & Iunior mensibus floribus & semine prægnans inuenitur.

TEMPERAMENTVM.


Semen calfacit & exiccat in quarto ordine.

VIREŚ. EX DIOSCORIDE.

Calefacit, bilem per superna & inferna purgat acetabuli mensura potum. Ischia dicis in clystere infunditur. Potum sanguinem ducit, & interiores abscessus rumpit, menses cit, & foetus necat.

EX PAVLO.

Semen Thlaspis facultatē habet acrem, adeo ut internos abscessus potum disrumpat. Menses cit, & foetus enecat. Per sedem infusum sanguinolenta euacuans ischia dibus prodest. Potest enim alioqui tum superne, tum inferne biliosos uacuare humores acetabuli mensurā epotum. Infunditur & contra coxendici dolores. Quintiam potum sanguinem trahit, & internos abscessus rumpit.




THLASPI
LATIFOLIUM.

Baurnsenff.

THLASPI
ANGUSTIFOLIUM

Besemkraut.

c 4



C

EX GALENO.

Thlaspi semen facultate acre est, adeò ut internos abscessus potù rumpat. Men-
ses mouet, & foetus necat. Per sedem infusum sanguinolenta euacuans ischiadibus
prodest. Est enim alioqui tum inferne, tum superne biliosorum humorum euacua-
torium, acetabuli mensura potum.

EX PLINIO.

Semen asperi gustus, bilem & pituitam utrinq; extrahit. Modus sumendi aceta-
buli mensura. Prodest & ischiadicis infusum, donec sanguinem extrahat. Menfes
quoq; cit, sed partus necat.

DE THERMIS CAP. CXV.

NOMINA.



ΕΡΜΟΣ *ἑρμος* Græcis, Lupinus satiuus Latinis: officinæ latinum no-
men retinuerunt: Germanis Feigbon appellatur.

FORMA.

Vnicum caulem obtinet Lupinus, folium quinquefariam aut septi-
fariam dissectum, florem candidum, siliquas in quibus quina senaue intus grana,
dura, lata, rufa q; continentur. Radicem luteam capillamentis fibratam.

LOCVS.

Exilem amat terram, arenosam & rubricam præcipue. Limoso agro non exit,
culturamq; reformidat.

TEMPVS.

D Ter floret, primum Maio, deinde Iunio, & tertio Iulio mense. Post unumquem-
que florem siliquas producit.

TEMPERAMENTVM.

Immensa amaritudo euidenter calidum & siccum esse monstrat.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Farina eius cum melle linctâ lumbricos pellit. Ipsi quoq; macerati, & amari ad-
huc comesti idem efficiunt. Decoctum eorundem cum Ruta & Pipere potù idem
facit: unde & lienosis prodest. Eodem gangrænas, ulcera tetra, incipientē scabiem,
alphos, maculas, exanthemata, & achoras perfundere utile. Menfes & foetus idem
decoctum cum myrrha & melle subditum trahit. Farina eorum cutem liuoremq;
expurgat. Inflammationes cum polenta & aqua mitigat. Ischiades & tubercula cum
aceto lenit. In aceto cocta & illita strumas dissipat, & carbunculos rumpit. Decocti
pluuiâ aqua donec in succū liquecant faciem abstergunt. Cum radice nigri Cha-
mæleonis ouium scabiei medentur, si tepido decocto abluantur. Radix cum aqua
cocta & pota cit urinam. Vbi autem edulcati fuerint, triti cum aceto & poti stoma-
chi fastidium leniunt, & cibi auiditatem excitant.

EX GALENO.

Lupinus editur coctus, multis antè diebus maceratione in aqua amaritudinem
deponens, sitq; tunc nutrimentum crassi succi. Cæterum ut medicamen ita præpa-
ratus ex genere est emplasticorum. Qui uero natiuam amaritudinem habet, iuic
extergendi & digerendi uis inest. Lumbricos occidit illitus, & cum melle linctus,
aut cum posca potus. Quin & decoctum eius lumbricos eiicere potest. Foris idem
perfusum, alphos, achoras, exanthemata, scabies, gangrænas, ulceraq; mali-
gna iuuat, partim extergendo, partim digerendo, citraq; mordacitatem siccando.
Expurgat iecur & lienem cum Ruta & Pipere suauitatis gratia assumptum.
Elicit menfes ac foetus cum myrrha & melle adpositum. Porro Lupinorum etiam
farina sine mordacitate digerit: nec enim liuida tantum, sed & strumas & tuber-
cula curat: atqui tunc in aceto, aut oxymelite, aut posca hanc decoquere oportet,
pro



LUPINVS

Ligon.

C pro laborantis nimirum temperamento, & affectus diuersitate, quod ex usu est inueniendo. Digerit item quæ liuida sunt, & quæcunq; modo dictum est præstare decoctum, eadem omnia efficit & farina. Sunt uero etiam qui Ischiadicis cataplasmatibus modo illinunt.

EX PLINIO.

Ex omnibus quæ eduntur sicco nulli minus ponderis est, nec plus utilitatis. Mitescunt cinere aut aqua calidis. Colorem hominis frequentiores in cibo exhilarant. Amari cōtra aspidas ualent. Ulcera atra, aridi decorticatiq; triti, supposito linteolo, ad uiuum corpus redigunt. Strumas, parotidas in aceto cocti discutiunt. Succus decoctorum cum ruta & pipere, uel in febris datur ad uentris animalia pellenda, minoribus triginta annorum. Pueris uero impositi in uentrem ieiunis profunt. Et alio genere tosti, & in defruto poti, uel ex melle sumpti, lidem auiditatem cibi faciunt, fastidium detrahunt. Farina eorum aceto subacta, papulas pruritusq; in balneis illita cohibet, & per se siccatur ulcera. Liuios emendat. Inflammationes cum po lenta sedat. Si ad mellis crassitudinem decoquant, uiligines nigras & lepras emendant. Rumpunt carbunculos impositi, panos & strumas minuunt, aut maturant. Cocti ex aceto cicatricibus candidum colorem reddunt. Si uero coelesti aqua decoquantur, succus ille smegma fit, quo solent fouere gangranas, eruptiones pituitæ, ulcera manantia, utilissimum. Expedit ad lienem bibere, & cum melle mensuris hærentibus. Lieni crudi cum fico triti ex aceto imponuntur. Radix quoq; in aqua decocta, urinas pellit. Medentur pecori cum Chamæleonte herba decocti, aqua in potum collata. Sanant & scabiem quadrupedum omnium in amurca decocti, utroq; liquore postea mixto. Fumus crematorum culices necat.


D

DE IO

CAP. CXVI

NOMINA.

Ion quare dicta.



viola unde uocata.

ION *πρωκρυσσιν* Græcis, Viola muraria uel purpurea Latinis, blaw Veiel oder Mergen violen Germanis dicitur. Officinæ simpliciter Violam nominant. Nicander Ion Græcis dictam credit, quod Nymphæ quædam Ionix, florē illum Ioui primum dedere muneris. Alij Græci Ion uocatum putant, quod cum Io in uaccam à Ioue conuersa esset, terra florem illum pabulo bouis eius fuderit. Latini quoq; detrita t litera, Violam quasi uitulam imitatione græca uideri possunt appellasse.

FORMA.

Folium habet minus tenuiusq; quàm Hedera, nigrius tamen nec dissimile. Cauliculus statim à radice medius prosilit, in quo flosculus suauiter olens, purpureus. Humilis præterea est, statimq; à numerosa radice orbiculata folia sine ramis exeunt. Semen quoq; minutum in folliculis uasculisue rotundis, ut pictura indicat, extrema ferè æstate producit.

LOCVS.

Nascitur in opacis & asperis locis, ad radices maxime murorum, hortorum marginibus, & sepibus.

TEMPVS.

Viret hæc perpetuò, Theophrasto teste, si cultus adhibeat: tamen uere, & Martio mense floret, quo potissimum tempore colligi flores eiusdem debent. Semina uero in æstate, ut dictum est.

TEMPERAMENTVM.

Violæ folia aqueam & subfrigidam substantiam superantem possident. Frigidæ autem sunt primo ordine, humidæ uero secundo.

VIRES.



VIOLA
PURPUREA

Heartzen veel.

C

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Refrigerandi uim obtinet. Folia eius per se & cū polenta illita, stomacho estuanti, oculorum inflammationibus, sedisq; procidentijs auxiliantur. Præterea id quod in flore purpureum est cum aqua potum, angina correptis, & puerorum comitialibus mederi affirmant.

EX GALENO.

Folia per se, aut cum polenta illita, calidas phlegmonas mitigant. Imponunt & ori uentriculi æstuanti, & oculis.

EX PLINIO.

Purpureæ uiolæ refrigerant. Contra inflammationes illinuntur stomacho ardenti. Imponuntur & capiti in fronte. Oculorū priuatim epiphoris, & sede procidente, uulūæ. Et contra suppurationes. Crapulam & grauedines capitis impositis coronis olfactūue discutiunt. Anginas ex aqua potē. Id quod purpureum est ex ijs comitialibus medetur, maxime pueris, in aqua potum. Semen scorpionibus aduerfatur.

EX SYMEONE SETHI.

Profunt ad intestinorum dolores, cor uero offendunt. Dolores capitis qui fiunt à flaua bile sopiunt potæ & odoratæ. Ventriculū irritant, & flauā in eo inuentam bilem. Caput siccum humectant, calidumq; refrigerant suo odoratu. Somnum inducunt. Humida capita destillationibus obnoxia reddunt.

DE VIOLA MATRONALI CAP. CXVII

NOMINA.

D



Eteribus Græcis & Latinis cognitæ fuerint nec ne Violæ quæ hodie, quod eas matronæ colere soleant, matronales uocantur, nondum compertum habemus. Quare uulgari & usitato nomine, donec rectius inuentū fuerit, utemur. Germanicè, quod raræ adhuc in Germania dum ista scriberemus fuerint, welsch Veiel appellare uoluimus, ut nimirum hac nomenclatura à Leucoijs, de quibus suo dicemus loco, segregaremus. Possent etiam haud inepte *Strawenueiel* ad imitationem latini nominis appellari.

GENERA.

Tria Violarum matronaliū damus genera. Primi enim generis candida est, alterius punicea, tertij purpurea; nec differre admodum nisi solis floribus uidentur.

FORMA.

Fruticosa est herba, cubitali altitudine, ramosa, caule & folijs lanuginosis, oblongis, angustis, mollibus ac canescentibus, floribus aut albis, aut puniceis, aut purpureis quadrifolijs, semine in oblongis filiquis lato ac tenui, radice longa, lignosa, sub-rufa & acri.

LOCVS.

In hortis & cultis locis proueniunt.

TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus florent.


TEMPERAMENTVM.

Admodum calidas esse sapor foliorum & radicis, qui acris est, abunde docet. Humiditatem autem multā, Galeno lib. 4. cap. 18. de simpli. medi. facul. teste, eo quod amaræ non sint, admistam habent.

VIRES.

Incidendi & digerendi per halitum uim obtinent. Ideoq; radix aut folia decocta in aqua, cōuulsis, difficultate spirandi laborantibus, & ueteri tussi auxiliantur. Vri-nam & menses ducunt, sudoresq; ciendi facultatem habent.

DE IRIDE.



VIOLA
MATRONALIS ALBA


Weißwelsch Veiel.

d



VIOLA MA-
TRONALIS PVNICEA

Rotwelsch Veiel.



**VIOLA MA-
TRONALIS PURPUREA.**

Braun welsch Veiel.

d 2

C

NOMINA.



Iris unde dicta.

Causa vulgaris
erroris.

PIZ Græcis, Iris Latinis appellatur: officinis suam appellationem retinuit. Germanis blaw Gilgen/ blaw Schwertel/ Weielwurß dicitur. A cœlestis arcus similitudine, quam flores eius repræsentant, ut paulò post dicemus, nomen accepit Iris. Sunt qui non sine pudendo errore aliam assignent herbam recto, aliam casui paterno, ita ut Iris ab Ireos, tanquã purpureus color à niueo, distingui putetur imperitis herbarijs. Promanasse autẽ hunc errorem ex græca uoce λείων, qua Lilium, quod candidos profert flores, gentili significatur, parum per unius literæ abiectionem deprauata, uerisimile est. Primam nanque literam abijcientes, ultimam uerò in σ uertentes, λείων dixerunt pro λείων. Sed hæc opinio indigna est quæ explodatur, cum Dioscoridem & alios ueteres omnes seorsim de Iride & Lirio siue Lilio agere constet.

FORMA.

Folia Gladiolo similia fert, maiora tamen, latiora & pinguiora. Flores in caule æqualibus inuicem spatijs distantes, inflexi, uarij. Aut enim candidi, aut uirides, aut lutei, aut purpurei, aut cœrulei conspiciuntur. Vnde ob hanc uarietatem arcui cœlesti assimilata est. Radices subsunt geniculatæ, solidæ, odoratæ: quæ simulatq; fuerint dissectæ, siccantur in umbra, & filo traictæ recondunt. Hæc Dioscoridis pictura tota huic herbæ, quam Irim hodie herbarij & officinæ uocant, suffragat. Si quidem ea radicibus nititur solidis, geniculatis & odoratis, adeò ut uiolarũ purpurearũ odorem prorsus referre uideatur, & hoc nomine à Germanis nostris Weielwurß/ hoc est, Violacea radix, sit appellata. Folia Gladioli faciem simulant, maiora duntaxat, latiora & pinguiora. Caule recto sesquipedali, è cuius fastigijs pari intervacante spatio flores erumpunt, inflexis mutuò foliorũ labris, qui nitent uaria colorum mistura, instar cœlestis arcus. Quemadmodũ enim aquarius ille arcus, qui est imago malè expressi solis, caua nube recepta, uarios mentitur colores, sic ut cœruleas, uirides, luteas, purpureasq; lineas ducat, ita cauo calyculi sinu uersicolores lituras flores ostendunt, qua diuersa specie cœlestem æmulantur arcum. Falluntur itaque qui in toto floris ambitu huiusmodi uarietatem perquirunt, cum inflexa foliorum labra uel purpureus, uel cœruleus semper color inficiat.

LOCVS.

Pasim in hortis & macerijs uinearum provenit. Laudatissima tamen est quæ in Illyrio & Macedonia nascitur, & melior inter has quæ densa & breui radice constat, quæque fragenti contumax est, colore subrufa, admodum odorata, gustuq; feruida.

TEMPVS.

Floret uere, Maio potissimũ mense, quo sanè tempore flores colligi debent. Radices autem suo tempore, hoc est, autumnò.

TEMPERAMENTVM.


Iris in altero calefacit ordine, in tertio autẽ desiccatur. Abstergit quoq; & maturat.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Irides omnes calefaciendi extenuandiq; uim obrinent. Contra tussim efficaces, humoresq; nõ facillè excreabiles extenuant. Biles ex hydromelite drachmarum septem pondere potæ purgant. Somnum conciliant. Lachrymas cient. Torminibus medentur. Cum aceto potæ uenenatorum moribus, lienosis, conuulsis, refrigeratis, rigentibus, & quibus genitura effluit, auxiliatur. Menses cum uino potæ ducunt. Decoctũ earum ad muliebria fomenta utile, molliens aperiensq; locos. Ischiadicis infunditur. Fistulas & sinus carne explent. Quinetiã glandis modo cum melle appositæ, foetus extrahunt. Strumas ueteresq; durities coctæ & illitæ emolliunt.

Aridæ

317



IRIS
GERMANICA.

Blau Silgen.

d 3

C Aridæ ulcera explent, & cum melle purgant. Nudata ossa carne operiunt. Doloribus capitis cum aceto & rosaceo utiliter illinuntur. Lentigines, cutis in facie uitia cum Elleboro albo, & duabus mellis partibus illitæ emendant. Pefsis, malagmatis & acopis miscentur. In uniuersum magni usus sunt.

EX PAULO.

Iris tussis utilis. Humores in thorace nō facile excreabiles extenuat. Torminibus medetur, ulceraq; sordida expurgat. Cum mulla pota aluum ducit.

EX PLINIO.

Infantibus eam circumligari salutare est. Dentientibus præcipua est & tussientibus, tinearum uel uitio laborantibus, in stillari. Cæterum ulcera purgat, capitis præcipue, suppurationes ueteres. Aluum soluit duabus drachmis cum melle. Tussim, tormina, inflationes, pota. Lienes ex aceto. Contra serpentium & araneorum morsus, ex posca ualet. Contra scorpiones, duarum drachmarum pondere in pane uel aqua sumitur. Contra canum morsus ex oleo imponitur. Et contra perfrictiones. Sic & neruorum doloribus. Lumbis uero & coxendicibus cum resina illinitur. Vis ei concafactoria. Naribus subdita, sternutamenta mouet, caputq; purgat. Dolori capitis cum Coroneis malis aut Strutheis illinitur. Crapulas quoq; & orthopneas discutit. Vomitiones cit, duobus obolis sumpta. Ossa fracta extrahit, imposita cum melle. Ad paronychias farina eius utunt. Halitus oris cōmanducata abolet, alarumq; uitia. Succo duritias omnes emollit. Somnum conciliat, sed genituras cōsumit. Sedis rimas & condylomata, omniaq; in corpore excrecentia sanat.

DE HIERACEO CAP. CXIX.

D

NOMINA.



ΕΡΑΚΙΟΝ, ἡ σονχίτης Græcis, Hieraceum Latinis dicitur; officinis inusitatum. Germanicè, quum aliud nomen expiscari non potueramus, *Habichtkraut* appellauimus, ad græcam alludentes appellationem; neque enim alia ratione Græci hanc herbam Hieraceum nominarunt, nisi quod accipitres, quos illi *ἐρακας* dicunt, scalpendo eam, succoq; oculos tingendo, obscuritatem cum sensere discutiant. Sonchites autem dicta est, quod Soncho nō admodum dissimilis sit, maxime quod ad eius circumferentiam & extremam partem, in qua caules & flores sunt, attinet. Hæc enim & illa cōcauo, & lacteum succum emitte caule, luteisq; floribus est. Apuleius Lactucam syluaticam appellat. Plinius quoque libro uigesimo, cap. septimo, ut alij omnes ferè, in Lactucarum sponte nascentium numero, propter similitudinem, Hieraceon hoc habet. Quàm autem inuicem similes sint Hieraceum & Lactuca syluestris, utriusq; icones & effigies collatæ monstrabunt.

Hieraceum unde dictum.

Sonchites.

Lactuca syluatica.

GENERA.

Hieracij duo sunt genera, maius nimirum & minus. Maius germanicè *groß Habichtkraut*, minus autem *klein Habichtkraut* nominatur.


FORMA.

Hieraceum maius.

Hieraceum maius caulem habet asperum, modicè rubentem, spinosum, concuum. Folia per interualla rariusculè diuisa, Soncho per circumferentiam similia. Flores in oblongis capitulis luteos. Quæ designatio prorsus hanc quam pictamus herbam exprimit. Siquidem caulem emittit scabrum, subrubrum, spinulis horrentem, cauum, folia ex interuallis & rarè laciniata, Sonchi folijs non dissimilia. Flores in longiusculis capitulis luteos, Minus Hieraceum folia ex interuallis

Hieraceum minus.

per



HIERACEVM
MAIVS.

Groß Habichtkraut.



HIERACEVM
MINVS.

Klein Habichtkraut.

Alis per ambitum diuisuris scissa obtinet. Caules de se emittit cauos, teneros & uirides, in quibus flores lutei circulum circumscribentes. Quae itidem notae omnes herbae illi, cuius picturam exhibemus, conueniunt.

LOCVS.

Vtrumque in quibusdam pratis prouenit.

TEMPVS.

In fine Iulij mensis, & per uniuersum Augustum floret Hieraceum. Succus eius carpitur per menses inciso caule.

TEMPERAMENTVM.

Maius Hieraceum plane Sonchi temperamento constare uidetur, refrigerat itaque & mediocris adstrictionis est particeps. Minus in gustu paulo maiorem amaritudinem refert.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Vim habet Hieraceum maius refrigerandi, & modice adstringendi, ideoque aestuanti stomacho, & inflammationibus, illitum prodest. Succus erosionem eiusdem in forbitione mitigat. Herba ipsa cum radice illita scorpionum ictibus auxiliatur. Minus facultates habet superiori easdem.

EX PLINIO.

Succus sanat omnia oculorum uitia cum lacte mulierum. Arcet nubeculas, cicatrices, adustionesque omnes, praecipue caligines. Imponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. Idem succus aluum purgat, in posca potus ad duos obolos. Serpentium ictibus medetur in uino potus. Et folia tosta, thyrsique triti ex aceto bibuntur. Vulneri illinuntur, maxime contra scorpionum ictus. Verum contra phalangia, & commixto uino ex aceto.

APPENDIX.

Sunt qui tantam inesse huic herbae uim contra oculorum uitia credant, ut radicem etiam a collo suspensam caliginem oculorum sanare posse dicant.

DE HIPPVRI CAP. CXX.

NOMINA.



ἵππουρις Graecis, Equisetum, herba aut salix equinalis Latinis, recentioribus herbarijs uerbum uerbo reddentibus Cauda equina, Germanis Rosßchwanz / Pferdtschwanz / Rosßwadel / Katzenwedel / Katzenzangel / Kantenkraut / Schaffthow nominatur. Nomen tam Graecum quam Latinum a caudae equinae imagine, quam comae illius praeseferunt, accepit.

Equisetum.

Cauda equina.

Hippuris curdida.

GENERA.


Eius duo sunt genera. Vnum longius, quod nonnulli aetatis nostrae herbarij ab asperitate quam obtinet Asprellam uocant. Hinc est quod materiarij fabri ligneae pectinum & aliorum minutorum operum ruditatem huius herbae scabritia in nitorem expoliant. Germanice groß Rosßschwanz dicitur. Alterum breuius est, ad abstergenda uasa aptum, Germani klein Rosßschwanz appellant.

Asprella.

FORMA.


Primum Equiseti genus cauliculos habet inanes, leniter rubentes, subasperos, solidos, geniculis qui inuicem inferuntur dissectos, in quibus folia iuncea, crebra, & tenuia. In altitudinem adsurgit, scandendo proximas stipites comis circumfusa dependet multis, nigris ut equorum cauda. Radix illi est lignosa, dura. Alterum comas per intervalla habet breuiiores, candidiores & molliores.

LOCVS.



EQUISETUM
LONGIV.

Groß Kopfjagel.



EQUISETUM
MINUS.

Klein Rosschwanz

C

LOCVS.

Longius Equisetū in aquosis locis & scrobibus prouenit, nec eo in fossis prope *χαρὰ δὲ πρὸς* aquas & umbrosis locis alia planta frequentior est, ut hoc nomine *χαρὰ δὲ πρὸς* Græcis dictum sit. Neq̃ enim *χαρὰ δὲ πρὸς* aliud est illis nisi terrę rima & fissura. *ἐφ' ὧν* etiam non alia ratione, quā quod in aquosis produceretur, nominauerunt. Alterum in pratis inuenitur, nec fere frequentius occurrit, inuisa scenifecis.

TEMPVS.

Vtrunq̃ æstate suis in locis copiose prouenit.

TEMPERAMENTVM.

Adstringentem cum amaritudine facultatem, ac proinde ualenter simulq̃ citra mordicationem exiccantem, obtinet.

VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Herba ipsa adstringit, quapropter succus eius sanguinem ex naribus erumpentem sistit. Dysentericis cum uino potus confert. Vrinam cit. Folia cruenta uulnera glutinant trita & inspersa, Herba & radix tussientibus, orthopnoicis, ruptisq̃ succurrit. Quinetiam intestinorum diuisiones, uescicę dissectionem, & intestinorum ramicem coalescere cogitq̃ folia in aqua pota feruntur.

EX GALENO.

Vulnera maxima conglutinat, etiam si præfectos esse neruos contingat: præterea intestinorum ramices cogit. Cæterum ad sanguinis reiectionem, ad fluxū muliebrem, potissimum rubrum, ad dysenterias, & ad alia uentris profluvia generosum est medicamentum herba ipsa aut ex aqua, aut ex uino epota. Sunt qui de ea scriptum reliquerunt, quod nonnuncq̃ etiam uescicę, & tenuium intestinorum uulnera succus ipsius sanauerit. Prodest etiam profluuio sanguinis ex naribus, tum **D** fluxu obnoxijis in uentre affectibus ex austerorum quopiam uinorum potus, ac si febre teneatur ex aqua.

EX PLINIO.

Vis eius spissare corpora. Succus sanguinem ex naribus fluentem inclusus sistit, item aluum. Medetur dysentericis in uino dulci potus cyathis tribus. Vrinam cit. Tussim, orthopnoeam sanat; item rupta, & quę serpunt. Intestinis & uescicę folia bibuntur. Enterocœlen cohibet.

DE HIBERIDE CAP. CXXI.

NOMINA.

Nasturtium
agreste.



Agriocardamon
eius dicta.

LEBEIZ, ἢ χαρδαναντίνη, ἢ ἀγριοκαρδαμον Græcis, Galeno & Paulo alio nomine Lepidion: Hiberis, Nasturtium agreste Latinis appellatur. Officinis nostris incognita. Germanis Gauchblüm/ non alia ratione quā quod plerisque qui in illius notitiam nondum peruenerunt, infatuet. Potest etiam cōmodè dici wilder Kress. Cardamantice, & Agriocardamū Græcis appellata, quod radici odor insit Nasturtij: uel quod eius folia partim Nasturtio aquatico, quod à Dioscoride Sifymbrium cardamine dicitur, partim etiam hortensi, quod Cardamon Græcis nominat, similia sint: uel quod gustu Nasturtiū referant.

FORMA.

Folia Nasturtio similia habet, uerno tempore uirentia, cubitali longitudine, aut minore, flore lacteo, radicibus duabus, sed una apud nos frequentius, nititur, odore Nasturtij quamacerrimo. Ex qua nimirum descriptione omnibus perspicuum fit, herbam cuius picturam exhibemus esse Hiberida: caulem enim cubitalem obtinet, foliaq̃ Nasturtio similia. Quæ enim à radice statim exeunt, aquatici, quæ uero in supremo caule emicant hortensis Nasturtij folia referunt. Verno quoq̃ tempore uirent, flos deniq̃ lacteus est, hoc est, in albo purpurascens: hunc enim Dioscoridem



NASTURTIVM
AGRESTE.

Gauchblüm.

c ridem uocare lacteum florem, satis testatur quarta Ranunculi species, cuius etiam florem, qui colore huic similis est, lacteum esse scribit. Semen quoque in siliquulis tam exiguum producit, ut, Plinio etiam teste, uix aspici possit: radicem autem exilem atque acrem, cui inest Nasturtij odor.

LOCVS.

Nascitur incultis locis, circa itinera & prata.

TEMPVS.

Verno tempore apparet, Aprili potissimum mense & Maio, duratq; ad æstatis initia, quo potissimum tempore lacteum florem fundit: initio enim purpureo colore maculatus uidetur: efficacior emq; usum obtinet, quod tum semen etiam in siliquulis proferat.

TEMPERAMENTVM.

Ex quarto est ordine calefacientium, ut Nasturtium, minus tamen eo desiccat.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Radix calefacit & adurit. Vtilis est ad coxendicis dolores cum fuillo adipe falso, emplastri modo quaternis horis illita. Deinde in balneum descendatur, & oleo cum lana locus perungatur.

EX GALENO.

Similis Nasturtio tum odore, tum gustu, tum uiribus.

EX PLINIO.

Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia modica utilissima, uiris plurimum quaternis horis, foeminis minus dimidio adalligata, ut dein in balneum descendatur in calidam, & postea oleo & uino corpus perungatur, diebusq; uicenis interpositis idem fiat, si qua admonitio doloris super sit. Hoc modo rheumatismos omnes sanat occultos. Imponitur in ipsa inflammatione, sed imminuta. Adalligata d capiti cum Quinquefolio, epiphoras & si qua in oculis uitia sunt, emendat.

APPENDIX.

Recentiores herbarij eius herbæ cuius picturam damus usum probant contra pediculos si lixiuo incoquatur. Vnde colligere licebit, eam exiccandi & ex alto euocandi trahendiq; facultatem, haud secus atq; Nasturtium aut Sinapi, habere. Nam, Galeno lib. i. de compos. med. secundum locos, cap. vij. teste, medicamenta quæ phthiriali medentur necessariò exiccant atq; ex alto trahunt. Vt iterum euidentissimum sit hanc herbam, eo quod Nasturtij facultates obtineat, esse ueram Hiberi-
da, non obstante quod rarò aut nunquã duabus, sed una potius & exili nitatur.

DE HIPPOSELINO CAP. CX XII.

NOMINA.

Officinarum
error.

Hipposelinum ut
de dictum.


Olus atrum quare
appellatum.



HIPOSELNON Græcis, Olus atrum Latinis dicitur: officinæ eius semine perperam pro Petroselino macedonico utuntur: Germanis groß Epffich/oder groß Epfach appellatur. Hipposelinon autem à magnitudine dictum est: siquidem Græci magnis & amplis rebus hippo præponere solent, adeò ut Hipposelinum Latinis nihil aliud nisi grande Apium sit. Olus autem atrum uel pullum à folijs, quæ atro colore nitent, appellatum esse uidetur.

FORMA.

Maius est hortensi Apio, caule cauo, alto, tenero, ueluti lineas habente, folijs latioribus, subpunicis, Libanotidis coma, plena flore, in corymbos antequam defloreat cõgesta, semine nigro, oblongo, solido, acri, odorato, radice odorata, intus candida, ori grata, pro caulis magnitudine non admodum densa. Porro ne mireris quod picturæ non ex omni parte respondeat descriptio: neq; enim Hipposelinum integrum, & quod ad perfectam peruenit ætatem, floresq; & semen produxit, damus, sed id



HIPPOSELINVM

Größ Epffich.

C sed id tantum quod primo erumpit. Radicem itaq; tantum & folia depingi curauimus, ut quæ Oleris atrî, cuius sæpè sit apud Dioscoridem mentio, forma, saltem in folijs & radice, esset, cerneret. Annitemur tamen ut aliquando integram eius herbæ picturam exhibeamus.

LOCVS.

Nascitur in umbrosis, & iuxta paludes.

TEMPVS.

Satum tardè prouenit, ideoq; factum ut integrè depictum dare nobis haud licuerit. Floret, Plinio teste, æstate.

TEMPERAMENTVM.

Calidum est in secundo ordine, ut Apium, & siccum in medio tertij.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Estur olerum modo ceu Apium. Radix etiam cocta & cruda estur. Quinetiam folia & caules cocti manduntur, & per se aut cum piscibus præparantur. Crudaq; ad falgama condiuntur. Semen potum in mulso menses ducit. Rigore concussos calcacit potum & illitum. Vrinæ stillicidio auxiliatur. Radix eadem præstat.

EX GALENO.

Hippofelini similis Apio uis est, ualidior tamen. Mensium autem & urinæ ciendæ potissimum facultatem habet, ut liquet ex capite eiusdem de Smyrnio.

EX PLINIO.

Olus atrum quod Hippofelinum uocant, aduersatur scorpionibus. Poto semine torminibus interaneis medetur. Itemq; difficultatibus urinæ semen eius decoctum ex mulso potum. Radix eius in uino decocta calculos pellit, & lumborum ac lateris dolores. Canis rabiosi morsibus potum & illitum medetur.

D

DE IXO CAP. CXXIII.

NOMINA.



Ξ ο ζ Græcis, Viscum Latinis & officinis, Germanis Mistel / oder Affolter nominatur.

FORMA.

Planta est fruticosa, lenta, semper uiuens, intus porracei coloris, extrâ subflaua, folijs buxi, acinis exiguis, sine flore.

LOCVS.

Nuncq; in terra, sed semper in arbore, quercu præsertim, pyro, mâloq; prouenit.

TEMPVS.

Autumni initio cum suis acinis decerpitur.

TEMPERAMENTVM.


Calefacit cum acrimonia: ex plurima enim aëria & aquea, paucissima terrena constat. Igitur acrimonia in eo amaritudinem excellit.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Discutit, emollit, attrahit: tubercula, parotidas, ceterosq; abscessus cum resina & pari cera mixtum, maturat. Epinyctidas in splenio curat. Cum thure antiqua ulcera, & malignos abscessus mollit. Lienes cum calce, aut gagate lapide, aut asio coctum & impositum minuit. Cum auripigmento aut sandaracho illitum, ungues extrahit. Mixtum cum calce & fæce, uim suam intendit.

EX GALENO.

Valenter ex alto humores extrahit: nec tenues tantum, sed & crassiores, eosq; diffundit ac digerit. Est autem ex eorum genere quæ non protinus admota calcaciunt, sed quæ tempus requirunt, uelut Thapsia.



VISCUM

Mistl.

NOMINA.

Gusdum. **I**SATIS Græcis, Isatis Latinis uocatur. Gallis, ut in cōmentarijs suis testatur Cæsar, Glastrum olim dicebatur, nunc Guadum. Germanis autem ad hoc nomen alludentibus, Weydt nominat. Arabibus Nil, Nilech, & Indicum, ut lib. i. Paradox. cap. uigesimosexto monstrauius. *Nilech.* *Indicum.* *Ofat.* Barbari deprauata uoce Ofatim appellant.

GENERA.

Duo Isatidis sunt genera. Vna enim satia, qua tingendis lanis infectores utuntur. Altera uerò syluestris, qua lanarum infectores haud utuntur. Priorem Germani simpliciter Weydt/alteram uerò cum adiectione wild Weydt nominant.

FORMA.

Satia. Satia folia habet Plantagini similia, sed pinguiora, nigrioraq; caulē duobus cubitis altiorē. Hec Dioscorides, qui reliquas notas, quæ syluestri similes per omnia sunt, cōmemorare noluit. Ex syluestris tamen effigie faciliē quales sint æstimare poteris: *Syluestris.* hec enī teste Dioscoride, satiaē similis est, folia tamē maiora obtinet, ad Lactuce folia accedentia: caules etiā tenuiores, multifidos, rubicantes, qui in cacumine folliculos linguarū figura multos dependentes habent, in quibus semen. Flos ei luteus & tenuis.

LOCVS.

Isatis satia copiose in Germania prouenit, præsertim agro Erphordiano, cui magnum quæstum adfert. Viridem enim herbam trusatilibus molis premunt, ut herbaceā saniem excludant; dein abacto liquore digerunt in magnos globos, quos tabulatis cōputrescere in ætate feruente sinunt. Hos cortinis infectoria coquunt officinæ, & laneos pannos, ac uellera demergunt, ut coeruleū imbibant colorem. Syluestris sua sponte in quibusdā Germaniæ locis nascitur, ut Tubingæ, ubi omnes uinearum maceries hac herba septæ uidentur.

TEMPVS.

Maiō & Iunio mense florent, ac subinde semen proferunt.

TEMPERAMENTVM.

Isatis satia ualenter admodum exiccantis, nondum tamen mordentis facultatis est: amara enim simulatque adstringens existit. Syluestris uerò acre quiddam, tum gustu, tum actione præfert: proinde ualentius quàm satia desiccatur.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Isatidis satiaē folia omnia cedemata & tubercula illita discutere possunt. Cruenta uulnera glutinant. Sanguinis profluuiā sistunt. Ulcera phagedanica, herpetas, erysipelata, & putrescentia sanant, Syluestris eadem quæ satia potest. Lienosis etiam pota & illita auxiliatur.

EX GALENO.

Satia magna ulcera durorum corporum glutinat, etiam si in capitibus musculorum fuerint, & sanguinis profluuiū laborantibus partibus utiliter illinitur. Tumores cedematodes mirifice discutit, simul & reprimat, omnibusq; ulceribus malignis mirabiliter resistit, etiam si putrescant, etiam si erodantur. Quod si quando laborantis natura ualidior appareat, folijs eius tritis aut panem, aut hordeaceā farinam, aut triticeam, aut polentam, pro uincente in unoquoq; affectu, miscere oportebit. Syluestris uerò potentissimē humidis putredinib. obsistit, ad cetera uerò iam comprehensa deterior; immoderatius enim & cum mordacitate desiccatur, talia namque irritantur hoc pacto, & phlegmone grauari incipiunt. Cæterum ob facultatis robur lienosis quoq; utilis est, quum altera prodesse nondum possit.

EX PLINIO.

Isatidis folia trita cum polenta, uulneribus profunt. Sanguinem sistit. Phagedænas & putrescentia ulcera, & quæ serpunt, sanat. Item tumores ante suppurationē. Contra ignem sacrum, radice uel folijs prodest, uel ad lienes pota.



ISATIS
SATIVA.

Wegdt.



ISATIS
SYLVESTRIS.

W. Weydt.

NOMINA.



ITEA Græcis, Salix Latinis, Weiden/ oder Selber Germanis appellatur. Salix uerò à saliendo dicta est, quod ea celeritate crescat, ut quasi salire uideatur. Sic etiam Iteam quasi Salicem uocauerunt Græci.

GENERA.

Tria Salicis genera Theophrastus lib. iij. cap. xij. de historia plantarū recenset. Primā nigram nominari dicit, quod nigro aut puniceo cortice obducta sit. Secundam candidam, quod candido obducatur cortice. Tertiam coactę breuitatis ac pumilam, Helicen Arcadibus appellari scribit. Plinius etiam lib. xvij. cap. xxxvij. tria Salicis nomina cōmemorat: Viminalē, eandemq; purpureā: Vitellinā à colore luteo, graciliorē priore; Gallicā, quæ sit tenuissimā. Lucius Columella lib. iij. cap. xxx. eiusdem quoque tria facit genera, Græcam, Gallicā, & Sabinā, quam etiam Amerinā uocari à plurimis scribit. Græcam flauī coloris, Gallicā obsoleti purpurei, tenuissimiq; uiminis, Sabinā gracilibus uirgis atq; rutilibus esse asserit. Quæ sanē singula pulchrē cum ijs quæ Theophrastus tradit, conuenire uidentur. Nam primā Salicis speciem, quam Theophrastus nigram aut puniceam uocat, Plinius Viminalē, Columella uerò Sabinā & Amerinā appellat, Germani rot Weiden nominant. Secundam speciem, quam Theophrastus candidam, Plinius Vitellinā, Columella autem Græcam uocat, Germani geel Weiden. Tertiam, quæ Theophrasto Helix dicitur, Plinius & Columella Gallicā appellant, Germani uerò à tenuitate Klein Weiden.

Salix cur dicta.
Itea unde uocata.

Salix nigra.
Candida.
Pumila.
Viminalis.
Vitellina.
Gallica.
Græca.
Sabina.

Prima Salicis species.
Secunda.
Tertia.

FORMA.

Salix breui caudice confurgit, ramis longis, è trunco extrēmo ueluti à capite prodeuntibus, lentis, flexilibus; folijs longis, subtus incanis, supernē uirentibus: flore seu nucamento squamatim compactili, lanuginoso, propendente, fructu qui faciliè ante maturitatem euanescat.

LOCVS.

Aquosis lætatur, ideoq; auctu perquam facilis.

TEMPVS.

Floret primo statim uere. Ocysimē amittit fructum, antè quā omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero ὀλεσίκερος, hoc est, frugiperda, Odyss. x. ubi siccanit; μικροί τ' αἰγυροὶ καὶ ἰταὶ ὀλεσίκεροι. Fructum siquidem fert, Plinio autore, abeuntem in araneam antequam percoquatur.

TEMPERAMENTVM.

Salicis tum folia, tum flores, citra mordacitatem exiccantis sunt facultatis, ac modicè adstringunt. Cortex tamen eius siccior.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Adstringunt Salicis folia, fructus, cortex & succus. Folia trita cum exiguo pipere & uino pota ileosis conueniunt. Per se etiam cum aqua sumpta, præstant mulieribus ne concipiant. Fructus potus sanguinē expuentibus prodest. Cortex eadem præstat. Vstus & cum aceto subactus, clauos & callos illitus tollit. Ex folijs & cortice succus in putamine mālī punici cum rosaceo calfactus, aurium doloribus auxiliatur. Decocto eorum podagras foueri optimū. Furfures exterit. Excipitur etiam è Salice succus exciso cum floret cortice: in interiore enim eius parte concretus inuenitur. Vim autem habet exterendi quæcunq; pupillæ claritati obstant.

EX GALENO.

Salicis folijs ad cruenti uulneris glutinationē quis uti posset. Verū floribus eius maximè propè omnes utuntur medici ad exiccantis emplastri præparationē: est enim uis eorum desiccatoria: habent etiam quandam adstrictionē. Sunt qui succum ex ea expressum, medicamen feruent mordacitatis expers & exiccatorium, ad multas res uti-

334

PRIMUM SA-
LICIS GENVS.

Rot Weiden.





ALTERVM SALI-
CIS GENVS.

Geel Weiden.

TERTIVM
SALICIS GENVS.

Klein Weiden.




A res utile. Haud enim inuenias quid ad plures res utilius medicamento citra mordacitatem exiccante, quod paulum etiam adstringat. Porro arboris cortex similem facultatem obtinet, tum floribus, tum folijs, nisi quod temperaturæ sit siccoris, uelut omnes cortices. Sed hunc quidam comburunt, eiusque cinere utuntur ad ea omnia quæ ualenter desiccare oportet. Nam clauos quos uocant, callos, myrmeciasque tollunt, aceto ipsum macerantes acri. Nonnulli autem dum floret Salix, corticem eius incidunt, & succum quendam colligunt, utunturque ad ea quæ pupillas obfuscant, extergente uidelicet simulque tenuium partium medicamine. Vti uero illo ad multa alia quis posset, siquidem talis sit.

EX PLINIO.

Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Sed si prius colligatur, sanguinem reijcientibus prodest. Corticis è ramis primis cinis, clauum & callum aqua mixta sanat. Vicia cutis in facie emendat, magis admixto succo suo. Est autem hic trium generum. Vnum arbor ipsa exudat gummi modo. Alterum manat in plaga cum floret, exciso cortice trium digitorum magnitudine. Hic ad purganda quæ obstant oculis, item ad spissanda quæ opus sunt, ciendamque urinam, & ad omnes collectiones intus extrahendas. Tertius succus est detruncatione ramorum à falce destillans. Ex ijs aliquis cum rosaceo in calyce mali punici calfactus, auribus infunditur: uel folia cocta, & cum cera trita imponuntur. Item podagricis. Cortice & folijs in uino decoctis fouere neruos utilissimum. Flos tritus cum folijs furfures purgat in facie. Folia trita & pota intemperantiam libidinis coercent, atque in totum auferunt usum sæpius sumpta.

DE CAPNO CAP. CXXVI.

NOMINA.



APNOS Græcis, Fumaria Latinis; officinis Fumus terre, Germanis *Erdauch*/ *Daubentropff*/ *Kaßentörbel* appellatur. Fumaria uero hæc herba dicta est, propterea quod succus eius oculis inditus, uelut fumus lachrymas mouet, oculosque mordicat. *Fumus terre.*
Fumaria unde dicta.

FORMA.

Fruticosa herbula est, Coriandro similis, tenera admodum; folijs candidioribus, cineracei coloris, undique numerosis: flore purpureo.

LOCVS.

Nascitur in segetibus hordeaceis, hortis, uineis, sepibus, & macerijs, alijsque locis incultis atque pinguibus.

TEMPVS.

Carpitur in fine Maij mensis & Septembris.

TEMPERAMENTVM.


Capnos calida & sicca in secundo esse uidetur ordine, id quod ex gustu patet: acris enim & amara est.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Huius succus acris est, uisum acuit, lachrymas ducit, unde & nomen traxit. Illitus cum gummi duplices palpebrarum pilos renasci non sinat. Comanducata herbabiliosam urinam trahit.

EX GALENO.

Capnos acris simul & amaræ qualitatibus est particeps, nec tamen plane expers est acerbæ. Quamobrem biliosam urinam multam prouocat, sanatque iecinoris obstructions & debilitates. Succus eius oculorum aciem acuit, non parum lachrymarum trahens, uelut ipse fumus: nam hinc ei appellatio indita. Plebeius quidam ea uti solebat ad stomachum roborandum, unaque uentrem lubricandum. f
primum



FUMARIA

Erdrauch.

A primum desiccata condebat: dein cum uti uolebat subductionis quidem gratia melicrato inspergebat: roborandi uerò causa, uino nimirum diluto.

EX PLINIO.

Claritatē facit inunctis oculis, delachrymationemq; ceu fumus, unde nomen accepit. Eadem euulsas palpebras renasci prohibet. Bilem per urinam trahit.

DE CICI CAP. CX XVII

NOMINA.



IKI, ἡ κρότων Græcis, Ricinus Latinis, Mauritanis Kerua, officinis nonnullis Cataputia maior, quibusdā etiam Pentadactylon & Palma Christi, quod scilicet eius folia in humanæ manus effigiem articulentur: Germanis Wunderbaum/oder Creuzbaum dicitur. Croton autem & Ricinus à similitudine animalis, quod semen eius referre uidetur, nominata est. Sunt enim Græcis κρότωνες, & Latinis Ricini, insecta animantia, quæ canibus præsertim adhærent, quibus cibi nullus exitus est, colore liuido, nullis discreta membris, in globum continuè crescentia, donec plenius saginata, post aliquot dies sponte sua decidunt. Hinc est quod à Germanis nostris *Seckentöner* nomenclantur.

Cherua.

Cataputia maior

Croton & Ricinus unde dicta.

κρότωνες.

FORMA.

Arbor est parue fici magnitudine, folia Platano similia habens, maiora tamen, læuiora & nigriora. Caudices uerò & ramos arundinis modo concauos. Semen in uuis racemisue asperis, quod cortice nudatum, Ricino animali simile est. Quæ descriptio ita picturæ quadrat, ut nihil magis.

LOCVS.

B Nascitur nusquam in Germania nostra, nisi satum fuerit. Satum autem semel copiose provenit. Sine difficultate etiam passim iam in hortis provenit.

TEMPVS.

Carpitur Autumno dum semine abundat.

TEMPERAMENTVM.

Ricinus in secundo uel summum tertio ordine calefacientium & siccantium esse apparet.


VIRES. EX DIOSCORIDE.

Ex semine Ricini oleum nomine Ricinum exprimitur, ad edendum minime aptum: alioquin tamen lucernis & emplastris utile. Grana triginta numero putaminibus purgata, trita & pota, pituitam, bilem, & aquam per aluum deiciunt. Vomitiones etiam mouent. Est uerò iniucunda admodum & laboriosa huiusmodi purgatio: stomachum enim ualide subuertit. Tusa & illita uaros, maculasq; sole contra ctas purgat. Folia trita cum polenta, oculorum cedemata & inflammationes sedant, mammasq; turgentes cohibent. Per se aut cum aceto illita ignes sacros restinguunt.

Oleum Ricinini

EX GALENO.

Semen Ricini, quod etiam purgat, extergendi & digerendi facultatem obtinet. Sic uerò & folium, sed unde quaq; debilius. Oleum quod ex semine conficitur, tum calidius, tum tenuiorum partium, quàm est oleum commune, ac proinde quoque digerit.



RICINUS

Wunderbaum.

NOMINA.



IPSEION græcè, Spina mollis, Buglossum magnum latinè nominatur: *Buglossa.*
 officinæ, necnon herbarij Buglossam uel Linguam bouis uocant. Cirsion *Cirsion cur dicta*
 sion autem eò quod uarices, quos Græci *νεφροδὲς* nomināt, sanet, dicta est.
 Germanis *Schsenzung* appellatur.

GENERA.

Nos duo damus genera, quorum unum Germanicum, alterum uerò Italicum est, in quo omnia sunt maiora.

FORMA.

Caulis est tener, duūm cubitorum, triangularis. Ab inferiore parte foliolis roseorum figura, angulos spinosos per interualla, sed molles habentibus. Folia Buglossi similia, modicè hirsuta, longiora, albicantia, extremitatibus aculeata obtinet. Cacumen in caule orbiculatum, hirsutum, in quo capitula in summo purpurea, quæ in lanugines euanescent. Hæc sanè descriptio satis monstrat, Cirsion esse Buglossam hodie uocatam, cum ei deliniationes omnes, nulla ferè reclamante nota, conueniant. Siquidem caulis ei tener, bicubitalis, triangularis, spinosis per interualla angulis, sed mollibus & innoxijs aculeis. Folia Buglossi similia, longiora tamen, aut lege, *μακρότερα*, hoc est, minora, cum Plinio: subcandida, leniter hirsuta, in extremis partibus aculeata. Cacumen quoque caulis circinatum, hirsutum, in quo capitula purpurea. Et si uero reliqua omnia conueniant, tamen capitula purpurea non abeunt in pappos neq; in nostra, neq; in Italica. *Buglossi nostra.*

LOCVS.

Producitur locis cultis & incultis, arenosis potissimum & petrosis. Italicū etiam hodie in multis hortis magna copia nascitur.

TEMPVS.

Carpitur Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

In primo calefacere & humectare ordine apparet.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radicem Cirsij laboranti loco adalligatam, dolores uaricum sedare Andreas scripsit.

EX PLINIO.

Hanc herbam radicē uel eius adalligatam, dolores uaricum sanare tradunt.


APPENDIX.

Non plures iam cōmemoratis facultates Cirsio, Dioscorides & ueteres alij tribuunt. Videant igitur nostrę ætatis medici, ne temerè Buglossæ suæ quas non ob-
 tinet uires adscribant.



CIRSIVM
GERMANICVM.

Teütsch Ghsenzung.



CIRSIVM
ITALICVM.
Welsch Schsenzung.

C

NOMINA.

Coriandrum.
Corion quare uo-
catum.



KORION, ῥι κοριαννον Græcis: Corion seu Coriannon Latinis, uulgo & officinis Coriandrum, Germanis, qui latinam seu officinarum appellatio- nem imitantur, Coriander nominatur. Corio nomen fecisse cimices uerisimile est, quos folia & caules eius olent: ῥόγυς enim Græcis insecti ῥόγυς. id genus est, quod Latinis cimex dicitur.

FORMA.

Caulis Corianno exilis, sesquicubitalis, ramosus. Folium dum primū erumpit Adianti, dein Fumariæ, odore graui. Flores candidos. Semen rotundū ac nudum, firmum & diutinum. Radicem breuiusculam, ligneam, neq; admodum fibratam.

LOCVS.

Amat terram pinguem, Palladio teste, sed & macro solo nascitur. Nunquam au- tem nisi satum prouenit.

TEMPVS.

Autumno dum semine prægnans est carpitur.

TEMPERAMENTVM.

Coriandri temperamentū minimè frigidum ac simplex est, sed uariè coalitum & compositū. Est enim copiosæ quidem amaritudinis particeps, quæ in tenui simul ac terrestri substantia fundat: sed & aquosæ humiditatis tepidæ ei nō parum inest. Ha- bet etiā adstrictionis nōnihil, sicut paulò post ex Galeni uerbis clarius innotescet.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Hæc Dioscoridis
uerba paulò post
Galenus exhibet

Vim refrigeratoriā habet Coriandrum, unde illitum cum pane aut polenta ery- sipelatis, & herpetibus medetur. Epinyctidas, testium inflammationes, carbuncu- losq; cum melle & uua passa sanat. Cum lomento strumas & tubercula discutit. **D** Lumbricos semen cum passo potū pellit, genituramq; auget. Largius tamen sum- ptum, mentem non sine periculo mouet, quapropter copiosiorē & cōtinuum eius usum cauere oportet. Succus cum cerussa, aut argenti spuma, necnon aceto & rosa- ceo illitus, ardentes in summa cute inflammationes iuuat.

EX GALENO.

Dioscorides res
reprehenditur.

Coriannon siue Corion, aut utcunq; uocare lubet. Vetustiores Græci Corian- non nominabāt, ac recentiores omnes medici Corion appellant, sicut & Diosco- rides refrigeratoriā esse herbam dictitans, sed perperā. Siquidem ex contrarijs con- stat facultatibus, plurimū habens amaræ essentiae, quam ostendimus esse tenuium partium, & terrenam, nec modicum etiam aqueæ humiditatis obtinentē, quæ est fa- cultatis tepidæ. Habet autem & adstrictionis pauxillum. Ex quibus omnibus ua- riè quidem agit ea quæ scribit Dioscorides, & non tantum ex refrigeratione. Cæte- rum ego cuiusq; particulatim actionis causam enarrabo, tamen si propositum fue- rat mei unius duntaxat hoc in libro sententiā expromere. Sed fortè nihil obstat, imò si uerum fatendum est, proderit nōnihil superiores methodos, quæ in paucis medicamentis sunt dictæ, hunc in modum repetere. Primum ergo nō Dioscorides tantum, sed & alij complures medicorū in determinatē & citra limitationē de mor- bis pronunciant, sicut sanè hac quoq; tempestate non paucos reperias medicos insi- gnes, præter alia, hac in re maximè hallucinantes. Interdum enim atra, liuida, frigi- daq; reddita parte quæ erysipelas habuit, nec amplius refrigerantia poscente medi- camenta, ceu antea, sed ea quæ infixum parti præter naturam humorem euacuent, ij tamen refrigerare perseuerant. Aliquando autem ad digerentia quidē transeunt, cæterum erysipelas sanare dicunt. Et sanè scribunt incipientibus etiamnum & cre- scentibus erysipelatis alia cōuenire medicamenta, aliaq; declinantibus. Verum res ita non habet. Neq; enim erysipelas etiam uocari debet posteaquam inflammatio eius



CORIANDRUM

Coriander.

c eius & feruor, ac biliosum illud abierint: neq; quæ facultate sunt frigida, neq; quæ illa sanant, remedio esse putandum est, sed uelut si uel initio protinus aut percussis, aut alia de causa quauis tumor in parte quapiã aut liuidus, aut niger extiterit, eum frigidum esse affectum existimabis, & quæ digerant excalfaciantq; poscere: ad eundem modum si calida affectio in frigidam reciderit, negligenda quidem prior est, sed secunda alio nomine appellanda. Aut si displicet nominis mutatio, saltem sicut aliqui alia scribunt principij, alia declinationis remedia, haud frigida esse aut manentes declinationis remedia, concedendū sanè est, si cui ita placet, ut talis affectio etiam erysipelas uocetur: sed eam etiam calidā dicere ubi iam refrigerata est, id uerò ne utriquam concedendum. Itaque ne quod tunc ei auxilio est, refrigeratorium esse credamus, sicut Dioscorides Coriannon, quod, ut ipse ait, cum pane aut polenta illitum erysipelas sanet. Nam quod exquisitum est erysipelas, & iam utique inflammatum & flauum est, nequaquam cum pane sanabit Coriannon, sed illud quod iam refrigeratum est. Proinde nos superioribus uoluminibus, quum determinata ac definita experientia cuiusq; medicamenti facultatem explorandam censuimus, quammaximè fieri posset simplicissimum eligi affectum consuluimus. At plerique medici, neq; quod uel plurimi morborum protinus ab initio compositi inuadant, norunt, neque quod alius affectus sit erysipelas exactum, alius uerò is qui uocatur ab omnibus nobis usitatè, ut à ueteribus quoq; phlegmone. Alij autem inter hos medij plurimi, partim ut sic dicam erysipelata phlegmonode, partim phlegmonæ erysipelatodes. Ac inuenias nōnunquam ubi neutrum uincat, sed ad unguem paria sint. Quinetiam nōnunquam cedematodes esse erysipelas cōspicitur, sicut aliud d scirrhomides, ut compositorū morborum haud paruus acruetur numerus. De quibus copiosius cum alibi disseruimus, tum in libris de curandi ratione. Dicitur autem & nunc, quoad saltem eorum meminisse necesse est, quod exactum erysipelas haud unquā ab antedicto cataplasmate curari possit. Voco autem exactum, quum à biliosa fluxione pars impleta fuerit. Porro quod longè à refrigeratione absit Coriandrū, uel ex ijs quæ ipse scripsit Dioscorides discere licet. Nam strumas, inquit, cum lomento discutiit. Quod uerò nullum refrigerantiū medicamentorū idoneum sit discutiendis strumis, uel ipsum Dioscoridē non dubitare arbitror, ut qui sexcenta scripserit medicamenta strumas sanare potentia, quæ omnia temperie calida, & actionibus digerentia esse cōfessus est. Haftenus Galenus: cuius quidē, etsi proluxa sint, uerba ideo recensere placuit, ut uulgi & nōnullorum etiam medicorū errorē detegeremus, qui præter ueritatē Coriandri temperamentū esse frigidum asserunt. Deniq; ut ex hoc loco discerent studiosi, quàm periculosum sit Dioscoridis ac aliorū ueterum scripta sine limitatione sequi. Admonitos quoq; lectores esse uolumus, hoc caput ex eorum esse numero, in quo Galenus à Dioscoride dissentit.

Libro xliij.

Exquisitum erysipelas.

Periculosum Dioscoridis scripta sine limitatione legere.

EX PLINIO VALERIANO MEDICO.

Non dubitanter Coriandro refrigeratrix potestas datur, nō tamen simplex, ut prudentissimè Galeno uidetur, sed cui quædā portio austeritatis immixta sit, inde quod quædā ex eo uitia curantur, quæ nunquā omnino curaret, si sola uirtute frigida niteret. Cum melle & uua passā tritū & impositū, omnes tumores collectionesq; compescit. Præcipuè tamen isto genere medicaminis doloribus testium subuenit. Succo mālī granatī et oleo in potione permixtum, animalia interaneis innata persequit. Semen ex aqua potum solutionē uentris stringit. Scriptū à multis legitur tria Coriandri grana tertianas excludere ante accessionē si fuerint deuorata. Isdē quoq; repellendis efficax est ipsum Coriandrū ante solis ortum ignorantī cervicali uiride subiectū. Mirum est quod Xenocrates tradit, si unum seminis granū scœmina biberit uno die menstrua cōtineri, bīduo si duo, & toridē diebus quot grana sumpserit.

Eadē ferè sunt quæ alter Plin. lib. naturalis histo. xx. cap. xx. scribit, ideoq; omittere placuit. Tantū addit, Marcum Varronē putare Coriandro subtrito cum aceto, carnem incorruptā æstate seruari.

APPEN-

APPENDIX.

Non transeundum silentio erit quod Dioscorides hic diligenter monet, Coriandri copiosum & cōtinuum usum esse fugiendum. Ideoq̃ errare uehementer recentiores medicos, qui eo tam frequenter, potissimum ad caput roborandū, cui insensibilissimum est, utuntur, manifestius est quā ut probatione indigeat. A quo sanè errore uel id saltem reuocare eos deberet, quod idem Dioscorides, libro sexto, Coriandrum inter uenena connumeret.

Coriandro nō copiose & cōtinuò utendum.

EX SYMEONE SETHI.

Stomacho bonum est, & eundem corroborat. Cibos in uentriculo donec probe cōcoquantur retinet. Tostum igne uentrem sistit. Prodest ad phlegmonas & calidas temperaturas. Sanguinis profluuiū potum, & si imponatur, compescit. Cum uino potum, lumbricos educit: immodicus tamen eius usus delirium facit. Huius etiam succus potus uenenum est & occidit. Qui enim hunc bibunt, muti fiunt, & desipiunt.

DE CASSYTHA CAP. CXXX.

NOMINA.



ΑΣΣΥΘΑ recentioribus Græcis: Cassutha, y litera in u transeunte, ut sæpe fieri solet, Latinis appellatur: officinis & herbarijs nostræ ætatis hinc deflexa quadam pristini nominis umbra, Cuscutha dicitur, cum primum Cassutha, dein cōuersa Cuscutha, postremo Cuscutha cōpperit appellari. Sunt qui podagram lini uocant, quod quasi compedibus id cui infederit illi get, nec uinctum eo facile possit extricari. Germanis *Silgstra* uel *oder Glachssiden* uel *oder Todtern* dicitur. Errant qui Dioscoridis Androsacen esse putant, cum ueteres Græci, quod sciam, de Cuscutha hodie dicta, nihil memoriæ prodiderunt. Plinius tamen lib. xvi. cap. ultimo, eius uidetur meminisse ijs uerbis: Est & in Syria herba quæ uocatur Cassythas, non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumuoluens sese: Cassytas enim legendum non Cadytas: sic enim codices aliquot Pliniani, ut in suis annotationibus doctissimus Hermolaus admonet, ijsq̃ emendatiores, habent. Iam igitur memoria Plinij Cassytas herba suo nomine Syriaco uenerat in Latium, quod multis postea seculis usurpantes tam Pœni quā Arabes, suis scriptis protriuerunt. Quod autem Plinius sine spiritu protulit, id librariorum culpa factum esse suspicor, qui inuertentes mutarunt Cassythas in Cassytas.

Podagralini.

Androsacen non est Cassutha.

Plinij locus emendatus.

FORMA.

Herbosis fruticibus adnascitur, earum adminiculo fulta: radice nulla, sed uelut ab alarum sinu prodeunte cirro capillamentoue miræ longitudinis, statim ab eius ortu sese ramulis conuolvente. Quæ iam ueluti clauiculis nixa, sensim proserpens herbarum fastigia scandens, & crebris uolutionibus opere topiario per uertices rotata, comas herbarum complectitur: tam uolubilis illi natura est. Folijs uidua cernitur. Florem fundit album, semine quoq̃ scatet tenui. Cirri dilutiores rutilant purpura, nōnunquam ex rubro rufescunt, fidibus lyrarum crassitie pares.


LOCVS.

Non in terra, sed in herbis arboribusq̃ passim nascitur Cassythas, quas tam spisso sæpius irretit cōtextu, ut tentorij modo herbosum cespitem à sole uindicet. Non nunquam cacuminib. impendens stirpes humi deturbat, propriamq̃ parentē suis laqueis strangulat, aut continuò materni alimenti suctu perducit ad tabem.

TEMPVS.

Æstate, Iulio potissimum & Augusto mensibus, maximus illius in Germania prouentus esse solet: hoc enim tempore tanta eius est luxuria, ut mole sua stirpes onerata: ferè procumbere uideantur.

TEMPERA-



CASSIA

Flachs seiden.

TEMPERAMENTVM.

In primo calefacientium abcessu seu ordine, & desiccantium secundo statuendum: quendam enim resipit amaritudinem.

VIRE S.

Abstergendi naturam obtinet, & cum quadam adstrictione roborandi facultate praedita est. Iecinoris impedimenta laxat, infarcti & obstructi lienis expedit uiria, uenas pituitosis atq; biliosis exonerat humoribus, pellit urinam. Regio morbo subuenit qui iecinoris obstructionibus contrahitur. Febris ijs auxiliatur quae pueros male habent: sed usu nimio stomachum sua astrictione grauat: uerum noxa tollitur, si Anisi momentū adijciatur. Natura eius flauam bilem per aluum exigere, sed efficaciorē cum Absinthio praebet effectum. Hae quidem ex Pœnorum ac Arabum sententia facultates Cassuthae tribuunt, qui utiq; uires illius longè magis gliscere pollicentur, si parentis ingenium ei patrocinetur. Hinc est quod hanc forsitan ueteres Græci, quamuis triuiālem, eo nomine subticuerunt, quod natiuas suae merito parentis dotes adsciuisset, è sinu cuius uernaculum ebibens humorem aleretur. Nam ut testatum iſdem Arabicæ factionis medici reliquerunt, si calidæ insidet herbae arboriue, calidam sortietur facultatem, & si decubuerit frigida, uim sibi frigidam uendicabit.

DE CESTRO CAP. CXXXI

NOMINA.

KESTPON græcè, Betonica seu Veronica latinè: in officinis antiquū nomen retinuit, Braunbetonick germanicè appellat. A uarietate autem & copia remediorū, Cestron à Græcis dicta est: hac siquidem uoce opus inter punctū, ac uicē pictum nominauere. Libri etiam à uarietate subiecti, ab aliquot Græcis hoc titulo inscripti sunt. Plinius quoque aliquando Ebur cestrum, id est, picturatum dixit, Betonica uerò ab inuentoribus Veronibus, Hispaniæ populis, nominata est.

FORMA.

Herba est caulem tenuem obtinens, cubiti altitudine, aut maiorem, quadrangulum. Folia longa, mollia, quernis similia, per ambitum incisuris diuisa, odorata, prope radicem maiora. In summo caulium semen ueluti Thymbræ spicatum inest. Radices subsunt tenues ut Ellebori.

LOCVS.

Nascitur in pratis, syluis, montosis, frigidis & opacis locis, ideoq; Græcis *ψυχότρος* - *ψυχότροφορ*. φον uocata est.

TEMPVS.

In Maio & Iunio mensibus floribus abundat.


TEMPERAMENTVM.

Calida & sicca in primo ordine completo, aut in medio secundi.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Folia Betonicæ carpunt & siccantur plurimos ad usus. Radices cum hydromelite potg. pituitosam uomitionē eliciūt. Folia dantur ruptis, cōuulsis, uulua affectio- nibus, & eiusdē strangulationib. drachmę unius pondere cum hydromelite. Ternę in uini sextarijs duobus cōtra serpentū morsus ebibunt. Herba ipsa illita uenena- torū morſib. prodest. Aduersus etiā uenena drachma ex uino pota cōuenit. Hanc si quis præsumpserit, letale haustu uenenū nihil nocebit, Vrinā cit. Aluum subdu- cit. Medei comitialibus & furiosis cum aqua pota. Iecinoris & lienis uitij drachmę pondere cum aceto mulso pota succurrit, Concoctionē adiuuat, si quis à coena eam

g fabæ



BETONICA

Betonicæ.

A fabæ magnitudine cum melle cocto deuorauerit. Eodem modo & acida ructantibus propinat. Stomachicis eam manducare, & succum deuorare proderit, si potesta dilutum uino sorbeatur. Datur sanguinem excreantibus trium obolorū pondere cum diluti uini cyatho uno. Ischiadicis, renum & uesticę dolorib, ex aqua. Hydropicis autem binis drachmis, febrientibus cum hydromelite, non febricitantibus, cū mulso, Regio morbo laborantes recreat, Menses ducit drachmæ pondere cum uino pota. Aluum purgant drachmę quatuor cum hydromelitis cyathis decem pota. Cum melle tabidis, purulentis auxiliatur. Folia cum inaruerint trita ad hos effectus fictili uase reponuntur.

EX GALENO.

Vim habet incidendi, ut gustus indicat. Amariuscula enim est, & subacris ipsa herba, id quod & particulatim edita ostendit actio. Nam consistentes in renibus lapides rumpit, & pulmonē & thoracem & iecur expurgat, abstergitq. Menses mouet, & comitialibus prodest. Rupta atq. conuulsa curat, & omnibus bestiarū moribus illita ulceri auxiliatur. Acidum ructantibus & ischiadicis bibita succurrit.

EX PLINIO.

Morsibus serpentum imponitur Betonica præcipuē, cui uis tanta perhibetur, ut inclusa circulo eius serpentes, ipsæ sese interimant flagellando. Datur & ad ictus venenae denarij pondere cum tribus cyathis uini, uel farina drachmis tribus sextario aquæ imponitur. Obolis tribus in aqua, contra purulentas, contraq. cruentas excreationes facit. Faciles præstat uomitiones radix eius Ellebori modo quatuor drachmis in passo aut mulso. Ischiadicos dolores & spinæ leuat eiusdem farina ex aqua mulsa. Aluum soluit drachmis quatuor, in hydromelitis cyathis nouem. Folia siccantur in farinam plurimos ad usus. Fit uinum ex ea & acetum, stomacho & claritati oculorū. Paralyfin sanare dicitur. Eadem torpentibus membris prodest. Ad lateris & pectoris dolores farina eius bibitur.

DE BETONICA ALTERA CAP. CXXXII

NOMINA.

DVAS esse Betonice species præter Paulum Aeginetam lib. vii. Plinius etiam lib. xxv. cap. vii. abundē docet: & in aliquibus Dioscoridis codicibus huius quoque secundæ Betonice mentio fit. Hanc itaque posteriorem, tam officinæ quàm herbarij medici Tunicam, detractis à Betonica duabus literis prioribus, nomināt. Germanis *Grasblumen* & *Regelblumen*/ quod flores eius garyophyllorū odorem referant, appellare placuit.


GENERA.

Duū est generum. Vna siquidem syluestris est, quam Germani *wild Regelblumen*/ hoc est, syluestrem Garyophylleam, & *Dondernegele*/ *Seldnegele*/ & *Blutströpfle*. Altera altilis est, quę alio nomine Betonica seu Vetonica coronaria, quod illius in coronis nimius usus sit, dicitur. Germani *heymisch Regelblumen*/ quasi domi natam Garyophylleam appellant.

FORMA.


Specie multum à priore Betonica differt. Radicem enim totam rubram, odoratamq. habet. Folia porracea, oblonga, stamina quo medium diuiditur puniceo ac rubente, cum recto calamo triangula, floribus in uertice purpureis. Hęc Dioscoridis delinatio utriq. generi cōmunis est: priuatim tamen syluestris Betonica herba fruticosa est, folijs porri, oblongis, angustis, per extremū mucronatis, cæsijs, coloribus calamis, teretibus, geniculatis, cubitalibus, floribus speciosis, simplicibus, qui quinis, senisue folijs constant, lentē fimbriatis, magna ex parte purpureis, quamuis & interdum niuei conspiciant. Altilis seu coronaria, folijs est porraceis,

g 2 oblon-



BETONICA
SYLVESTRIS VNA.

Dondernegele.



BETONICA

SYLVESTRIS ALTERA.

Wildnegele.

354

BETONICA
ALILIS.

Regelblüm.



A oblongis, per extremum mucronatis, cōcoloratu cæsijs, teretibus cauliculis sesquicubitalibus, geniculatis, cōeuntibus pyxidatim internodijs, floribus omnium speciosissimis, Garyophyllorum odoratu, sed longè suauissimo, quandoquidem alius cocco rutilat, alius saturata nitet purpura, alius candido, alius emaculato blanditur colore, alius uersicolore uariatur cōmistu. Omnibus teres longiusculusq; calyx spectatur, orbiculo superiore denticulatus, à quo quina senaue folia prodeūt, lentè quidem fimbriata. Nonnulli tamen flores frequentiore coma stipantur, geminis utrinque emicantibus stamineis apicibus.

LOCVS.

Syluestris in pratis, montibus, nitidisq; locis nascitur. Coronaria uerò passim in fictilibus uasis alitur, neq; facilè ædes inuenies, ante quas non expositam intuearis.

TEMPVS.

In æstate utriusq; magna est copia. Coronaria tamen longiori tempore durat, atq; æstiuas, autumnales, hyemalesq; fruit coronas.

TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse tum amaritudo, tum odor & alia multa declarant.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.


Animas hominum & corpora custodit. Contra nocturnas peregrinationes, loca insidiosa, & difficiles somnos cōmendatur. In totum, ad omnem medendi rationem celebrata. Recens trita uulneribus capitis indita dolorem finit. Vulnura glutinat. Fracta ossa extrahit, & hoc quotidie efficit, donec persanescat. Dolori capitis medetur, si decocta ea ex aqua caput perfundatur, aut temporibus cum bitumine illinatur, aut radix eiusdem suffiatur.

EX INCERTO.

B Farina eius tam aduersus toxica quàm serpentū & scorpionū ictus ex albo uino bibitur. Quartanæ reliquarumq; febrium horrores discutit. Comitibus opitulatur sub ipsam accessiōem propinata. Eadem per se carcinomatis inspergit, quæ tamen præstiterit herbæ succo prius abluisse. Estur contra uentris tineas. Succus pestis arcet contagia, atque etiam haustus, si iam morbus inuasit, liberat. Fit ex flore oleum ad canis rabiosi morsus, ad fistulas & parotidas, quibus illitu medetur. Visus aciem exacuit. Ieiuno sumpta dolorem dentium sedat, iure decocti colluto ore. Discutit grauedines. Partum, qui sine febre sit, accelerat. Neruorū uulneribus imponitur. Præsumpta ebrietatem arcet. Intertriginem in itinere faciundo non sentient qui ex uino biberint. Fastidia cum aceto mulso discutit. Iis qui ex morbis sese recolligunt aluum ex aqua calida deijcit. Vomitiones cohibet. Dolores podagræ ac inflationes uentris sedat. Venena rabiosi canis morfu impressa elicit plagæ distutius illigata.


APPENDIX.

Recentiores syluestris Betonicæ succum mirificè cōmendant in atterendo & educendo calculo, & medendis comitialibus. Altilis autem radicem contra pestis contagia utilem esse tradunt. Hanc ob causam ex floribus etiam eiusdem, medicamentum conficiunt, quod Conseruam hodie uocant, quod ad eundem usum adhibent.



COLCHICVM

Zeitlosen mit den blümen.



COLCHICI
FOLIA ET SEMEN.

Zeitlosen mit blättern und samen.

C

NOMINA.

Hermodyctylus.
Colchicum cur
dictum.
Ephemerum.



ΟΛΧΙΚΟΝ, ἢ ἐφήμερον Græcis, Bulbus agrestis Latinis, officinis & herbarijs Hermodyctylus dicitur. Germanis Zeitlosen. Colchicum à Colchide ueneni ferace, in qua nascitur, nomē desumpsit. Dictum uerò est Ephemerum, quoniam uno die sumptum interficiat, atque adeo ab altero Ephemero, quod minimè letale est, & de quo suo loco diximus, non solum figura, uerum etiam facultatibus differt. Et si uerò Ephemerum Colchicum etiam significet, tamen præcipuè id Ephemerum quod ueneno caret, hoc nomine intelligitur.

FORMA.

Autumni exitu florem subcandidum, crocino similem profert. Post florem folia Bulbo similia, pinguiora tamen. Caulem palmo altum, rufum ferentē semen. Radicem habentem corticem in nigro rufescentem, quæ cortice suo nudata, alba, tenera, succo plena, & dulcis inuenitur. Habet Bulbus eius in medio rimam fissuram, unde flos erumpit. Huius descriptionis in uniuersum notæ omnes ita Hermodyctylo nostro conueniunt, ut nemo, nisi Tiresia cæcior sit, Dioscoridis esse Colchicum ambigere possit. Exitu enim autumnii in pratis florem ædit albicantem, croci floribus similem. Posteriùs, Februario nimirum mense & primo statim uere, folia Bulbi, sed pinguiora, Caulem palmeum ferentem semen rufum. Radicem cortice in nigro, colore rufescente, quæ decorticata candicat, tenera, succo plena, & dulcis apparet. Bulbus etiam eiusdem diuisionē in medio obtinet, ex qua flos erumpit, ut pictura exquisitè tibi monstrat. His accedit, quod Serapio Arabs sub nomine Hermodyctyli, Dioscoridis Colchicon prorsus depingat. Alium tamen esse à nostro Hermodyctylo illum putamus, quem Aëtius, Paulus Aegineta lib. vii. & Actuarius peculiariter & priuatim articulorum doloribus conducere scribunt. Paulus enim separatim tanquam diuersorum mentionē fecit, & de Colchico & Ephemero diuersa ab Hermodyctylo capita constituit.

Hermodyctylus
recentiorum graecorum.

LOCVS.

Magnus Colchici in Messenia, & apud Colchos prouentus. Nascitur & passim in omnibus pratis Germaniæ nostræ.

TEMPVS.

Flores in Autumni exitu, ut diximus, apparent. Folia autem post flores generantur, & primo statim uere è terra erumpunt. Semen in æstate Iunio potissimum mense producitur.

TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccum nonnulli Colchicum in secundo ordine seu à medio recessu statuunt.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix eius comesta fungorum modo strangulando enecat. Hanc autem depinximus ne pro Bulbo deuorata aliquem lateat. Mirum est enim quantum ignaros propter suauitatē inuitet. Hæc Dioscorides. Proinde satis liquet Hermodyctyli huius nostri usum minimè tutum esse: uenenum enim est, & usque ad sanguinis excretionem per inferna subducit. Eius tamen, radicis potissimum & foliorum, ad enecandos ac abigendos pediculos usus esse potest.

REMEDIA CONTRA COLCHICVM.

Remedio sunt edentibus quæcunque contra fungos opem ferunt. Bubulum etiā lac potum, adeo ut quoties hoc affuerit, nullum præterea quærendum præsidium sit.

EX PAULO.

Ephemerum, quod nonnulli Colchicon, eò quod in Colchide nascatur, uocant, aut Bulbum agrestem, epotum protinus totum corpus prurire facit, uelut urtica & scilla

A scilla tactum irritatumque interiora erodit, stomachum urit cum ponderosa grauitate. Inualefcente autem malo, cruenta strigmentis mista per aluum egeruntur. Succurrendum, ut Salamandræ, uomitionibus & clysteribus. Sed antequam uires sibi adsciscat uenenum, dari debet foliorum quercus, aut glandiũ, aut malicorij, aut ferpylli decoctum cum lacte bibendum: aut Polygonij succus, aut furculorum uitis, aut rubi, aut tenerarum ferularum medullæ, aut myrti cum uino. Benefacit etiam castanearum interior tuniula, si cum aliquo è succis, quos prædiximus, assumatur. Origanum quoque cum lixiua potum, in idem efficax est. Adeo uerò exactum præsidium est lacuaccinum calidum potum, & simul in ore contentum, ut hoc præsentem nullum aliud desideretur.

DE CLEMATIDE DAPHNOIDE CAP. CXXXIIII.

NOMINA.



ΚΛΗΜΑΤΙΣ *κλεματις* Græcis, Clematis Daphnoides Latinis, Peruinca officinis, Vincaperuinca uulgo nominatur. Germanis, eò quod semper uireat, *Yngrün* / uel *Syngrün*. Clematida Græci, quoniam *κλεματις* unde *κλεματις* *κλεματις* *κλεματις* hoc est, sarmenta seu uiticulas per terram spargat, dixerunt. Daphnoides. *κλεματις* *κλεματις* *κλεματις* phnoida uerò à foliorum Lauri, quam eius folia habent, figura. Plinius lib. xxiiij. cap. xv. Clematida Ægyptiam nominat: libro autem xxi. cap. xi. Vincamperuinca, alioque nomine Chamædaphnen dici tradit, quod scilicet humilis uideat *κλεματις* *κλεματις* *κλεματις* Lau- *κλεματις* *κλεματις* *κλεματις* rus, ut nomen sonat. Non est autem cur eam Chamædaphnen putes quæ Romanis Laureola aut Laurago dicta est: hæc enim à Vincaperuinca genere & facultatibus diuersa est, & seorsim illam Chamædaphnen depingit Plinius lib. xxiiij. cap. xv. ut hinc manifestissimũ sit Plinio duplicem esse Chamædaphnen. Vnam quam *κλεματις* *κλεματις* *κλεματις* sic appellant Dioscorides, Galenus & alij Græci. Alteram quam priuatim Vincamperuinca alio nomine uocat Plinius. Sic autem, quod humi serpat, & se in modum funiculi porrigat uicina quæque uinciens, appellat.

FORMA.

Sarmenta oblonga habet, iunceæ crassitudinis. Folium exiguum, Lauro figura & colore simile, multo tamen minus. Iam si quis imaginem & effigiem Clematidis daphnoidis exquisitius exploret, ea deprehendet esse quæ hodie uulgò Vincaperuinca nominatur. Hæc enim humiles & graciles spargituncos, foliaque Lauri figura & colore obtinet, multo tamen minora: flore hyacinthino seu in purpuram cœruleo, inodoro, rotundo, folijs quinque sed continuis distincto. Ea etiam, ut Plinius ait, semper uiret, in modum lineæ folijs geniculatim circumdata. Hybernas sua perpetua fronde texit coronas.

LOCVS.

Gignitur pingui, umbroso, lætoque solo, sed inculto, in agrorum uinearumque marginibus.

TEMPVS.

Hæc etsi nunquam non uirescat, uere tamen duntaxat florescere uidetur, Martio potissimum mense & Aprili.

TEMPERAMENTVM.

Siccitas in Clematide, Paulo Aegineta teste, cæteris qualitatibus præualet. Id quod gustus etiam ostendit: gustanti enim adstrictionem quandam & amarorem habere uidetur. Adstringit autem modicè, sed fortiter amara est. Siccat itaque, at citra mordicationem.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Huius caules ac folia in uino pota, alui profluvia & dysenterias finiunt. Vteri dolores cum lacte & rosaceo, aut cyprino in pello apposita sanant. Commanducata dentium



CLEMATIS
DAPHNOIDES.

Sprengel.

A dentium dolorem mitigant. Venenatorum moribus imposita profunt. Feruntur & aspidum moribus cum aceto pota auxiliari.

EX GALENO.

Clematis daphnoides nequaquam est exulceratoria, neque acris, imòalui profluuijs & dysenterijs cum uino pota prodest, dentiūq; dolores mansa mitigat. Vteri doloribus in pello admotum usui est, tantum abest ut urat aut ulceret.

EX PAVLO.

Clematis quibusdam Daphnoides, alijs Myrsinoides, nōnullis Polygonoides, sarmenta habet praelonga, crassitudine iunci, folium uerò Lauri. Siccandi facultate pollet, qua alui fluores, difficultates intestinorum, & dentium dolores finit. Contra uenenatorum morsus prodest.

APPENDIX.

Iam cōmemoratæ facultates satis ostendūt Clematida daphnoida esse Vincam-peruinca: nam codex antiquus manuscriptus, quem in rebus dubijs lubens cito & sequor, easdem prorsus uires Peruincae tribuit. Sanguinis enim ē naribus profluuiio mirū in modum prodesse tradit. Item ijs qui sanguinē uomunt aut spuunt. In summa omnem sanguinis fluxum folia eius sistere asserit, ita ut euidentissimum sit Peruinca officinarum eandem esse cum Clematide hac nostra. Quibus etiam accedit pictura & descriptio eiusdem, quæ utraque adamussim Peruincae nostræ respondent.

DE CARDAMO CAP. CXXXV.

NOMINA.

KΑΡΔΑΜΟΝ græcè, Nasturtiū satium latinè dicitur. Officinis latinum nomen retinuit. Barbari nostræ ætatis herbarij Cressionem hortensem uocant. Germanicè Gartentress dicitur. Cardamū uerò Græcis nonnulli dictum esse arbitrantur, ὡς τὸς καρδίας, quod cor foueat, & in syncope illa, quam Cardiacam nominant, plurimum ualeat. Alij diuersa ratione usi, sic dictum quod caput edomet, quasi καρδία, putant. Nam arcem mentis obsidens suo ferit acremento, & ignea uir præditum caput tentat. Sunt ē Græcis qui καρὰ τὸ σπῆρας μύειν, id est, quod pupillas oculorum coeuntibus unā palpebris abscondat, ita dici censeant. Nam luminibus admotum subinde cogit conuiuere. A quo, ut uolunt, euentu καρδία μύειν uerbum declinarunt, quod conuiuere nostra lingua dicimus. Nasturtium autem appellatum est, Varrone & Plinio testibus, à naribus torquendis, quod odore & seminis acrimonia sternutamenta prouocet.

Cressio hortensis
Cardamum un-
de dictum.

καρδία μύειν
Nasturtiū quare
appellatum.

FORMA.

Nasturtium caulibus assurgit sesquipedalibus, statim à radice minorū foliorum pediculo, floribus candidis, semine per ramorum latera copioso, firmo, calyculis orbicularibus contento, acris sapore.

LOCVS.

Pasim in hortis satum prouenit.


TEMPVS.

Floret æstate, Iunio potissimū mense. Sequenti tempore semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Nasturtij semen calefacit & desiccatur ordine quarto. Herba quoque sicca similem femini facultatem possidet. Humida autem adhuc & uiridis propter aqueæ humiditatis admistionem multo inferior est, adeoq; sic mordacitas eius moderata est, ut cum pane ea uti liceat ceu obsonio.

h VIRES.



NASTURTIVM
HORTENSE.

Gartenkreß.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Omniū semen calefacit, acre est, & stomacho inimicum. Aluum turbat. Lumbricos pellit. Lienem imminuit. Foetus in utero enecat. Menses cit. Venerem excitat. Sinapis & Erucae semini simile est. Lepras & impetigines abstergit. Lienem illitum cum melle extenuat & reprimat, & fauos expurgat. Sorbitionibus incoctum ea quæ in pectore sunt educit. Potum serpentibus aduersatur. Suffitu easdem fugat. Capillos deciduos continet. Carbunculos rumpit ad suppurationem ducens. Ischiadicis cum polenta & aceto illitum confert. Oedemata & inflammationes discutit. Furunculos cum muria illitū ad suppurationes ducit. Herba omnia eadem, sed minore effectu, potest.

EX GALENO.

Nasturtij semen adurentis est facultatis particeps sicut Sinapi. Proinde coxendicis & capitis dolores, atque adeo quodcunque rubrificationē postulat, eo perinde atque Sinapi excalefaciunt. Miscetur quoque remedijs quæ exhibentur asthmaticis, tanquam id quod crassos humores ualenter incidere ualet, uelut & Sinapi. Nam per omnia ei simile est.

EX PLINIO.

Nasturtium Venerem stimulat, animum exacuit, aluum purgat. Detrahit bilem potum in aqua decem denariorū pondus. Cum lomento strumis illitum, operumque Brassica, præclare medetur. Capitis uitia purgat, uisum clarificat. Comotas mentes sedat ex aceto sumptū. Lienem ex uino potum, uel cum fico extenuat. Tusim ex melle, si quotidie ieiuni sumant. Semen ex uino omnia intestinorū animalia expellit, efficacius addito Mentastro. Prodest & contra suspiria cum Origano & uino dulci. Pectoris doloribus decoctum in lacte caprino. Panos discutit cum pice, extrahitque corpori aculeos. Et maculas illitum ex aceto. Contra carcinomata adijcitur ouorum album. Et lienibus illinitur ex aceto. Infantibus uero ē melle utilissimē. Sestius adijcit hoc serpentes fugare, scorpionibus resistere. Capitis dolores contritum, & alopecias emendare addito Sinapi: grauitatē aurium trito imposito auribus cum fico. Dentium dolores infuso in aures succo. Porriginem & ulcera capitis cum adipe anserino. Furunculos concoquit cum fermento. Carbunculos ad suppurationē perducit & rumpit. Phagedænas ulcerum expurgat cum melle. Coxendicibus & lumbis cum polenta ex aceto illinitur. Item licheni & unguibus scabris: quippe natura eius caustica est.

DE CRINO CAP. CXXXVI.

NOMINA.



K PINON καὶ λείων Græcis, Liliū siue Iunonis rosa Latinis, Liliū album officinis, weiß Lilgen/ oder Gilgen Germanis dicitur. Veteres Græcorū poëtæ fingunt ē Iunonis lacte respersa terra natum Liliū. Nancq; cum Hercules puer, quem ex Alcмене sustulerat Iupiter, Iunonis dormientis uberibus admotus esset, & lacte se repleffet, post suctum digressus mamma lacte copiose profluxit. Quod in coelo à puero uago & incerto suctu perusum est, lacteam effecit uiam: quod humi sparsum est, Liliū lacteo flore nitentē creauit, unde rosa Iunonis dictum.

Iunonis rosa quare dictum Liliū.


FORMA.

Liliū caule simplici, raro duplici, tricubitali, comoso, folijs longis, Satyrj effigie, ex herbaceo nitentibus, flore eximij candoris, folijs foris striatis, & ab angustijs in latitudinem se paulatim laxantibus, forma calathi, resupinis per ambitum labris, luteis emicantibus ex fundo calycis apicibus, alterius quam flos odoris, constat.



LILIVM

Weiß Lilgen.



LILIVM
CROCEVM.

Soldtgilg.

h 3

C Flos ille languido semper collo est, nō sufficiente capitis oneri. Radix bulbosa. Hęc descriptio planē huic Lilio cōuenit, quod hodie candidum uocamus. Nos alterius etiā generis pīcturam adieciūmus, quod Croceum appellauimus, à flore eius, qui non, ut in priore, candidus, sed croceus est. Folia quoq; eius angustiora sunt quā prioris, aliās simile, ut pīctura luculenter ostendit.

LOCVS.

Pasim apud nos in hortis prouenit.

TEMPVS.

Floret initio mensis Iunij.

TEMPERAMENTVM.

Lilij flos temperaturā mistam obtinet, partim ex tenui, partim ex terrena essentia, ex qua utiq; in gustu amaritudinē habet, partim ex aquea, eaq; temperata. Radix autem & folia primi ordinis sunt exiccantiū & abstergentium, Plus tamen inest abstergentis facultatis in radice quā in folijs.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Lirinum oleum. Ex Lilij flore unguentū fit quod ab alijs Lirinum, ab alijs Susinum appellatur, ad emolliendos nervos, priuatimq; uuluarum durities aptum. Folia herbe illita, serpentium moribus subueniunt. Feruefacta ambustis profunt. Eadem in aceto condita uulneribus opitulantur. Succus foliorum cum aceto & melle in aëreo uase coctus, cōtra uetusta ulcera, & recentia uulnera medicamentū fit. Radix assa, aut cum rosaceo trita ambustis medetur, uuluam emollit, menstrua ducit, & ulceribus cicatricem inducit. Cum melle subacta neruorum præcisionibus & luxatis auxiliatur. Alphos, lepras, furfuresq; emendat. Achores abstergit, faciemq; emendat & erugat. Testiculorū inflammationes trita cum aceto, aut Hyoscyami folijs, & farina triticea demulcet. Semen contra serpentium morsus potum ualeat. Illinuntur sacris ignibus semen & folia cum uino trita,

EX GALENO.

Quod ex flore Lilij conficitur oleum & unguentum, citra mordicationem digerendi simulq; emolliendi facultatem obtinet. Vnde fit ut uteri duritiebus sit aptissimum. Porro radix foliaq; per se trita desiccant & abstergunt & digerunt moderate; proinde quoque ambustis competunt; siquidem hæc quoq; moderate desiccantem extergentemq; facultatem postulāt. Radicem ergo assam tostāmue, ac deinde cum rosaceo cōtritā, ambustis quoad obducatur cicatrix imponunt; quippe cum alioqui & aliorum ulcerum omnium bonum sit inducendæ cicatrici remediū. Quinetiam uteros emollit, mensesq; prouocat. Folia uerò præcoquentes, & ipsa ad obductam usq; cicatricem imponunt, non in ambustionibus duntaxat, sed alijs quoq; uulneribus. Sed sunt qui aceto ea cōdientes ad uulnera suo tempore utant. Quum alphos, aut psoram, aut lepram, aut achoras, aut aliquid id genus extergere uolumus, cōmiscemus illi aliquid aliorum medicamentorum ualidius extergentiū, cuiusmodi mel est. Cæterū si id moderate illi ac cōuenienter admisceatur, & ad neruorum diuisiones competit, & ad alia uniuersa quæ ualenter exiccari postulant absq; morfu. Imposuimus uerò etiam quandoq; & foliorū succum cum aceto & melle coctū. Quinque partibus succi plus utroq; erat, atq; insigne medicamen ad omnia ea quæ exiccari postulant absq; morfu fuit, ceu uulnera omnia ingentia, & maximè quæ in capitibus musculorū eueniunt, & quæcuncq; humida flaccidāue, diuturna & ægrè ad cicatricem perducuntur.

EX PLINIO.

Lilij radices multis modis florem suum nobilitauerunt, contra serpentium ictus ex uino potæ, & contra fungorum uenena. Propter clauos pedum in uino decoquantur,

Aquantur, triduoq; non soluuntur. Cum adipe aut oleo decoctæ pilos adustis reddunt. E mulso potæ inutilem sanguinem cum aluo trahunt. Lienis & ruptis & uul-
 sis profunt. Et menstruis foeminarum in uino decoctæ. Impositæq; cum melle ner-
 uis præcis medentur. Lichenas, lepras & furfures in facie emendant. Erugant cor-
 pora. Folia in aceto cocta uulneribus imponuntur. Epiphoris testiu in melle cum
 Hyoscyamo & farina tritici. Semen illinitur igni sacro. Flos & folia ulcerum uetu-
 stati imponuntur. Succus qui flore expressus est ab alijs mel, ab alijs syrium uoca-
 tur, ad emolliendas uulvas utilis. Sudores mouet, suppurationes concoquit.

EX SYMEONE SETHI.

Odoratum frigido capiti prodest. Oleum uerò quod ex ipso paratur, uim habet
 discutiendi & emolliendi. Huius autem radice quidam utuntur ad uulnere san-
 nationem.

DE CUCURBITA SATIVA CAP. CXXXVII

NOMINA.



ΚΑΟΚΥΝΘΑ ἐδωδισα Græcis, Cucurbita Latinis uocatur: officinæ
 latinum nomen retinuerunt. Germanis Kürbß. Græci ex aduerso uo-
 cabulum imposuere, καλακύβητι nominantes, quod scilicet pumili bre-
 uesq; sint partus, quos ipsa pascim enititur, cum tamen corporis mole
 omnes herbarum arborumue fructus uideantur superare. Cucurbitā uerò Latini
 à concuruatu haud dubiè dixerunt, quod facile si quid obstiterit aut fuerit impedi-
 mento quo minus extendatur, incuruescat.

GENERA.

B Plinius lib. xix. cap. v. duo satiuæ Cucurbitæ genera facit. Vnam camerariā uo-
 catam, quæ facili & admodū flexibili ramorū curuitate, tecta, pergulas & testudi-
 nes operit. Alterā plebeiam, quæ scilicet suis flagellis humi repit. Nos ad formā re-
 spicientes tria eiusdem genera fecimus. Vnam maiorē, altera uerò minorem. Maio-
 rem uocauimus sic à floribus & fructu, quos maiores habet. Minorem contrā, quæ
 prædicta minora obtinet. Tertiā longiorē, à fructu oblongiore diximus.

FORMA.

Cucurbita amplexicaulis est, reptantibus flagellis in altum scandens, in ramosq;
 uitis modo se diffundit: tamen ob caulis infirmitatē, humi spargitur, ni propius ad-
 sit cui caducus innitatur: folio rotundo, Personatæ aut Afari folijs haud dissimi-
 li: flore candido, fructu coloris herbacei primum, flauo paulò post, pyri forma tur-
 binato, qui aut in longum prorogatur, aut in orbem collectus intumescit, aut in
 breue crassamentū cogitur. Cortex recentis tener, inueterato durus, quo carne
 prius exinanito peregrè proficiscentes urceorū uice frequenter utuntur in eo uina
 condentes, quo per iter se à sitis iniuria uindicare possint.

LOCVS.

Amat rigua & aquosa loca Cucurbita, nec nisi lata prouenit.

TEMPVS.


Tardius in Germaniā ob soli frigiditatem fructus Cucurbitæ maturefcit, ideoq;
 uix ante exactum autumnū maturum eius fructum inuenies. Cibus autem quoti-
 dianus, donec lignescat, esse potest.

TEMPERAMENTVM.


Cucurbita frigida humidæq; temperaturæ est, utraq; qualitate secundi ordinis.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Cucurbita cruda trita & illita, cedemata, abscessusq; mitigat. Ramenta eius
 h 4 infan.



CUCURBITA
MAIOR.
Gros Kurbis.



CUCURBITA
MINOR.
Klein Kürbis.

370

CUCURBITA
OBLONGA.

Lang Kürbß.



infantibus contra capitis ardorem, quam siriasin uocant, in sincipite utiliter illinuntur. Oculorū inflammationes, podagrasq; similiter iuuant. Succus ē ramentis confusus per se, & cum rosaceo instillatus, aurium doloribus auxiliatur. Aduersiones cutis inunctus adiuuat. Totius Cucurbitæ elixæ & expressæ succus cum exiguo melle & nitro potus, aluum leniter soluit. Si quis in Cucurbitā crudam excauatā uinū infundat, & sub dio habeat, temperaturūq; ieiunus bibat, aluum leniter molliet.

EX GALENO.

Succus ramentorū Cucurbitę ad aurium dolores cum phlegmone iunctos, cum rosaceo utentibus prodest. Sic tota quoq; illita calidas phlegmonas mediocriter refrigerat. Comesta humida est, & sitim arcet. Cruda cibo insuauis est, stomacho perniciosa, & concoctu planē inexpugnabilis, adeo ut si quis alterius cibi inopiaingere eam cōpellatur, ceu quidam iam ausus est, pondus cum algore uentriculo incumbere sit sensurus, stomachūq; euertet, & ad uomitionē concitabit, quæ una eum ab urgentibus symptomatis liberare potest. Hanc igitur, aliāq; ex fugacibus cōplura, aut mox quā elixata est, aut frictam in sartagine, aut assam omnes homines esse consueuerunt. Ipsa quantum in se est, humidū frigidūq; corpori alimentū præbet, ac id ipsum ea de causa exiguum, sed leuiter per aluum subit, cum ob suæ substantiæ lubricitatem, tum ob cōmunem omnium humidorū ciborū rationem, qui scilicet citra adstrictiones tales sunt. Nec sanē infeliciter cōcoquitur, modo non anteuertat corruptio. Plura lib. ij. de aliment. facult. Galenus.


EX PLINIO VALERIANO.

Veteres medici de Cucurbita ita senserunt, ut eam aquam dicerent coagulatā. Galenus humidæ putat uirtutis & frigidæ, idq; ex eo probat, quod ipsa in cibo sumpta stomachū relaxat, bibendi desideria non excitat. Cætera etiam in Cucurbita talia ut apertè frigidæ potestatis exempla demonstret. Crudæ & tritæ leniunt omnē tumorem. In cibo sumptæ molliunt uentrem. Succus earum, ut Galenus ait, ad cōpescendum uelociter auriculæ dolorem tepesactus infunditur. Idem succus & dolorem dentiū mitigat, si diutius in ore teneatur. Sed & rosaceo mixtus, & unctioni corporis admotus, febriū restinguit ardores. Cinis aridæ corticis efficaciter potest combusta sanare. Eundem cinerē didicimus ab expertis uulnera in ueretro iam in putredinem uersa purgare, & ad cicatricem usq; perducere. Semini sicco illa uis traditur, ut in puluerem tusum & inspersum impleat uulnera quæ cauata sunt. Quidam illud in uino bibendum dedere, ut solutionesalui fluentis inhiberet. Viticulæ quoq; Cucurbitę iam senescentes cum passo & aceto dysentericis datæ, miro modo faucia intestina componunt.

EX SYMEONE SETHI.

Concoctu facilis, boniq; succi est, & admodū nutrit. Sitim sedat, urinā cit, & uentrem mouet. Calidis & siccis tēperaturis prodest, & inflāmationes uentris & iccoris sedat. Pituitosos autem lēdit, colicosq; affectus. Si malos humores assequitur, ab ijs corrumpitur, & malum succum generat. Semen genitale minuit, & Veneris appetentiam extinguit. Sanguis ex ea procreatus, consistentia tenuis est. Thoraci, pulmōni & uelicæ prodest. Succus ramentorum eius, cum rosaceo impositus, ad aures inflāmatione laborantes confert. Integra uerò illita, calidas inflāmationes refrigerat.

DE CO-



NOMINA.



ΚΟΛΟΚΥΝΘΙΣ Græcis, syluestris Cucurbita Latinis, Coloquintida *Coloquintida.* barbaris & officinis, Germanis wilder Kürbß/ uel Coloquint appellatur. Sic autem nominata est, quasi parua Cucurbita. Nam si eius fructum cum fructu satiuæ contuleris, quantitate longe minor erit, ac pilæ *Colocynthis una de dicta.* forma in orbem coactus.

FORMA.

Vitículas foliaq; per terram strata emittit, satiuo Cucumeri, ei nimirum quem Citrulum hodie officinæ uocant, similia, diuisuris scissa, fructum rotundū, mediocri pilæ similem, uehementer amarum, fungosa candidaq; intus medulla: flores, quod Dioscorides omisit, pallescentes ac luteos, Cucumeri iam nominato similes.

LOCVS.

In Germania sua sponte non nascitur, lata tamen prouenit, sed rarissimè perfectionem attingit, quod frigidior sit eius terra quàm quod in ea fructum proferre possit. In orientalibus enim & calidioribus locis nata ad nos defertur.

TEMPVS.

Eius flores in fine ferè æstatis, fructus autem extremo autumno apparent, qui primum quidem herbacei, mox pallidi fiunt. Legendi uerò sunt cum cceperint in pallidiorem colorem demutari. Et durat integris naturæ & uiribus ad quinque annos.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit & desiccatur in tertio ordine.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Medulla fructus purgandi uim habet, quatuor obolorum pondere cum mulla aqua sumpta, & cum nitro, myrrha & melle coacta in catapotium. Arefactæ pilæ tritæ, utiliter miscentur clysteribus ischiadicorum, resolutionis neruorum, & colico dolore affectorum, pituitam, bilem & strigmenta, interdum etiam cruenta educentes. Appositæ scetus enecant. Dentium dolores, si quis repurget hanc, & luto oblinat, & in aceto nitroq; inferuecat, & ad colluendos dentes det, tollit. Si uerò quis aquam mullam aut passum in ea decoxerit, & sub dio refrigeratum bibendum dederit, crassos humores & strigmenta purgat. Stomacho supra modum aduersatur. Sedi etiam ex ea balani subiiciuntur, ad excrementa eijcienda. Quinetiâ uirentis succo, ischiadici utiliter perficiantur.


EX GALENO.

Colocynthis gustu amara est. Sed quæ amarissimo dum potatur adsunt opera medicamento, ea euidenter efficere nequit, ob purgatoriam facultatem quam ualidam in se continet, nimirum cum ijs quæ expurgat, per aluum & ipsa excerni præuertens. Viridis ipsius succus intritus ischiadicis prodest.

EX PLINIO.

Herbacea arefacta per se inanit aluum. Infusa quoque clysteribus intestinorum omnium uitijis medetur, & renum, & lumborum, & paralyti eiecto semine. Aqua mulla in ea decoquitur ad dimidias, sic tussienti infunditur obolis quatuor. Prodest & stomacho, farinæ aridæ pilulis cum decocto melle sumptis. In morbo uerò regio utiliter semina eius insumuntur, & protinus aqua mulla. Carnes eius cum absinthio & sale dentium dolorem tollunt. Succus uerò cum aceto calefactus mobilis sistit. Item spinæ & lumborum ac coxarum dolores, cum oleo si infricetur. Præterea, mirum dictu, semina eius si fuerint parî numero adalligata febribus, sanare dicuntur quas Græci periodicas uocant.

374



COTONEA
MALVS.

Rüthenbaum.

NOMINA.

KΥΔΩΝΙΑ *μυλίη* Græcis, Mālus Cotonea & Cydonia Latinis, officinis Citonia, Germanis Küttenbaum nominatur. Cydoniam uerò Græci à Cydone Cretæ oppido, unde primum aduecta est, dixerunt. Cotonea uerò à Sidonte Corinthi uico nominata est. Sunt tamen qui sic uocatam uelint, quod mālā eius lana quadam tegi uideantur, quæ coton dicitur. At qui in re non admodū magni momenti, parum refert utram amplectaris sententiā.

*Cydonia unde dicta.
Cotonea.*

GENERA.

Cotoneæ arboris mālā Dioscoride & Galeno autoribus duū sunt generum. Alia enim minora, rotunda, odoratioꝛa sunt, quæ uera Cotonea appellant. Alia autem maiora, dulciora, ac minus acerba, Galeno in fine libri sexti de tuenda sanitate teste, Struthea nuncupantur.

Struthea.

FORMA.

Arbor notior est quā ut debeat representari. Mālo uulgarī haud dissimilis est, nisi quod infra magnitudinem illius subsidet, fructu scilicet incuruatos deprimente ramos, prohibenteꝛ parentem crescere. Folium quoque eius angustius à terra albicat. Poma tenui lanugine pubescunt, & incisuris crispantur, ut pictura affabre ostendit.

LOCVS.

In cultis & hortis prouenit. Locum tamē peculiariter & frigidum & humidum desiderat. Si in calido statuitur, assidua irrigatione illi succurri opus est: fert tamen mediocris situs, inter frigoris & caloris naturam, statum. Planis & dediuus gaudet.

TEMPVS.

Autumno poma eius maturescunt.

TEMPERAMENTVM.

Mālā Cotonea frigido & terrestri temperamento donata sunt, propterq; uincunt adstrictionem minus cæteris mālīs humida existunt, Frigida itaque sunt primo ordine, & sicca secundo.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Cotonea stomacho accommodata sunt, urinam mouent. Tosta mitiora fiunt. Cœliacis, dysentericis, purulenta excreantibus, cholericis profunt, præsertim cruda. Maceratorū liquor potus stomachi atque alui fluxionibus opitulatur. Succus crudorum assumptus orthopnoicis auxilio est. Decocto eorum sedes & uulua procidentes proluuntur. Quæ melle condiuntur, urinam cient, mel autem naturam eorum induit: quippe adstringens & conspissans obstruensue fit. Quæ autem cum melle coquunt, stomacho utilia sunt, & gustu iucunda, minus autem cōstringunt. Cruda cataplasmatibus miscentur ad cohibendam aluum, contraq; stomachi subuersionem & ardorem, mammarum inflammationes, lienes induratos & cōdylomata. Fit uinum ex ijs tuis & expressis, sed quo perduret, sedecim sextarijs succi, unus mellis adijcitur, alioqui acescit. Prodest autem ad omnia quæ dicta sunt. Vnguentum etiam ex ipsis cōficitur, quod Melinum appellat, quo utimur quando adstringenti oleo opus est. Eligi oportet uera, quæ parua, rotunda & odorata sunt. Struthea autem uocata & magna, minus utilia. Flos & uiridis & siccus cataplasmatibus utilis, ijs potissimum quæ adstrictionem desiderant conueniens. Inflammationibus oculorum, sanguinis reiectionibus, alui fluxionibus, mensiumq; impetui cum uino potus prodest.

Vnguentum melinum.

EX GALENO.

Eximium quid Cotonea præ alijs mālīs possident: nam & plus adstringunt, & durabilem succum habent, si cocta cum melle asseruare quis cupiat. Aliorū succus

i 2 repositi

C repofitus acefcit, utpote frigida humiditate multa redundans. Strutheorum quoq; fuccus perennare poteft ubi recte fuerit præparatus, quemadmodū & Cotoneorum: uerū hic minus fauuis & iucundus eft, maximeq; adstringit, ita ut huius quoque aliquando ufus fit idoneus ad uentris maiorem in modum diffoluti robur reftituendum.

EX PLINIO.

Cotonea cocta fauiora. Cruda tamen duntaxat matura, profunt fanguinē excreantibus, ac dyfentericis, cholericis, coeliacis. Non idem poffunt decocta, quoniā amittunt cōstringentem illam uim fucci. Imponunt & pectori in febris ardoribus, & tum decoquuntur in aqua, ad eadem quæ fuprafcripta funt. Ad ftomachi autem dolores cruda decoctæ cerati modo imponuntur. Lanugo eorum carbunculos fanat, cocta in uino, & illita cum cera. Alopecij capillum reddunt. Quæ ex ijs cruda in melle cōdiuntur, urinam mouent. Mellis autem fauuitati multum adijciunt, ftomachoq; id uilius faciunt. Quæ uerò in melle condiuntur cocta, quidam ad ftomachi uitia trita cum rofaceo folijs decoctis dant pro cibo. Succus crudorum lienibus, orthopnoicis, hydropicis prodeft. Item mammis, condylomatis, uaricibus. Flos & uiridis & ficcus, inflammationib. oculorum, excreationibus fanguinis, menfibus mulierum. Fit & fuccus ex ijs mitis, cum uino dulci tufus, utilis & coeliacis & iecinori. Decocto quoque eorum fouentur, fi procidant uulua & interanea. Fit & oleum ex ijs, quod Melinum uocauimus, quoties nō fuerint in humidis nata. Minus utilia Struthea, quamuis cognata.

EX SYMEONE SETHI.

Stomachū adstringunt & corroborant, & ante cibum fumpta uentrē cohibent, urinam prouocant. Si ad fatietatē edantur, difficulter cōcoquuntur. Dulcia minus adstringūt, acida uerò magis, uomitumq; compescunt. Post cibum fumpta uentrē mouent: fed quibus eft imbecilla facultas uentris retentrix, & excretrix ualida, plus cibi accipiant. Manfa à potu, uini uaporē in caput diftribui prohibent. Si qua prægnans, ut fertur, crebrius hæc comedat, puerum induftrium & uerfutum pariet.

DE CASTANEA CAP. CXL.

NOMINA.



CASTANA, ἢ δὸς Βάλανος, ἢ σαρδανία Βάλανος, ἢ λόπιμον Græcis: Castanea, Sardiniana glans, Iouis glans, Nuxq; castanea Latinis appellatur. Germanis nostris Castani/uel Kesten uocant. Castaneæ autem à Castano Magnesiæ oppido, unde primum aduectæ sunt, nominatas esse cōstat. Sardinianæ uerò glandes, quoniam in Sardinia optimæ nascantur.

Castaneæ unde dictæ.

Sardinianæ glandes.

FORMA.

Arbor est uulgò cognita, Iuglandi haudquaquam dissimilis, folio tantum uenofiore & fimbriato. Nux quam producit intus solida, & plurimum plana, triplici tegminis ambitu septa, membrana primum amara, mox lento cortice, demum echinato calyce.

LOCVS.

Puram & resolutā terram desiderat, opacoq; & septentrionali diuo læta. Montes & ualles diligit. In plerisq; Germaniæ locis copiosissima prouenit.


TEMPVS.

Ineunte uere germinat, seriusq; Vergiliarum occasu fructificat.

TEMPERAMENTVM.

Adstringit & exiccat Castanea haud secus quàm aliæ glandes. Calida uerò & sicca est primo ordine,

VIRE.



CASTANEA

Resten.

C VIRES. EX DIOSCORIDE.

Castaneæ adstringunt, eademq̃ quæ glandes possunt. Potissimū autem quæ inter carnem & corticem membrana est. Caro his qui Ephemeron, hoc est, Colchicon, biberunt, accommodata est.

EX GALENO.

Castaneæ inter omnes glandes principatum tenent, solæq̃ syluestrium fructuū alimentum memorabile corporibus præbent.

EX PLINIO.

Castaneæ uehementer sistunt stomachi & uentris fluxiones, sanguinē excreantibus profunt, carnes alunt.

EX PLINIO VALERIANO.

Castaneæ ex omnibus fortissimū quidem cibum corpori præstant, sed qui difficile concoquatur. Coctæ autem in carbonibus, uel in fictili uase sicco assatæ, & cum melle ieiunis datæ, tussientibus profunt. Aqua in qua cum suo cortice decoquūtur, coeliacis, dysentericis, sanguinemq̃ excreantibus bibenda haud inutiliter propinat. Interior membrana quæ corticē fructumq̃ discernit, ad tertiam partem decocta in aqua & potui oblata, mirē aluum fluentē refrenat, adeo ut Dioscorides putet etiam cathartico dato, per hanc potionem iri obuīam posse, si plusquā necesse sit, purget.

EX SYMEONE SETHI.

Copiosum corporali alimentum præbent, tardē transeunt, & difficulter coquuntur. Crassum humorē, capitis dolorem, & flatu efficiunt, uentremq̃ sistunt. Si torreantur, aut siccantur, multum nocumenti deponunt.

APPENDIX.

Capitis dolores creant, Inflationes pariunt, cōcoctu difficiles. Tostæ tamen crudis innocentiores sunt. Arefactæ multum noxæ remittunt. Tritæ cum melle & sale rabiosorum canum moribus imponuntur. Mammarū duritias discutiunt, cum hordeaceo polline & aceto impositæ, ijsq̃ uīno maceratis, & cum farina subactis, pelsi uice utuntur ad supprimendos menses.

DE CARYO BASILICO CAP. CXLI

NOMINA.

KARYON βασιλικόν Græcis, Regia nux & Persica, Juglansq̃ Latinis; officinis Nux simpliciter, Germanis Welschnuß appellatur. καρυον autem Græcis à capitis grauedine uocatam esse notissimum est. Nam folia arboris huius grauem expirant halitū, uiresq̃ eius in cerebrum penetrāt, atque adeo eos sopore tentans lædit qui sub arbore decubuerint. Basilicā uerò, Regiamue & Persicam, eò quod è Perside primum in Græciam à regibus delata sit, dictam esse constat. Juglandem à iuuando & glande nominatam existimant.

FORMA.


Arbor est prægrandis, multis prælongisq̃ nixa radicibus, procero caudice, multis summatim ramis ingentibus brachiato, ad binū ternūque cubitorū complexus sæpius crassescente, cortice hiulco, & in rimas altas dehiscente, folijs latis, oblongis, è iucundo grauius subolentibus, patulamq̃ iaculantibus umbram & insalubrem, per autumnum deciduis. Verni temporis initio ueluti quodam gestiente foliorum conceptu, panicula prælonga, callo squamatim compactili protracta, ordine nucis pineæ protuberat, dehiscitq̃. Flauescens statim quàm frondem facere cœpit, nutans caducaq̃ prolabitur. Tum super ramenti huius pediculū flos erumpit, totidemq̃ calyculacea tegumenta quot flores petiolo contrahuntur, singulisq̃ ijs singulæ includuntur nuces, multis munitæ inuolucris, primum herbaceo cortice, mox ligneo putamine, dein tenui tunica. Crispi intus nuclei quadripartitò digerunt.

Caryon unde
Græci appellat
larini.

Basilica & Pers
sica cur dicta.

Juglans.

Vmbra Juglan
dis arboris insa
lubris.



IVGLANS

Welschnuß.

i 4

C geruntur, lignosa intercedente membrana.

LOCVS.

Montibus læta, aquasq̃ odit. Passim in omnib. ferè Germaniæ hortis prouenit.

TEMPVS.

Germinat post afflatum Fauoni, non cacumine, ut maxima pars arborum, sed lateribus impulsio priore pullulo. Fructificat autumno.

TEMPERAMENTVM.

Huius temperamentum ex uirium enarratione patebit. Virides uerò nuces primo ordine sicca, secundo uerò calidæ censentur.

VIREs.

EX DIOSCORIDE.

Nuces iuglandes difficiles cōcoctu, stomacho inutiles, bilem augent, capitis dolorem faciunt, tussientibus inimicæ. Ad uomitiones ieiunis in cibo utiles. Præsumptæ & à cibo comestæ cum caricis & ruta letalibus uenenis aduersantur. Largius esitæ latos lumbricos pellunt. Illinuntur mammarū inflammationi, abscessibus, luxatisq̃ cum exiguo melle & ruta. Cum cepa uerò, sale & melle, canis hominisq̃ morfui conferunt. Tormina cum putamine suo crematæ & umbilico ad mortæ sedant. Cortex combustus, tritusq̃ in uino & oleo, infantibus inunctus capillos elegantes efficit, alopeciasq̃ replet. Siftit menses crematum tritumq̃, & cum uino admotum quod intra nuces clauditur. Vetusarū autem nucum nudei illiti, gangrænas, carbunculos, ægilopas & alopecias cōmanducati & impositi celeriter sanant. Fit etiam ex ijs contulis & expressis oleum. Recentes nuces stomacho minus nocent, dulciores enim sunt. Quam ob causam alijs miscentur, ut acrimoniam auferant. Illitu liuores quoque tollunt.

EX GALENO.

D Arbor tum in germinibus, tum in folijs ad strictionem quādam possidet. Cæterum euidentem & plurimam in nucis putamine recenti & sicco: proinde eo fullo-nes quoq̃ utuntur. At nos ea exprimentes, succo similiter ut mororum & ruborū decocto in melle, ut stomachico medicamento utimur, & ad omnia reliqua ad quæ modo dicti succi cōueniunt. Porro nucis ipsius quod edendo est, oleosum est & tenuium partium, ideoq̃ etiam facile † exprimitur: & quo diutius reconditum fuerit, magis tale efficitur. Quamobrè oleum ex eo inueterato exprimere licet: tunc sanè admodum discutiens fit, ut eo nōnulli gangrænas, & carbunculos, & ægilopas sanent: nōnulli uerò etiam ad neruos uulneratos utuntur. Cæterum si recens sit adstringentis nōnihil qualitatis quoq̃ obtinet. At quod imperfectū est etiamdum, & nondum siccum, ueluti reliqui fructus omnes qui uirides sunt, plenum est semicoctæ humiditatis. Cortex tamen eius ubi inaruit, tenuium partium & exicatoriū est medicamentum, morfus expers.

† Alijs ex ὀλῶ-
του, in bilem
ueritur.

EX PLINIO.

Arborum ipsarum foliorumq̃ uires, in cerebrū penetrant, hocq̃ minore momento, sed in cibis, nuclei faciūt. Sunt autem recentes iucundiores, sicca unguinosiores, & stomacho inutiles, difficiles cōcoctu, dolorē capitis inferentes, tussientibus inimicæ, & uomituris ieiunis aptæ in tenasmo solo: trahunt enim pituitā. Eadem præsumptæ uenena hebetant. Item anginam cum ruta & oleo. Item aduersantur cepis, leniuntq̃ earum saporem. Auriū inflammationi imponuntur cum mellis exiguo. Item cum ruta mammis & luxatis. Cum cepa autē & sale & melle, canis hominisq̃ morfui. Putamine nucis iuglandis, dens cauus inuritur. Putamen combustum tritumq̃ in oleo aut uino, infantī capite peruncto, nutrit capillum: & ad alopecias sic utuntur. Quo plures quis nuces ederit, hoc facilius tincas pellit. Et quæ perueteres sunt nuces gangrænis & carbunculis medentur. Item sugillatis. Cortex iuglandiū lichenum uitio & dysentericis prodest. Folia trita cum aceto, aurium dolori. In sanctuarijs Mithridatis maximi Regis deuicti, Cn. Pompeius inuenit in peculiari cō-
menta-

Amentario ipsius manu compositionē antidoti, duabus nucibus siccis, item ficis totidem, & rutæ folijs uiginti simul tritis, addito salis grano: & qui hoc ieiunus sumat, nullum uenenum nociturum illo die. Contra rabiosi quoque canis morsus, nuclei à ieiuno homine cōmanducati illitique, præsenti remedio esse dicuntur.

EX PLINIO VALERIANO.

Nux uiridis, ut potè adhuc aquatioris humoris, styptica & frigida uirtute censet. Potest denique & stomacho aliquid uigoris acquirere, & uentrē cum garo sumpta mollire. Noces autē sicca, dura, cum caricis duabus, & uiginti rutæ folijs addito salis grano simul cōteruntur, nullisque uenenis opprimi poterit ea die quisquis ieiunus acceperit. Inter Calendas & Idus Iulij centum numero noces statim ut arbori dēn prae sunt cortice adhærente quassantur: his admiscuntur aluminis scissi libræ tres, & in nouo fictili uase ponuntur: super hæc infunduntur olei boni libræ tres, & diligenter in loco neque humido, neque nimium sicco obruunt, post nonaginta dies dabunt oleum, quod fluentium capillorum damna restituit.

EX SYMEONE SETHI.

Virides uentrem mouent, quamobrē quidam ante cibum cum sapo comedunt. Facilius etiam quam amygdalæ concoquuntur. Arida in ore inflammationes & plagas efficiunt. Stomacho meliores sunt, si cum caricis edantur. Ferunt etiam eum qui noces cum caricis & ruta ante reliquos cibos esitauerit, non magnopere à uenenatis medicamentis lædi. Cōcoquuntur facili noces in frigidis uentriculis, in calidis uerò in bilem magis mutantur. Faucium & capitis dolorem afferunt, & tussēs augent. Ante alios cibos sumptæ, uomitum adiuuant. Ad satietatem comestæ, lumbricos educere scimus. Ad dentium pruritum utiles sunt.

DE CALTHA CAP. CXLII

NOMINA.



VO nomine Græci plantam hanc appellauerint, fateor ingentē mihi nondum constare. Latinis autem dicta uidetur Caltha uel Calthula, quam uocē deinde corrumpentes officine, in Calendulam immutarunt. *Calendula quare dicta.* Quamquam uerisimile etiam sit, sic nominatam esse, quod omnibus mensium Calendis fruticare comperiat. Atque hinc fit quod nonnulli florem omnium mensium appellent. Germani Xingelblumen uocant, ab intorto, & in circulum acto semine.

Calendula quare dicta.
Flor omnium mensium.

FORMA.

Herba est fruticosa, caule dodrantali, lignoso, folijs longiusculis, in angustum desinentibus, floribus speciosis, croceis luteisue, non ingrati, quamuis grauis, odoris, qua dote in coronamenta uenit; semine, cuius uagina scorpionis caudam imitatur: radice simplici, multo capillitio fibrata. Cur autem hanc herbam Caltham esse credam, facit in primis Plinius, qui lib. uigesimo primo, capite sexto, Caltham odore grauem esse scribit. Dein Virgilius qui Ægloga secunda sic canit: Mollia luteola pingit uacinia Caltha. Luteolam, à luteo florū haud dubiè colore, nominans.

LOCVS.

Prouenit in cultis, atque uix hortum inuenies in quo non copiose nascatur.

TEMPVS.

Singulis ferè mensium Calendis, ut diximus, florere deprehenditur, Maio incipiens mense. Magis autem autumnus eiusdem emicant flores.

TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse statuunt, neque id immeritò, quandoquidē dulcedine modica cum amaritudine coniuncta participet,

VIRES



CALTHA

Ringelblüm.

VIREs EX RECENTIORIBVS.

Herba ipsa adhibetur condimentis & acetarijs. Flos ex uino potus ciet menses: item herbæ succus, quo in dentium dolore os presentaneo remedio colluitur. Non parum etiā eius flos ad flauos reddendos capillos conducit. Idem, perinde atque ipsa herba, secundas educit mirificē, si aridus suffitibus admotus fuerit.

DE CARYOPHYLLATA CAP. CXLIII.

NOMINA.



VALITER Græcis & antiquis Latinis scriptoribus hæc herba nominata sit, nondum compertum habeo. Cur enim Dioscoridis Lagopum *Caryophyllata* non esse credam, etsi paniculum pedi leporino prorsus similem habeat, *nō est Lagopus* facit quod in manuscripto & peruetusto herbario seorsim descriptā & depictā utranq; herbam uiderim. Pictura autem Lagopi longē aliam herbam, quæ in segetibus nascitur, quā sit Caryophyllata, exprimit: de qua suo loco dicemus. Neq; defunt qui herbam hanc de qua agimus, Geum Plinio dictam uelint, quorū certē sententia periculo uacat, quod eadem facultas utrisq; radicibus sit. Sed ad institutum reuertamur. Herbam quam recentiores Latini Caryophyllatam, ab odoris suauitate quam radices de se præbent, nominant, uulgus herbam Benedictam, *Benedicta.* à diuina sua efficacia, & Sanamundam appellant. Germani *Benedictenwurß.* *Sanamunda.*

GENERA.

Duo esse eius herbæ genera animaduerti, non tamen multum à se dissidentia. Primum genus Caryophyllatam hortensem uocauimus, cui ex cultura aliqua teneritas accedit in folijs, floribus & paniculis. Flos huic paulò minor & pallidior *Caryophyllata hortensis.* quā syluestri. Germanicē *garten / oder heymisch Benedictenwurß* appellari potest. Alterum huius herbæ genus Caryophyllatam syluestrem diximus, quod *Caryophyllata syluestris.* scilicet citra culturam proueniat. Flores eius multo maiores, magisq; ad croci colorem accedunt. Germanicē *wild Benedictenwurß* nominari cōmodē potest. Dissidentiam tamen nemo rectius quā ipsa pictura demonstrabit.

FORMA.

Caulis illi sesquicubitalis, geniculatus, angustus, terna ē pediculo longo folia articulatim exeuntia, per ambitum ferrata, bina etiam prioribus minora, singula genicula cingunt. E medio alarum sinu ramuli funduntur tenues, quibus in summis flos luteus emicat, quo succusso caput extuberat circinatis acinulis cumulatē stipatum, quasi rudimentum eluceat naturæ fragum inchoantis. Radix multis luteis capillamentis fibrata, Caryophyllon olet.

LOCVS.

Primum in hortis plantatum prouenit. Alterum in montanis, opacis, & iuxta sepes nascitur.

TEMPVS.


Floret Maio & Iunio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Recentiores, & peruetustus etiam herbarius, calidam & siccam esse in secundo ordine statuunt. Folia sanē in gustu non mediocrem adstrictionem ostendunt. Radix itidem haud paruam adstrictionem obtinet.


VIREs EX RECENTIORIBVS.

Radix eius luto & sordibus eluta siccatur, & imbre aceti respersa arcas & uestes iucundo cōmendat odore. Decoctum huius sumitur ad perficiendas concoctiones, sedandosq; coli dolores. Radix eius pectoris laterisq; dolores & cruditates iucundo sapore discutit. Manuscriptus herbarius facultatem habere dissoluendi, digerendi, & obstructions tollendi scribit. Fomentū item ex uino decoctionis eius menses



CARYOPHYLLATA
HORTENSIS.

Garten Benedictenwurz.



CARYOPHYLLATA
SYLVESTRIS.

Wild Benedictenwurz.

k

menſes ciēre. Contra uenena tritam cum uino ſumptam ualere, Cōcoctionem prætereā roborare, dolore in uentriculi & inteſtinorū à frigidityte aut flatibus ortum, decoctam in uino ſanare ait. Mirificè etiam ad interna uulnera huius herbæ decoctum confert. Externa uerò ex ea collui debent.

DE CENTAVRIO MINORE CAP. CXLIIII

NOMINA.

Centaurium un-
de dictum.



Limneſium.

Febrifuga.

Fel terræ.

ΚΕΝΤΑΥΡΙΟΝ μικρόν, ἢ λιμνήσιον, καὶ λιμναῖον Græcis, Febrifuga & Fel terræ Latinis, officinis Centaurya minor, Germanis Klein Tauſendgul-
dentraut/Siebertraut/Erdegall/& Bibertraut appellatur. Centaurium, quod ea curatus dicit Chiron Centaurus, cum Herculis excepti
hoſpitio pertractanti arma ſagitta excidiſſet in pedem. Limneſion & Limnæum,
quod ſecundū aquarum ſcatebras ac paludes, quas Græci λιμνῆες dicunt, naſcatur.
Febrifuga, eo quod febres fugat, & procul è corpore pellat. Fel terræ, ob ſummam
quam habet amaritudinem.

FORMA.

Herba eſt Hyperico Origanoue ſimilis, caulem habens altitudine ſupra dodran-
tem, anguloſum. Flores in puniceo colore ſubpurpuraſcentes, ad Lychnidis flores
accedentes. Folijſ paruiſ & oblongiſ ueluti Rutæ. Semen tritico ſimile. Radicem
exiguam, inutilem & leuem.

LOCVS.

Propter lacus & rigua loca, Dioſcoride autore, naſcitur. Apuleio uerò teſte in
ſolidiſ & fortiſ lociſ quoque lociſ prouenit, id quod non raro in Germania noſtra ac-
cidere compertum habeo.

TEMPVS.

Floret æſtate & autumnno, quo maximè tempore, quia ſemine eſt prægnans,
colligitur.

TEMPERAMENTVM.


In folijſ & floribꝯ uincit qualitas amara paululum obtinens adſtriſtioniſ, at-
que propter eiꝯſmodi temperamentum admodum exiccatorium eſt medicamen-
tum, expers mordacitatiſ.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Herba ipſa adhuc uirens tuſa & illita uulnera glutinat. Vlcerā uetera purgat, &
cicatrice obducit. Bilioſa & craſſa per aluum ducit. Decoctum eiꝯſdem iſchia-
dicis cōmodè infunditur, ſanguinem educens, & à dolore letans. Succus ad oculorum
medicamenta perutiliſ, cum melle quæ pupillā obtenebrant expurgans. In peſſo
admotuſ menſeſ ac foetuſ educit. Priuatim potuſ neruorum affectibꝯ ſuccurrit.

EX GALENO.

Centauryi minoris radix prorſuſ inefficax eſt. Rami uerò & potiſſimum folia
quæ in ijs ſunt atque flores, utiliſ. Vlcerā magna herba ipſa adhuc recens illita
glutināt. Vetera quoque & quæ ægrè ad cicatricem perducī poſſunt eodem modo
utentibꝯ cicatrice obducuntur. Areſacta glutinatorijſ & deſiccatorijſ miſcetur fa-
cultatibꝯ, ijs uidelicet quæ ſinuſ & fiſtulaſ ſanare ſunt natæ, & ueteres duriti-
eſ mollire, tum ulcerum maligna ſanare. Miſcetur etiam ijs quæ rheumaticiſ affecti-
bus medentur, in quibꝯ ea medicamenta optima ſunt quæ uehementer deſic-
cantia cum quadam adſtriſtione nullam habent mordacitatem. Decoctum herbę qui-
dam iſchia-
dicis infundunt, ceu bilioſa ac craſſa ducens: nam & talia purgat. Quan-
quam quum ad eò uehementer operabitur ut cruenta euacuet, tunc magiſ prode-
rit. Suc-



CENTAVRIVM
MINVS.

Klein Tausendgulden.

k 2

Crit. Succus porrò eius quum adsimilis sit facultatis, hoc est, exiccatoriæ & absterforiæ, & reliqua iam dicta pulchrè efficere potest. Cum melle etiam oculis illinitur, mensesq; & foetum appositus in pello euocat. Sunt qui ipsum præbeant & his quibus nerui affecti sunt, ut qui euacuet & desiccet innoxie quæ impleta sunt. Optimū etiam medicamentum est ad iecinoris obstructions soluendas. Bonum quoq; lienī indurato foris impositum, & nihilo secius si quis bibere sustinuerit,

EX PLINIO.

Purgat aluum succus Centaurij minoris drachma in hemina aquæ cum exiguo salis & aceti, bilemq; detrahit.

DE CYAMO CAP. CXLV.

NOMINA.



YAMOS Græcis, Faba Latinis dicitur. Officinæ Latinum nomen retinent, Germanis Bonen appellatur.

FORMA.

Sola Faba inter legumina sine adminiculo nititur, folio carnosio, Portulacæ simili, flore cristato, uersicolore, partim albo, partim purpureo, atris quibusdam maculis notato, quas M. Varro lugubres uocat literas: siliqua plerunque semipedali, fructu intus lato humani unguis effigie, colore non simplici, sed aut fuluo, aut nigro, iam uerò etiam herbaceo & coccineo: radice singulari, lignosa, & capillata fibris. Quæ hic à quibusdam, quasi nostra non esset uera Faba, afferuntur argumenta, non tanti momenti sunt ut confutatione indigeant: constat enim nostram, eas quas ueteres illi adscripserunt, habere notas & facultates, Non tamen ne digamus in diuersis terris maiorem aut minorem produci posse.

LOCVS.

Pasim in hortis sata prouenit. Latatur loco pinguisimo & stercoreato.

TEMPVS.

Floret æstate.


TEMPERAMENTVM.

Faba in refrigerando & exiccando ad mediā temperaturam propinquissimè accedit. Est itaque frigida & sicca in primo ordine.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Spirituosa, inflans, concoctu pertinax, insomnia tumultuosa faciens. Tussitamē confert, carnesq; generat. Decocta in posca, & cum cortice comesta, dysenterias & coeliacas fluxiones sistit. Vtilis contra uomitiones in cibo sumpta. Minus inflat priore aqua in decoctione effusa. Viridis magis stomacho nocet, plusq; inflat. Farina eius per se & cum polenta illita, ex plaga inflammationes mitigat, & cicatrices ad reliqui corporis colorē reducit. Mammis in quibus lac in grumos cogitur, & inflammatione laborantibus auxiliat, lacq; extinguit. Cum melle & scenigregi farina furunculos, parotidas ac sugillata oculorum discutit. Cum rosa, thure, & oui albo, procidentes oculos, staphylomata & oedemata compescit. Macerata in uino suffusiones & ictus oculorum sanat. Ad sistendas fluxiones sine cortice comanducata fronti imponitur. Testium inflammationes in uino decocta sanat. Puerorum pubi illita diu impuberes seruat. Alphos exterit. Euulsos pilos ut non nuntiantur & graciles fiant, cortices illiti efficiunt. Cum polenta, alumine & oleo ueteri illiti strumas discutiunt. Decoctum illorum lanas tingit. Factas ab hirundinibus sanguinis eruptiones, cortice ablato, Faba qua parte cohæret diuisa, si dimidia apponatur, compescit.

EX GALE-



FABA

Bonen.

C

EX GALENO.

Caro Fabæ paulum quid abstergentis facultatis cōtinet, sicut cortex adstringentis: idcirco medicorum nonnulli totam Fabam cum polenta decoctam dysentericis, cœliaciis & uomentibus exhibuerunt. Porro ut edulium flatulenta est, & coctū difficilis, ut si quid aliud. Excreationibus quidem ex thorace & pulmone idonea. Vt medicamentum uerò foris imposita sine molestia exiccat. In podagricis ea sæpenumero usi sumus ex aqua decocta, deinceps adipem suillum admiscentes. Ad neruorum tum contusiones, tum uulnerationes, farinam eius cum oxymelite imposuimus. Ad eos qui ex ictu iam phlegmone occupabantur, cum polenta. Sed & testium & mammarum bonum est cataplasma. Nam hæ partes cum phlegmone tenentur, moderatè refrigerari amant, maximè cum mammæ ex lacte in ipsis concreto phlegmonen patiantur. Quin lac quoque ab eo cataplasmate extinguitur, sicut puerorum pubes farina fabacea illita plurimo tempore glabra permanet. Manifestè fabacea farina cutis sordes detergere conspicitur, quod intelligentes mangoles, ac mulierculæ, in balneis quotidie hac utuntur. Illinunt præterea & hac faciem quemadmodū ptisana: nam quæ in summa cute eminent lentes exerit, & maculas uelut ex sole contractas.

EX PLINIO.

Faba hebetare sensus existimata, in somnia quoque facere. Solida fricta, feruensque in acri aceto coniecta, torminibus medetur. In cibo fressa, & cum allio cocta, contra deploratas tussis suppurationesque pectorum, quotidiano cibo sumitur: & comanducata ieiuno ore, etiam ad furunculos maturandos discutiendosue imponitur, & in uino decocta ad testium tumores & genitalium. Lomento quoque ex aceto decocto, tumores maturat atque aperit. Item liuoribus, combustis medetur. Voci eam prodesse, autor est M. Varro. Fabalium etiam silicarum cinis, ad coxendices, & ad neruorum ueteres dolores, cum adipis suilli uetustate prodest. Et per se cortices decocti ad tertias sistunt aluum.

DE CONSOLIDA MEDIA CAP. CXLVI.

NOMINA.

Consolida
media.

INTER multas alias herbas quibus uulnera glutinandi facultas inest, & hæc cuius picturam damus cōnumeratur. Hinc est quod uulgo herbariorum illam Consolidam mediam nominet. Qua etiam appellatione nos uti uoluimus, quod nobis quo nomine ueteribus Græcis aut Latinis appellata sit nondum constaret. Rectius tamen Solidago diceretur. Germanis Gulde gunzel nuncupatur.

FORMA.

Caulem habet quadrangulum, lanuginosum, ex quo per interualla folia bina ex singulis geniculis in extremitatibus laciniata, Menthæ similia emicant. A medio caulibus ad fastigium usque ex singulis foliorum alis, flores sex aut septem in purpureo cœrulei exeunt. Radix illi subest lignosa, quæ multas à se exiguas radices capillamentorum instar per terram latè serpentes propagat.

LOCVS.

Pasim in pratis nascitur.

TEMPVS.


Floret copiose Maio mense.

TEMPERAMENTVM.

Gustu adstringit & amara est, ut calidam & siccam esse nemo dubitare possit.

VIRES.

Vulnera glutinat, Sanguinis grumos ex casu, uel cōtusionibus, coactos in corpore dissijcit



CONSOLIDA
MEDIA.

Suldeguntzel.

k 4

c dissijcit & dissoluit. Præsens remedium est aphthis & ulceribus in ore serpentibus. Decoctum eius tumoribus illitum eos dissipat. Vfus etiam eius ad intertrigines, ulcera pudendorum, & intestinorum exulcerationes prodest.

DE CANNABE CAP. CXLVII

NOMINA.



ANNABIS Græcis, Cannabis Latinis, Barbaris & uulgo Canapus dicitur, Germanis autem Hanff.

GENERA.

χολινόςφοϑ.

Cannabis duo sunt genera. Vna enim satiuæ est, quam Græci χολινόςφοϑ, quod magni in uita usus sit ad robustissimos funes texendos. Germanis zamer Hanff dicitur. Altera syluestris, quam Latini Terminalem uocant, Germani wilden Hanff.

FORMA.

Satiua Cannabis

Syluestris.

Satiua Cannabis folia fert fraxino similia, grauis odoris, caules longos, inanesq; semen rotundum. Syluestris uero uirgas fundit Altheæ similes, nigriores, asperiores & minores, cubitali altitudine. Folia satiuæ similia, asperiora & nigriora. Flores subrubeos, Lychnidi similes. Semen & radicem Altheæ similia. Eius effigiem uidere nobis nondum licuit.

LOCVS.

Satiua, in locis cultis lata prouenit, Syluestris in syluis & asperis locis, Apuleioq; teste; iuxta semitas & sepes nascitur.

TEMPVS.

Herba ad usus medicos carpitur dum maxime uiret. Semen autem eius, Plinio auctore, cum maturum est, id quod prope autumnæ æquinoctium accidit.

TEMPERAMENTVM.

Admodum calefacit & exiccat.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Satiuæ maiori copia sumptum genituram extinguit. Ex uiridi autem succus expressus, contra aurium dolores utiliter instillatur. Syluestris radix decocta illitaq; inflammationes mitigat. Tumores discutit, & callos dissijcit. Huius cortex texendis funibus utilis est.

EX GALENO.

Cannabis semen flatus extinguit, adeoq; desiccat, ut si plusculum edatur genituram exiccet. Sunt qui ex uiridi succum exprimentes, ad aurium dolores ab obstructione, ut mihi uidetur, natos utuntur. Semen etiam cannabinum difficulter concoquitur, stomacho & capiti aduersatur, prauosq; humores creat. Admodum excalefacit, ideoq; caput æstuoso ac medicamentofo halitu sursum misso tentat.

EX PLINIO.

Semen Cannabis extinguere genituram uirorem dicitur. Succus ex eo uermiculos aurium, & quodcunq; animal intrauerit, eijcit, sed cum dolore capitis. Tantaq; uis ei est, ut aquæ infusa, coagulare dicatur, & ideo iumentorum alio succurrit pota in aqua. Radix cōtractos articulos emollit in aqua cocta. Item podagras & similes impetus. Ambustis cruda illinitur, sed sæpius mutatur priusquam arefcat.

EX SYMEONE SETHI.

Semē Cannabis comestum idem nocumentum quod Coriandrū affert; immo dicē enim si estur, ut illud, deliriū facit. Folia uero arida pota, ueluti farina, aut magis pro potione hæc farina exiccata, ebrietatem quandam hospitalem facit, & quæ ab hauriente non sentiat. Apud Arabas enim pinsitur, subigiturue pro uino, & inebriat. Desiccat uero semen genitale ut Caphura.



CANNABIS
SATIVA.

Samuel Gauff.

C

APPENDIX.

Quum ex iam dictis cōstet Cannabinum semen caput facile tentare, atque adeo lādere, imprudenter faciunt, qui uulgi errorē sequentes, in morbis, ijsq̃ maximis, capitis, ex hoc semine confecta iuscula ægrotantib. magno eorum malo exhibent.

DE CARDIACA CAP. CXLVIII.

NOMINA.

Cardiaca cur
dicta.



vo nomine herba hæc ueteribus sit appellata, nondum nobis constat. Nostri tamen temporis herbarij Cardiacam uocant. Germani *Hergspan/oder Herggspert*. Cardiacæ uerò haud dubiè à recentioribus nominata est, quod cordis palpitatiōi, quam illi perperam *hargspan* appellant, mirificè conferre uideat̃. Alia est hæc à Ballote, de qua suo loco diximus.

FORMA.

Cardiaca caulem ex se mittit quadrangulum, geniculatum, nigrum: folia lacinata, nigra, per interualla in caule ex singulis geniculis prodeuntia: flores in candido purpureos orbiculato ambitu caules circumiacentes: radicem luteam, intortam, capillamentis fibratam.

LOCVS.

Pasim in ruderibus & circa sepes nascitur.

TEMPVS.

Iulio mense floribus abundat.

TEMPERAMENTVM.


Amara admodum existit, ut hoc nomine calidam esse in secundo ordine, & siccam in tertio constet.

D

VIRE S.

Recentiores recte contra cordis palpitatiōem, conuulsionem & resolutionem cōducere tradunt: potest enim quum amara sit herba, sua caliditate & siccitate crassos humores qui in uenis & alijs partibus, neruosis potissimum, sunt, incidere, extenuare & discutere. Hac etiam ratione morbo comitali confert, urinas mouet, & menstrua educit, aliasq̃ facultates quas Galenus libro quarto de simpl. med. facult. cap. xvij. amaris tribuit, obtinet.

DE CARO.



CARDIACA

Gertigspan.



CAROS

Feldkümmel.

NOMINA.



ΑΡΟΣ Græcis, Caron uel Carcum Latinis, officinis Carui nominatur. *Carui.*
Germanis *Wattümich* / oder *Wysentümel* dicitur. A Caria forte *Carcum unde*
regione, in qua laudatissimum nascitur, appellationem accepit. *dicitur.*

FORMA.

Caules emittit quadrangulos ab una radice multos, folia Staphylini, flores candidos, & in caulium summo semen angulosum ac copiosum, radicem oblongam & luteam.

LOCVS.

Pasim in pratis Germaniæ nostræ prouenit, Optimum tamen est quod in Caria, ut diximus, nascitur.

TEMPVS.

Iunio mense floribus & semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Cari semen calfacit & exicat tertio quodammodo ordine, moderatè acrem qualitatem possidens.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Semen Cari calfacit, urinam cit, stomacho & origratum accommodumq̃. Concoctiones adiuuat. Antidotis & oxyporis utiliter miscetur, Aniso proportionem respondens. Radix elixa Pastinacæ syluestris modo edendo est.

EX GALENO.

Flatus extinguit & urinas ciet, non semen tantum sed & planta.

DE CARYO PONTICO CAP CL

NOMINA.



ΑΡΥΑ πυλλα, ή λεπτοκάρυα Græcis: Auellanæ nuces, & Prænestinæ Latinis, *Auellane.*
Naselnus Germanis nominantur. Ponticæ autem uocantur, *Pontice quare*
quod in Asiam Græciamq̃ è Ponto uenerunt. Paruæ, quod Iuglandi- *uocate.*
bus minores sint. *Parue.*

GENERA.

Duo eius sunt fastigia. Vna enim est syluestris, quam priuatim Germani nostri *Naselnus* nominant. Altera uerò urbana seu domestica, quam iidem *Kornus* / oder *Körnus* appellant.

FORMA.


Corylus arbor in qua Auellana nux prouenit, caudice est multis internè stolo- *Corylus.*
nibus fruticante, supernè ramis brachiato, uirgis breuibus, sine alarum sinu enodibus, crassiq̃ nōnullis, folijs ab una parte nigris, altera uerò subalbis, per ambitum ferratis, materia admodum lenta, cortice summo tenui, pingui, maculis albis uario, medulla tenui & flaua. Non floret, sed floris uice quidam in eo peculiare compctili callo racematim coherentes, & ueluti prelongi uermes singulari pediculo penfiles iuli erumpunt, qui in eunte uere dehiscunt ac defluunt cum folia profiliunt, ac tum calyculacea tegumenta totidem summatim fimbriata, quot iuli supra pediculum exeunt, eorumq̃ singulis nuces singulæ insunt. Domestica non differt à syluestri, nisi quod eius folium maius, & caudex procerior, melior fructus, rubra membrana inclusus.

LOCVS.

Gaudet argillofis & uliginosis locis: nascitur itaque in plano. Nemora etiam & montes Corylis uestiuntur.


TEMPVS.

Autumno leguntur Auellanæ nuces.



AVELLANA NVX
SYLVESTRIS.

Haselnuß.



AVEALLANA
DOMESTICA.

Rotnuß.

TEMPERAMENTVM.

C Tum cortex, tum planta, tum fructus gustanti austerior quàm Iuglans apparet, plus itaque habet essentiae terrestri & frigidae. Symeon Sethi calidas & humidas esse Auellanas asserit.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Stomacho aduersantur Auellanae. Tritae in aqua mulsa, & potè ueterem tussim sanant. Tostae uerò & cum exiguo pipere comestae destillationem maturant. Totae crematae, tritae cum axungia aut seuo ursino & inunctae alopecias explent. Ferunt aliqui uista earum putamina, & in puluerem redacta cum oleo caesiorum oculorū pupillas infantibus denigrare, peruso syncipite.

EX GALENO.

Valentiores sunt Auellanae quàm Iuglandes: nam densior strictiorq; his est substantia, ac minus oleosa. Caetera magnae nuci similia sunt.

EX AETIO.

Auellana, quae & Nux pontica nuncupatur, quod in Euxino ponto frequens sit, praeter quod frigidior, austerior, terrestriorq; est, in reliquis Iuglandi assimilatur. Comesta dolorem capitis inuehit.

EX SYMEONE SETHI.

D Magis nutriunt quàm Iuglandes nuces, difficiliusq; cōcoquuntur. Inflationes faciunt, & ut quidam aiunt, ieiunum intestinū laedunt. Facilius autem cōcoquuntur, minusq; uentrem sistunt, si interior earum cortex abijciat. Dicitur quod si quis ante reliquos cibos cum ruta sumpserit, huic neq; morsus, neq; uenena officere illo die posse, & scorpiones ab ipso fugere. Sumptae cum caricis, iam à scorpione ictos iuuant. Ad aciditatem à nigro humore excitatam omnino confert.

DE CENTVM MORBIA CAP. CLI

NOMINA.

Centummorbia
unde dicta.



Nummularia.

Vic herbae, ut alijs multis, nomē aliud imponere non licuit, quàm, quo uulgò hodie appellari solet, Centummorbiae. Sic autem haud dubiè à chirurgis, qui illa quotidie utunt, à mirifica sua quam in plurimis ulceribus medendis obtinet facultate, dicta est. Sunt qui à foliorū similitudine, quae nummi speciem referunt, Nummulariā uocant. A nonnullis Hirudinaria, quod passim terrae hirudinis instar affixa sit, dicitur. Nec desunt qui Serpentariam appellent, quod compertum sit serpentes hac herba si uulnerentur sibi mederi. Germanicè *Ägeltraut* / oder *Klein Wäterszung* / oder *Pfennigtraut* nominatur.

FORMA.

Serpit per terram, exiguisq; radiculis è coliculis latis prodeuntibus nititur. Folia habet ex utroq; caulis latere rotunda, pinguiasq; flores luteos.

LOCVS.

Prouenit in locis humidis, potissimum uerò circa fluentia.

TEMPVS.

Maior mense apparet, Iulio autem floret.

TEMPERAMENTVM.

Gustū admodum adstringit, ut hinc constet secundi aut tertij ordinis exiccantium esse herbam.

VIREs.

Huius flores & folia trita adeò desiccata adstringuntq; ut quauis ulcera glutinare ualeant. Ideoq; pota cum uino dysenterias, uentris imbecillitates, fluxusq; ac humiditates sanant. Cataplasmatibus ritu illita ulcerū putredinosa iuuant. Profunt etiam ad san-



CENTVMMORBIA

Egelkraut.

C ad sanguinis reiectiones, profluuiâ muliebriâ, & ad omnia interanea uulnera & ulcera, potissimū pulmonis. Externis etiam ulceribus summē confert, si uino in quo herba hæc decocta est, lauentur atque abstergantur.

DE COCCIMELEA CAP. CLII

NOMINA.



OKKIMHAEA Græcis, Prunus Latinis & officinis, Germanis eius arboris fructus *pslaumen*/oder *Prumen* dicuntur.

GENERA.

Satiua Pruna.

Pruneola.

Duo sanè Prunorū habentur genera. Vnum satiuorū, in quo genere sunt nigra, candicantia, uersicoloria, cerea, hoc est, ex candido in luteum pallescentia, purpurea, Damascena, & si qua sunt alia. Alterum syluestriū, quæ Galeno lib. ij. de alimentorum facultatib. ἀγριοκλυμιά, & in Asia *πρῶνα*, Pruneola siue Prunula uulgo nominant, Germanicè *Schlehen*. Caue eorum amplectaris sententiam, qui Poterium esse putant: neque enim facultates, neq; notæ Prunulis respondent.

FORMA.

Prunus arbor est radicibus summo cespite uagantibus paucis, caudice subrecto, scabro, multis brachiato ramis, folio ex oblongo ferè rotundo, per oras minutim ferrato, flore candido, foliato, pomo carne cuteq; uestito, osse intus duro in quo nucleus includitur.

LOCVS.

Satiua Prunus in hortis nascitur. Damascena in Damasco Syriæ, à quo cognominata sunt. Syluestris autem falsim in sepibus reperitur.

TEMPVS.

D Satiua in æstate poma sua profert, syluestris autem autumnō.

TEMPERAMENTVM.


Satiuæ Pruni fructus mediocriter humectant & refrigerant. Syluestris adstringunt, ut fufius ex eorundem facultatibus innotescet.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Eius pomum estur, stomacho tamen aduersatur. Aluum mollit. Syriaca autem pruna, & præsertim in Damasco genita, exiccata stomacho utilia sunt, & aluum cohibent. Folia in uino decocta & gargariffata columellam, gingiuas & tonsillas fluxione laborantes reprimunt. Præstant idem & syluestrium Prunorū fructus cum maturuerunt siccati. Cum sapa decocti stomacho utiliores, & ad cohibendam aluum aptiores redduntur. Gummi Prunorū glutinat. Potum in uino calculos conterit. Ex aceto illitum, impetigines infantium sanat.

EX GALENO.

Pruni fructus uentrem subducit, recens quidem plus, aridus uerò minus. Cæterum Dioscorides, haud scio cur, Pruna Damascena siccata uentrem sistere ait, quum tamen & ipsa palam etiam subducant, minus tamen ijs quæ importantur ex Iberia. Damascena quidem magis adstringunt: at quæ Iberia fert, dulciora sunt. Quin & ipsæ arbores fructibus proportionē respondent: minus enim adstringunt quæ in Iberia nascuntur, magis uerò quæ Damasci. Porro ut in summa dicam, quarum in folijs aut germinibus adstrictio quædam inesse apparet manifesta, ijs decoctis phlegmonē in columella aut tonsillis existentes colluuntur. Syluestriū fructus euidenter adstrictorius est, uentremq; sistit. Gummi autē arboris sunt qui dicant cum uino potum lapides confringere, cum aceto uerò puerorū sanare impetigines. Ac si id præstat, clarum est incidendi tenuandiq; illi facultatem inesse. Raro fructum hunc austerum aut acidum, aut omnino iniucundum inuenias, ubi exactam maturi.



PRUNUS
SATIVA.

Pflaumenbaum.



PRUNUS
SYLVESTRIS.
Schlehen.

A maturitatem fuerit affecutus. Priusquam enim eò perueniat, nullus est fermè qui non acorem, aut acerbitem præ se ferat: est qui & amaritudinem. Proinde ex hoc fructu minimum alimenti corpus accipit. Verum quum humectare & refrigerare mediocriter uentrem statuemus, utilis erit: quem subducit humiditatis & lentoris sui gratia. Prunis porrò æque ac ficibus concessum est, ut uel exiccata utilia permaneant. Damascenis prima laus bonitatis magna hominum opinione defertur. Proxima ijs quæ in Iberia & Hispania proueniunt. Probatissima in Damascenis sunt, quæ cum mediocri adstrictione magna laxa quæ sunt. At parua, dura, acerba quæ & in cibo permolesta, & uentri subducendo minus idonea, cui officio Iberica maximè cōueniunt. In melicrato plus mellis habente, abundè uentrem molliunt, etiam si sola comedantur, & multo magis si melicratum ipsum subforbeatur.

EX PLINIO.

Pruni folia decocta tonsillis, gingiuis, uuæ profunt in uino decocta, & subinde ore colluto. Ipsa Pruna aluum molliunt. Syluestriū quidem Prunorum baccæ, uel è radice cortex, in uino austero si decoquant, ita ut triens ex hemina supersit, aluum & tormina sistunt. Satis est singulos cyathos decocti sumi. Et in ijs & satius Prunis est limus arborum, quem Græci Lichena appellant, rhagadijs & condylomatibus mirè utilis.

DE CONIO CAP. CLIII.

NOMINA.

KONELION græcè, Cicuta Latinis & officinis, Germanis *Wunzerling*/ *Wundtscherling*/ *Schirling*/ oder *Wüterich*/ quasi tyrannus dicitur, quod scilicet hominē interficiat, si intra corpus sumatur. Hinc est quod Athenienses eius succo in interimendo sapientissimo philosopho Socrate, quem falso Anytus & Melytus quasi parum recte de Dijs sentiret, accusarunt, uși sunt.

FORMA.

Caulem profert geniculatum Fœniculi modo, magnum. Folia ferulæ, uel, ut Plinius ait, Coriandro similia, angustiora tamen & graueolentia. In cacuminibus adnascentes ramulos & umbellā. Florem subalbum, semen Aniso simile, albidius tamen. Radicem concauam nec profundam.

LOCVS.

Pasim in pratis, locis incultis & umbrosis nascitur.

TEMPVS.

Iulio mense flores & semina profert.

TEMPERAMENTVM.

Summam habet refrigerandi uim Cicuta, atque adeo uenenum est.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Inter letalia connumeratur Cicuta, sua frigiditate enecans. Remedio est meraci uini potus. Succus exprimitur ex eius cacuminibus contusis, priusquam semen & coma areseat, expressus quæ in sole densatur. Multus aridi ad medendi rationem usus est. Miscetur utiliter collyrijs, quæ leuandi doloris gratia adhibentur. Herpetas & erysipelata illitus restinguit. Herba cum coma trita & testibus circumlita, libidinum in somno imaginationibus auxiliatur, sed genitalia illita resoluit, languida quæ reddit. Lac exstringit, mammas in uirginitate increfcere prohibet. Puerorum testiculos tabescere facit.

EX PLINIO.

Cicuta uenenum est, publica Atheniensium poena inuisa, ad multa tamen usus non omittendi. Semini & folijs refrigeratoria uis, quæ si enecat, incipiunt algere



CICUTA

Waterh.

^Aalgere ab extremitatibus corporis. Remedio est, priusquam perueniat ad uitalia, uini natura excafactoria. Sed in uino pota, irremediabilis existimatur. Succus exprimitur folijs floribusq; tunc enim maximè tempestiuus est & melior. Semine trito expressus, & sole densatus in pastillos, necat sanguinē spissando. Hæc altera uis. Et ideo sic necatorū maculæ in corporibus apparent. Ad dissoluenda medicamenta utuntur illo pro aqua. Fit ex eo ad refrigerandū malagma. Præcipuus tamen est ad cohibendas epiphoras æstiuas, oculorumq; dolores sedandos circumlitus. Miscetur collyrijs, & alios omnes rheumatismos cohibet. Folia quoq; tumorem omnem doloremq; & epiphoras sedant. Anaxilaus autor est, mammas à uirginitate illitas, semper staturas. Quod certum est, lac puerperarum mammis imposita extinguit, ueneremq; testibus circa pubertatem illita.

DE CYNOGLOSSO OFFICINARVM

CAP. CLIIII.

NOMINA.



^KYNOGLOSSON græcè, latinè Lingua canina: officinæ græcam appellatationem retinuerunt, Germanicè *Hundszung* appellat. Animaduertendum tamen nos non temerè adiecisse officinarum: neque enim Dioscoridis damus Caninam linguam, quæ uidua caule est, & uiribus etiam ab hac nostra diuersa.

*Lingua canina.**Dioscoridis Cynoglosson.*

FORMA.

^BCaulem obtinet cubitalem, & interdum longiorem, hispidum, furculosum: folia angusta, prælonga & lanuginosa, non uenosa, molliaq; florem primum purpureum, dein cœruleum, stamina habentē purpurea: radicem oblongam, & profundè terram penetrantem.

LOCVS.

Passim circa itinera prouenit.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Recentiores herbarij frigidam & siccam esse statuunt in ordine secundo.

VIRE S.

Oris & alijs maleficis ulceribus medetur. Dysenteria etiam prodest. Debet itaque illius herbe usus esse in omnibus ulceribus, uulneribus, scabie Hispanica, & similibus morbis. Auxiliatur etiam gonorrhœæ & destillationibus: atque hinc est quod catapotiorum compositioni, quorum nomenclatura est ad omnes morbos catarrhi, aut de Cynoglossa, admisceatur.

Catapotia de Cynoglossa.

DE CNICO.



CYNOGLOSSVM
OFFICINARVM.

Hundszung.



CARTAMVS

Wilder gartensaffran.

m

C

Cartamus.
Crocus hortensis.



NOMINA.
ΝΙΚΟΣ græcè, Cnicus & Cnecus latinè nominatur. Officinæ Cartamum & Crocum hortensem appellant, Germani Wilden garten saffran / ad differentiam Atractylidis, de qua suprà dictum est.

FORMA.

Folia habet oblonga, incisuris diuisa, aspera, aculeata. Caules cubitales, in quibus capita oliuæ magnitudine. Florem similem Croco, semen candidum & rufum, oblongum, angulosum.

LOCVS.

Nascitur in hortis & agris satus.

TEMPVS.

Floret Iulio & Augusto mensibus, ac subinde semen etiam profert.

TEMPERAMENTVM.

Tertij est ordinis excalefacientium eius semen, si quis foris eo uti uolet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Huius flore utuntur in obsonijs. Semen tundit & ex eo exprimit succus qui cum hydromelite aut gallinæ iure datus aluum purgat. Stomacho tamē aduersatur. Fiunt etiam placentæ quæ aluum emolliunt, si succus eius amygdalis, nitro, aniso, & melli cocto misceatur. Oportet autem ante coenam in partes quatuor diuisas Iuglandis nucis quantitate duas aut tres sumere. Eas hoc modo conficere oportet. Sumatur Cnici candidi sextarius, amygdalarū tostorum & decorticatarū cyathi tres, anisi sextarius unus, aphronitri drachma una, caricarum triginta carnes. Seminis succus lac cogit, & ad soluendum aluum efficacius efficit.

EX GALENO.

D Cnici semine duntaxat ad purgationes utimur.

DE CENCHRO CAP. CLVI

NOMINA.

Milium uero
de dictum.



ΕΙΡΧΟΣ Græcis, Milium Latinis & officinis, Germanis Hirs appellatur. Nomen, Festo autore, à miliaria summa deriuatum.

FORMA.

Frumenti genus stipula cubito altiore, geniculata, folio arundinaceo, semine in iuba tereti & pendulo, folliculo conuulso, radice numerosa, capillata, ac multiplici fruticante culmo.

LOCVS.

Satum in aruis prouenit. In frigido & aquoso solo prius ferendum, postea in calido præcipiunt. Gaudet solo limoso uliginosoq.

TEMPVS.

Augusto mense demetendum.

TEMPERAMENTVM.

Milium primo ordine refrigerat, exiccat autem tertio exolutum, aut certè secundo intenso. Paululum etiam tenuium est partium.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Minus cæteris frugibus alit. In panes autem coactum, aut tanquam puls confectum aluum sistit, urinam autem mouet. Tostum uero saccis inditum & fomenti loco appositum, torminibus & alijs doloribus auxilio est.

EX GALENO.

Milium ut ferculum comestum inter omnia frumentacea edulia minimū nutrimenti confert. Sed & uentrem desiccatur. Porrò foris impositum in sacculis idoneum est fo-

MILIVM

Græ.

m 2



C est fomentum ijs quæ citra morsum exiccaripotulant. Cataplasmatism etiam modo illitum exiccare potest, attamen admodum friabile est, proinde difficilis est eius in cataplasmatism usus. *Panis ex milio.* Panis ex milio exigui est alimenti & refrigerantis. Constat insuper pregaridum & instar arenulæ aut cineris friabilem esse: caret enim penitus glutinoso pingui; iure itaque alutium humentem desiccatur. Milium tamen ad omnia panico præstantius, nam & suauius editur, facilius concoquitur, uentremque minus cohibet, ac magis nutrit. Huius farinam lacti incoctam esitant, ueluti triticeam agricolæ: darumque est id edulij tanto quàm illa quæ per se sola sumuntur melius esse, quanto lac milij natura ad boni succi procreationem, aliisque omnia eminentius habetur. Dico autem alia omnia, concoctionem, uentris subductionem, in totum corpus distributionem, adeoque ipsam in edendo suauitatem ac uoluptatem.

EX PLINIO.

Milio sistitur aluus, discutiuntur tormina, in quem usum torretur antè. Nervorum doloribus & alijs feruens in sacco ponitur, neque aliud utilius, quoniam leuissimum mollissimumque est, & caloris capacissimum. Itaque talis usus eius est ad omnia quibus calor profuturus est. Farina eius cum pice liquida, serpentium & multipedæ plagis imponitur.

EX SYMEONE SETHI.

Difficuler concoquitur, uentrem sistit, parumque nutrit. Iuuat eos qui refrigeratione & exiccatione uentriculi indigent. Sumptum cum lacte, uel amygdala thasia facilius concoquitur, & humidius fit.

DE CRAMBE SATIVA CAP. CLVII.

NOMINA.

D




PAMBH ἡ κρόμβη græcè, Brassica sativa latinè, officinis & uulgo Caulis, Germanicè *Köl* appellat. Crambe Græcis dicta censetur quasi *κρόμβη*, quod pupillas oculorum, quas Græci *κρόας* uocant, obtundat, hebetetque. In qua certè sententia fuisse Columellam hoc eius de cultu horum carmen testatur:

Nuncueniat quamuis oculis inimica Corambele.

Attici integro nomine *κράμβη* protulerunt, alio sed potiore etymi sensu, quasi *κράβη*, uel rectius *κράβη*, id est, crapulæ satietati; contraheniat. Nam uino aduerfatur, ut inimica uitibus. Antecedens in cibis ebrietatem arcet, & postea sumpta crapulam discutit.

GENERA.


Et si plurima sint Brassicæ genera, ut ex ueteribus rei rusticæ scriptoribus liquet, quatuor tamen duntaxat, quæ hodie usitatæ sunt, producemus: quarum una Græcis *λεῖα*, hoc est, leuis nominatur, grandibus & latis folijs, caule magno: Germanis breuiter oder grosser *Köl* uocatur. Altera crispa, quæ à similitudine apij *σπινθηδής*, id est, Apiana nuncupatur. Vulgo crispus caulis, Germanicè *trauser Köl*. Tertia propriè uocatur Crambe, minutoribus caulibus, & tenuioribus folijs, flore luteo, Germanicè *kleiner Köl* / ut ab alijs discernatur, nominari potest, aut simpliciter & sine adiectione *Köl*. Quarta sessilis est, folio & capite patula. Vulgus caputos caules, quasi capitulatos appellat, quoniam in capitis formam extuberant. Folia enim horum in orbem glomerantur, exterius callosa & per ambitum rugata, multis intus carinarum uoluminibus, externis semper interiora complectentibus. Huc alludentes Germani *Cappistræ* aut uocant. Nonnulli à candore foliorum Brassicam albam, & caules albos appellare maluerunt. Hoc genere Brassicæ in plerisque Germa-



BRASSICAE PRIMVM
GENVS.

Breiter Kbl.

m 3



BRASSICAE SE
CVNDVM GENVS.


Krauser Kbl.



BRASSICAE TER
TIVM GENVS.

Kleiner Kbl.

m 4



BRASSICAE QVAR
TVM GENVS.

Rappisfrant.

^A Germaniæ partibus, Boioaria potissimum, per integrum anni curriculum quoti-
die uisitant, quod illic eius prouentus sit uberrimus.

FORMA.

Caule est Brassica leuiter rubente, crasso, folio prægrandi, carnosò, ex cassio can-
dicante, in latus utrinq; diffuso, prominulis uenarum toris fruticante, cyma patula,
flore tum luteo, tum albo, semine in siliquis.

LOCVS.

In hortis hodiè passim proueniunt Brassicæ. Frigidis uero & pluuijs regionibus
positio earundem optima.

TEMPVS.

Augusto mense potissimum florent, ac subinde semen etiam proferunt.

TEMPERAMENTVM.

Brassica tum manducata, tum foris imposita exiccat. Sicca uero & calida; primo
ordine.

VIREŚ. EX DIOSCORIDĒ.

Brassica fatiua aluo est idonea, si leuiter feruefacta edatur. Percocta uero aluū si-
stet, & multo magis bis cocta, & in lixiuio decocta. Æstiuæ stomacho nocet & acrior
est. In Aegypto propter amaritudinē nō estur. Obscuritate uisus laborantib. & tre-
mulis comesta auxiliat. A cibo sumpta ex crapula & uino noxas restinguit. Cyma
eius stomacho utilior, sed acrior, & ad ciendā urinā ualidior. Cōdita sale stomacho
inimica est, aluumq; cōturbat. Crudus eius succus cū iride & nitro deuoratus aluū
mollit. Cū uino potus uiperarū morsib. succurrit. Cum Fœnigræci farina, podagri-
cis & articulorū doloribus correptis, ulceribusq; sordidis & uetustis illitus prodest.
Caput purgat per se naribus infusus. Menses ducit cum loliacea farina inditus. Fo-
lia per se aut cum polenta trita, omnibus inflammationibus & œdematis cōferunt.
^B Erysipelatis, epinyctidis & lepris medent. Cum sale carbunculos rumpunt. Capil-
lorum incipite defluxū retinent. Cocta autem & melli mixta gangrænarū pascen-
tibus malis opitulant. Cruda ex aceto comesta lienosis profunt. Mansa uero deuo-
rato succo uocem amissam restituunt. Decoctū eius potum, aluum & menses mo-
uet. Flos post conceptionē in pello subditus sterilitatē facit. Semen eius, præsertim
quæ in Aegypto nascitur, potum lumbricos pellit. In antidota coeliacorū additur.
Faciem lentiginesq; expurgat. Cauliculi uirides cum radice cremati, & adipe porci
uetousto excepti, diuturnos laterum dolores impositi mitigant.

EX GALENO.

Brassica esculenta desiccandi uim habet tum esa, tum foris imposita, non tamen
etiam admodum acrem. Alioqui & ulcera glutinat, & maligna ulcera sanat. Præte-
rea phlegmonas iam induratas, ac ægrè solubiles, & id genus quoque erysipelata.
Eadem facultate epinyctidas & herpes sanat. Habet quiddam etiam in se abster-
sorium, quo lepras curat. Porro semen eius potum lumbricos interficit, maxime
Brassicæ Aegyptiæ, quanto ea scilicet temperatura siccior est. Sanè amaræ qualita-
tis particeps semen est, sicut uidelicet omnia alia medicamenta quæ ad lumbricos
idonea sunt. Secundū eandem facultatem ephelidas, lentigines, & quæcunq; alia
modicā absterfionē postulant, adiuuat. Caules Brassicæ combusti, cineres efficiunt
admodum desiccantes, ut uidelicet iam & adurentē uim participant. Hac ratione ei
ueterem adipem cōmiscientes, ad inueteratos laterum dolores, & si quid eius fuerit
generis, adhibent. Nam ualenter digerens medicamentum efficitur, Brassicæ quo-
que succus purgandi quandam uim obtinet: contrā solidum eius corpus siccitatis
ratione cohibere magis quàm incitare deiectionem potest. Proinde quum expel-
lere alui excrementa propositum erit, ahenò in quo elixa unā cum aqua fuit, pro-
pius admoto, ipsam eximere confectum, uasculoq; in quo paratur, oleum cum garo
iniice-

C iniicere oportebit. At humentē aluum siccare uolentes, quum mediocriter buliſſe uidebitur, priore aqua effuſa repente aliam calentem iniicimus, acita rurfus in ea diſcoquimus uſquedum tenera flaccidaq̃ euaserit.

EX PLINIO.

Cato criſpam maximè probat, dein leuem grandibus folijs, caule magno. Prodeſſe tradit capitis doloribus, oculorū caligini, ſcintillationibusq̃, uel ſtomachi doloribus, crudam ex aceto & melle, coriandro, ruta, mentha, laſeris radícula, ſumpſſa acetabulis duobus matutino. Tantamq̃ eſſe uim, ut qui terant hæc, ualidiores fieri ſe ſentiant. Ergo uel cum uino tritam, ſorbendam, uel ex olei intinctu ſumendā. Podagræ autem, morbisq̃ articularijs illini cum ruta, coriandri & ſalis mica, hordei farina. Aqua quoque eius decocta, neruos articulosq̃ mirè iuari. Si foueantur uulnera & recentia & uetera, etiam carcinomata, quæ nullis alijs medicamentis ſanari poſſunt. Fouerī prius aqua calida iubet, & bis die tritam, imponi. Sic etiam ſiſtulas eluxatas, & tumores reuocari, quæque diſcuti opus ſit. Inſomnia etiam, uigilijsq̃ tollere decoctam, ſi ieiuni edant quamplurimam ex oleo & ſale. Tormina, ſi decocta iterum decoquat̃, addito oleo & ſale, cumino, polenta. Si ita ſumatur ſine pane, magis profuturā. Inter reliqua bilem detrahit per uinum nigrum pota. Quin & urinam eius qui Braſicā eſtauerit, aſſeruari iubet, calefactamq̃ neruis remedio eſſe. Auribus quoq̃ ex uino ſuccum Braſicæ tepidum inſtillari ſuadet. Idq̃ etiam tarditati audientium prodeſſe aſſeuerat. Et impetigines eadem ſanari ſine ulcere. Græci biles detrahare non percoctā putant. Item aluum ſoluere, eandemq̃ bis coctam ſiſtere. Vino aduerſari, ut inimicam uitibus. Antecedente in cibis caueri ebrietatem. Poſtea ſumpta crapulam diſcuti. Hunc cibum & oculorū claritati conferre multum, ſucco uerò crudæ angulis uel tantum tactis cum Attico melle, plurimū.

D Hippocrates cœliaciſ, dyſentericiſ bis coctā cum ſale dari iubet. Item ad tœnaſmon, & renum cauſas. Lactis quoq̃ ubertatem puerperis hoc cibo fieri iudicans, & purgationem ſceminis. Crudus quidem caulis ſi edatur, partus quoq̃ emortuos pelli. Inuenio & à podagra liberatōs edendo eam, decoctaq̃ ius bibendo. Hoc & cardiaciſ datum & comitialibus morbis addito ſale. Item ſpleneticis in uino albo per dies quadraginta. Contra uerò ſingultus cum coriandro, & anetho, & melle, ac pipere, & aceto. Illitam quoque prodeſſe inflationibus ſtomachi. Item ſerpentiū iſtibus, & ſordidis ulceribus & uetuiſtis, uel ipſam aquam cum hordeacea farina. Succū ex aceto, uel cum Fcenogracō. Sic aliqui & articuliſ, podagrisq̃ imponunt. Epinyctidas ac quicquid aliud ſerpit in corpore, impoſita leuat. Item repentinæ caligines: hæſ & ſi mandiſ ex aceto. Sugillata uerò & alios liuores pura illita. Lepras & pſoras cum alumine rotundo ex aceto. Sic & fluentes capilloſ retinet. Epicharmus teſtium & genitalium malis hanc utiliſſimè imponi aſſerit. Efficacius eandem cum faba trita. Item conuulſis cum ruta. Et muris aranei morſus, foliorum aridorum farina alterutra parte exinanit. Stirpiū Braſicæ aridorum cinis, inter cauſtica intelligitur. Ad coxendicū dolores cum adipe peruetuiſto. Plura de Braſicæ uiribus uide apud Catonem de re ruſtica, cap. clviſ.

EX SYMEONE SETHI.

Malum & melancholicū ſuccum procreat. Viſum hebetat, & ſomnū per contraria inſomnia interturbat. Succus eius aliquatenus purgat: corpus uerò eius uentrē ſiſtit. Quapropter in quibus humectā aluum exicare uolumus, ipſam modicè decoquentes, aquamq̃ primam abiicientes, conſeſtim alteri aquæ ſerucenti indimus: nihil enim neque aëriſ, neque frigidæ aquæ quod bis coquitur tangere debet. Aſtiua Braſica peioris ſucci eſt quàm hyberna. Cit uerò urinam, lumbricoſ interficit, & iſſ qui ex uino crapula laborant auxiliatur. Fertur autem quod ab humiditate ortam hebetudinem ſanet. Cocta cum pingui carne, plurimum noxæ atque uitij amittit.

A amittit. Flos eius proprietate quadam semen genitale corrumpit, utero impositus, & mulieres concipere prohibet. Pulmonem lædit. Tradunt quoque si ante alios cibos assumpta fuerit, ebrietatem arcere. Et quod eius succus cum melle sumptus, magnificè defectiones uocis iuuat. Vulneribus imposita, ea conglutinat, & malefica ulcera, & induratas inflammationes sanat.

DE CRUCIATA CAP. CLVIII.

NOMINA.



VO nomine ueteres hanc herbam appellauerint nondum compertum habeo. Neque enim Ifatis est, quam uulgus Saponariam uocat, ut suo loco docebimus, ideoq; nomen quo illam nominaremus fingendum fuit. Ad imitationem autem Germanicæ nomenclaturæ Cruciatam di-

ximus, quod eius radix in modum crucis transfossa sit. Vt hoc etiam nomine græcè *Cruciatæ cur dicta.* *στυπώτυν* dici posset. Germanicè *Creuswurß / Sperensfich / & Wadelgeer* *στυπώτυν* nuncupatur.

FORMA.

Caulē rotundum obtinet, dodrantalem, in summo rubentem, alas multas habentem, è quibus singulis bina folia crassa, angusta & oblonga, floresq; orbiculatim purpurei è siliquis coloris herbacei prodeunt. Radicem albam, longam, crucis instar ab utroq; latere perforatam, à qua illi nomen inditum est.

LOCVS.

Nascitur locis incultis.

TEMPVS.

B Floret Iulio mense.

TEMPERAMENTVM.


Admodum amara est, unde faciliè colligere licet calidam & siccam esse.

VIRE S.

Recentiores eius esse magnum contra pestilentiae uenena usum tradunt. Item quod ea quæ in thorace sunt educere ualeat. Quæ sanè singula præstare posse amarus sapor qui illi inest abundè docet. Abstergunt enim expurgantq; amara, & quæ in uenis est crassitiem incidunt, Galeno libro quarto de simpl. medicamentorū facultatib. cap. decimoseptimo, autore. Quamobrè menses etiam mouet, comitiali morbo competit, & alia quæ amaris ab eodem tribuuntur, præstare potest.

Vulneribus etiam glutinandis mirificè conducit.

DE CISO.



CRUCIATA

Wadelgeer.

NOMINA.



ΚΙΣΣΟΣ græcè, Hedera latinè, *Ἐφῆω* Germanicè dicitur. Athenienses *Cissos* cur nomi-
 Bacchum appellarunt Cítton, quo nomine rigens Hedera quæ sine ad
 miniculo stat, sola omnium generum ob id uocata est Cissos: è diuerso
 nunquã nisi repens humi Chamæcissos. Sic Dionysia, hoc est, Bacchica *Dionysia.*
 nominata est à Baccho, qui primus ex Indis in Græciam Hederam asportauit: uel
 quod in tutela eius fuerit. Nam ut ille iuuenis semper, ita hæc uiuret. Nec secus o-
 mnia, sicut ille mentes hominum, illigat. Hedera uerò dicta est, quod uetustis pa- *Hedera unde*
 rietibus hæreat: uel potius quia edita petat, & altè diuagetur: uel quia id cui adhæ- *appellata.*
 ferit, edat atque corrumpat.

GENERA.

Plurimas, Dioscoride autore, sigillatim habet species, sed maximè generales tan-
 tum tres. Candida enim quædam dicitur, eo quod candidū fert fructū: hæc foemina *Candida.*
 à Plinio uocat. Germanis *weißer Ἐφῆω* nominari cōmodè potest. Altera nigra, *Nigra.*
 quæ nigrum producit fructum: hæc Plinio mas nominatur. Germanis *schwar-*
zer Ἐφῆω. Hæc etiã parietibus obrepit, murisq; pertinacius hæret quàm ut pos-
 sit abire, hinc *Maurephew* Germanis uocatur, & *Baumephew*/quod scilicet ar-
 bores suo complexu strangulet. Tertia priuatim Helix, id est, clauicula, & hederu- *Helix.*
 la nuncupatur. Germanis *Hein Ἐφῆω*/oder *Erdephew*.

FORMA.

Nigra, quæ in Germania nostra prouenit, arbores & parietes radicosas ample- *Nigra.*
 ctitur brachijs, in totum fruticosa, folia primum cum pubescit angulosa, compluri-
 mum in triangulam faciem exeuntia habens. Vetusiori rotundantur, pinguiã, du-
 ra, immortalis uiore: flore exili, uisigineo, non inodoro: baccis primum herbaceis,
 B mox atris, & nonnunquã croceis, longiori pediculo in uuã modum dependenti-
 bus, sparsioribus racemis non in globum candidæ modo coeuntibus, sed in acinos
 discretis. Radice numerosa, densa, flexuosa, cōtorta, ac furculosa, nec admodū pro-
 funda. Candida inter media folia emittit brachia, quibus arbores complectitur, ma- *Candida.*
 ximè ramosa & robusta, corymbis, hoc est, racemis in orbem circumactis, aut folio
 albicat. Helix quantum uis diu uiuat, Theophrasto autore, nunquã fert fructum, *Helix.*
 adeoq; sterilitate à cæteris distat. Parua tenuiãue huic folia, angulosa & rubra, uiti-
 culæq; tenues sine corymbis.

LOCVS.

Hedera aquis gaudet. Nigra passim circa muros crescit, Helix uerò in syluis hu-
 mi serpit.

TEMPVS.

Nusquam non uiuret Hedera.

TEMPERAMENTVM.

Hedera ex contrarijs cōposita est facultatibus: habet enim quiddam adstringen-
 tis substantiæ, quæ terrena & frigida est. Habet etiã nō nihil acris, quæ calida est.
 Nec deest tertia, aqueam nanq; substantiam quandam tepidam obtinet, certè si ui-
 ridis sit. Siquidem dum arefcit, hæc prima exhalet necesse est, manetq; quæ terrea
 est & frigida adstringensq; & ea quæ calida & acris.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Hedera omnis acris & adstringens est. Neros tentat. Flores trium digitorum
 carptu, in uino bis die poti, ad dysentericos faciunt. Ambustis cum cerato illiti pro-
 sunt. Tenera folia ex aceto cocta, aut cruda cum pane detrita, lienes sanant. Foliorū
 & corymborum succus cum irino unguento, melle, aut nitro naribus infunditur.
 Et contra ueteres capitis dolores ualet, atque eo perfunditur caput cum aceto & ro-
 saco. Dolentibus & purulentis auribus cum oleo medetur. Nigræ hedere succus,


n aut

412

HEDERA
NIGRA.

Maurephey.





HEDERA
HELIX.

Klein & Phew.

C aut e poti corymbi imbecillitatē pariunt, mentemq; turbant largius sumpti. Pilulae quinque corymborū tritaē calefactaēq; in malicorio cum rosaceo si instillantur in contrariā aurem, dolorem dentium mitigant. Denigrant capillum illiti corymbi. Folia in uino decocta, omniū ulcerum generi, etiam si cacoethe sint, illinuntur. Vitia cutis in facie & ambusta, uti iam diximus decocta, sanant. Mouent menses triti & subditi corymbi. Iidem poti post purgationes sceminarū drachmę pondere sterilitatem faciunt. Pediculus foliorū melle irrigatus, ac uuluaē inditus, menstrua & foetus extrahit. Succus instillatus in naribus, graueolentiā & putredines expurgat. Lachryma eius depilat, pediculosq; illita necat. Radicum succus cum aceto potus, phalangiorum morfibz succurrit.


EX GALENO.

Viridis, folijs eius in uino decoctis, ulcera grandia conglutinat, quæque maligna sunt, ad sanitatem reducit. Igne etiam factas exulcerationes cicatrice includit. Cum aceto decocta folia lienosis profunt. Flores autem quodammodo ualidiores sunt, ut ad leuorem redacta cum cerato ambustis conueniant. Præterea succus medicamentū est, quod naribus infusum capiti purgando idoneum existit. Verustas aurium fluxiones sanat: ad hæc ulcera uetera tum in auribus, tum in naribus. Porro si acrior appareat, aut rosaceo, aut dulci oleo misceatur. Lachryma eius pediculos interimit, pilis nudat, usque adeo calidæ potestatis ut obscurè adurat.

EX PLINIO.

Natura omnium Hederarū in medicina anceps. Mentem turbat & caput purgat largius pota. Neruis intus nocet, lisdem neruis adhibita foris prodest. Eadem natura quæ & aceto, ei est. Omnia genera eius refrigerant. Vrinam ciunt potu, capitis dolorem sedant, præcipuè cerebro: continentiq; cerebrū membranæ utiliter **D** mollibus folijs impositis, cum aceto & rosaceo tritis & decoctis, addito postea rosaceo oleo. Illinuntur autem fronti, & decocto eorū fouetur os, caputq; perungitur. Lien & pota & illita profunt. Decoquuntur & contra horrores febrium, eruptionesq; pituitæ, aut in uino teruntur. Corymbi quoque poti uel illiti lienem sanant: iecinora autem illiti. Trahunt & menses appositi. Succus Hederæ tædia nariū graueolentiāq; emendat, præcipuè albæ fatiua. Idem infusus naribus caput purgat, efficacius addito nitro. Infunditur etiam purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus quoque decorem facit. Ad lienes efficacior albæ est, ferro calefactus: satisq; est acinos sex in uini cyathis duobus sumi. Acini quoque ex eadem alba terni, in aceto mulso poti, tineas pellunt: in qua curatione uentri quoque imposuisse eos utile est. Hederæ quam chrysothron appellauimus, bacis aurei coloris uiginti, in uini sextario tritis, ita ut terni cyathi potentur, aquā quæ cutem subierit, per urinam educit Erasistratus. Eiusdem acinos quinque tritos in rosaceo oleo, calefactosq; in cortice punici, instillauit dentium dolori à contraria aure. Acini, qui croci succū habent, præsumpti potu, à crapula tutos præstant. Item sanguinē excreantes, aut torminibus laborantes. Hederæ nigræ candidiores corymbi poti steriles etiam uiros faciunt. Illinitur decocta in uino omniū ulcerum generi, etiam si cacoethe sint. Lachryma Hederæ psilothrum est, phthiria simq; tollit. Flos cuiuscunq; generis trium digitorū carptu, dysentericos & aluum citam emendat, in uino austero bis die potus. Et ambustis illinitur utiliter cum cera. Denigrant capillum corymbi. Radicis succus in aceto potus, contra phalangia prodest. Huius quoq; ligni uase spleneticos bibentes sanari inuenio. Et acinos terunt, moxq; cōburunt, & ita illinunt ambusta, prius persusa aqua calida. Sunt qui & incidāt succi gratia, eoq; utantur ad dentes erosos, frangi q; tradunt, proximis cera munitis ne ledantur.

Gummi etiam in Hedera quarunt, quod ex aceto utilissimum dentibus promittunt.



CERASVS

Kirschen.

C

NOMINA.



Cerasus unde dicta.

ΕΡΑΣΟΣ Grecis, Cerasus Latinis, Germanis Kirschenbaum dicitur. Cerasum autem arborem, ut Athengus refert lib. ij. Dipnosoph. à Cerasunte Pontica ciuitate, primus in Italiam Lucullus intulit, debellato Mithridate. Ille idem est qui etiam fructum cognomine ciuitatis appellauit Cerasium.

GENERA.

Multa Cerasiorum sunt genera, in Germania tamen tria, quod sciam, duntaxat proueniunt. *Primum.* Primi enim generis sunt rotunda, ac maxime rubent, suaq; uoce illis dicuntur *Amarellen*. *Secundum.* Alterius generis, quod ad figuram attinet, prioribus similia sunt, differunt autem colore, qui illis ad nigredinem accedit. Vocantur autem hoc *Tertium.* rum lingua Weichsel. Tertij generis prædictis minora sunt ac longiora, partimq; rubent, partim nigricant: à nonnullis priuatim Kirschen uel Kerschen appellantur. Nos una icone omnia tria complexi sumus. Quæ in utroq; genere nigra sunt, ea uescentiũ manus & labra succo suo, qui sanguineus est, mororũ instar inficiunt.

FORMA.

Cerasus folio ferè Mespili, duro, latiore, & in ambitu ferrato cõstat, cortice leuo, in candido nigricante, flore albo racematim congesto, fructu rubro aut nigro, magnitudine fabæ.

LOCVS.

Frequens est in omnibus hortis Cerasus. Quæ tamen posterioris generis Cerasia profert, in syluis nonnunquam & nemoribus etiam reperitur. Gaudet autem aquosis montibus.

TEMPVS.

D Iunio ac Iulio potissimum mensibus fructus maturitatem consequitur. Flores primo statim uere apparent.

TEMPERAMENTVM.

Cerasorum non unum idemq; est temperamentum, quod ex eorundem facultatibus perspicuum fit. Symeon tamen Sethi frigida & humida esse tradit.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Cerasia quidem ipsa si uiridia sumantur, uentri utilia sunt. Eadem siccata aluum sistunt. Gummi Cerasorum cum uino diluto sumptũ, uetustæ tussis medetur. Colorem commendat. Visum exacuit. Appetentiam inuitat. Idem ex uino potũ calculosis auxilio est.

EX GALENO.

Cerasus arbor fructũ fert non paris adstrictiõnis in omnibus particulatim plantis participem. Nam & in horum, sicut etiam malorum granatorum, & malorum, quibusdam austera qualitas, in quibusdam uero dulcis, in nonnullis autem acida exuperat. Quinetiam ipsorum dulcium ea quæ nondum concocta sunt ac matura, quædam admodũ acerba sunt, quædam similiter moris acida. Sed in moris immaturis acida qualitas acerbã exuperat, in Cerasijs non semper. Ergo quæ dulcia sunt, magis quæ in intestinis sunt subducunt, sed minus apta stomacho sunt. Contra austera. Quæcunq; uero acida sunt, ea pituitosis excrementosisq; stomachis conueniunt. Siquidem auferis magis exiccant, & nonnihil etiam incidunt. Porro ipsius arboris gummi cõmunem omnibus uiscosis & mordacitatem expertis medicamentis facultatem obtinet, quæ & ad arterias exasperatas accõmoda est. Proprie autem (si quidem uerum est quod quidam scribunt) calculis uexatos cum uino potum adiuuat. Nam sicilli tenuium partium quædam facultas inest.

EX PLINIO.

Cerasa & aluum molliunt, stomacho utilia. Eadem siccata aluum sistunt, urinã ciunt.

ciunt. Inuenio apud autores, si quis matutino roscida deuoret cum suis nucleis, in tantum leuari aluum, ut pedes morbo liberentur.

EX SYMEONE SETHI.

Cerasia mali succi sunt, uentrem subducunt, humidum uentriculum legunt, praesertim cum non sunt matura. Profunt autem calidis & siccis uentriculis ac temperaturis. Gummi uero arboris cum uino sumptum calculosis auxiliatur.

APPENDIX.

Sunt qui tradunt gummi quod ex arbore destillat ueteri tussi mederi, ex quo uino sumptum gutturis lenire alperitates, fastidia discutere, & ciborum appetentiam moliri. Colorem cutis facere gratiorem, & oculis asferre claritatem. Lichenes infantium ex aceto sanare.

DE CYANO CAP. CLXI.

NOMINA.



YANOS Græcis, Plinio & Latinis alijs Cyanus appellatur. Nonnullis Baptifecula, quod secantibus & metentibus officiat, retula in eius oc

Baptifecula.

cursu falce. Nam & seculam ueteres falcem dixerunt. Rectius tamen

Blaptifecula uocaretur, quod *βλαπτική* Græcis nocere significet. Nostri

Flos frumentorum

florem frumentorum, Germani autem *blaw Kornblumen* nominant, quod scilicet in frumentario nascatur agro. Cyanos uero dicta est hæc planta, ob florem quem

Cyanos cur dicta

profert cœruleum, aut quod honorem nomenque dederit cœruleo colori. Hinc est quod pueri in hodiernum usque diem barbulas calycibus erutas, ex candido oui liquore terant, quo in pingendis grandioribus literis cœrulei nitorem mentiantur.

FORMA.

Caulis illi est angulosus, folia angusta & oblonga, calyces rosarum, sed squarosi atque tristes, quos plurimæ cœruleæ stipant barbulae. Radix oblonga, lignosa, fibris quibusdam capillata.

LOCVS.

Triualis flos est, passim in frumentis nascens.

TEMPVS.

Iunio potissimum mense floret, nec parum gratiæ suo cœruleo colore frumentis adfert. Hinc est quod rusticorum etiam coronis inferatur, quanquam inodorus prorsus sit.

TEMPERAMENTVM.

Frigida est temperaturæ atque adeo repellentis, id quod gustus etiam facile indicat, uiscositate manifestam, & nullum prorsus caloris indicium præ se ferens.

VIRE S.

Recentiores rectè tradunt huic herbæ facultatem inesse, qua oculis alijsque partibus inflammatione laborantibus profit.



CYANVS

Blaw kornblimen.

NOMINA.



KROMMYON Græcis, Cepa, & in neutro Cepe, Latinis dicitur. Officine genuinum nomen retinuerunt. Germanis Zwibel appellatur: quod sâ nê uocabulum à Gallico detortum esse uidetur: quandoquidem Galli sua lingua Cepam uocent Siboulam. Crommyon autem, Aristotele in problematis autore, dictum est, quod oculi pupillam comprimi cogat. Nam oculos uellendo expressis subinde lachrymis contrahi pupillas certum est. Idem libro nono Dîpnosoph. testatur Athenæus. Cepa uerò à capitis magnitudine.

*Crommyon unde dictum.
Cepa quare uocata.*

FORMA.

Folia habet ferè porracea, intus concua: caulem teretem rotundumq; per cuius fastigium flores primùm candidi, ac subinde semen, in orbem sparguntur: radicem capitatam pluribus compactâ tunicis, quæ summatim prætenuibus rufisq; uestitur membranis, uertice nigricantē, à quo fibræ capillitij modo fruticant.

LOCVS.

Terram Cepæ amant pinguem, uehementer subactam & irriguam, pascimq; hodie in omnibus plantantur hortis.

TEMPVS.

Floret Iulio potissimū mense, & deinceps semen profert, quod non antè legendum, quàm cum nigrum colorem præ se feret. Siquidem eo colore perfectionem fatetur, nigritiaq; maturitatis index est.

TEMPERAMENTVM.

Ex quarto est ordine excalefacientiū, essentiaq; eius crassarum est partium. Si succum eius exprimas, quod reliquum est admodum terreæ substantiæ est, eiusq; calidat: at succus aqueæ aëriæq; caliditatis.


VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Cepa longa acrior est quàm rotunda, item flaua quàm candida, sicca quàm uiridis, & cruda quàm cocta, aut sale condita. Omnes tamen mordicant, flatu significant, appetentiam inuitant, extenuant, sitim excitant, fastidium pariunt & expurgant. Aluo utiles sunt. Detractis tunicis inq; oleum coniectæ, ac pro glandibus subditæ, hæmorrhoidas, reliquasq; excretiones aperiunt. Succus cum melle illitus, oculorum hebetudinibus, argemīs, nubeculis, & incipientibus suffusionibus auxiliatur, anginaq; laborantibus. Suppressos menses mouet. Caput purgat naribus infusus. Canis moribus cum sale, ruta & melle illinitur. Cum aceto autem in sole inunctus alphos sanat. Cum pari spodio, scabras lippitudines sedat. Varos cum sale reprimat. Contra calceamentorum attritus, cum gallinaceo adipe utilis est. Alui fluoribus prodest. Aurium grauitati, ac sonitui confert. Ad purulentas aures, & eliciendam aquam in ijs interceptam ualet. Alopecie earum succo utiliter perfricantur: celerius enim quàm Alcyonium pilos euocat. Largior Ceparum cibus capitis dolores ciet. Cocta uehementius urinam pellit. In morbis, cocta etiam, copiosius comesta, lethargū efficit. Cum pascis uiuis, & fico illita, tubercula cōcoquit & rumpit.

EX GALENO.

Hæmorrhoidas aperit, tum apposita, tum cū aceto inuncta. In sole alphos abstergit, & alopecijs attrita pilos Alcyonio citius restituit. Porro succus eius ijs qui suffusione oculorū laborant, aut aciem oculorū obtusam præ crassitudine humorū obtrinent, inunctus prodest. Tota Cepa manducata flatuosa est. Itaq; quæ temperatura sunt siccior, minus flatuū generant. Crassos corporis humores extenuat, glutinososq; incidit. Bis tamen aut ter in aqua decocta, acrimonia spoliatur, quanquam ne sic quidem uim perdit extenuandi: uerum facultatē quandam obscurissimā alendi corporo-



a corporis exinde acquirit, cuius antea quàm decoqueretur, nihil prorsus obtinebat.

EX PLINIO.

Cepæ olfactu ipso & delachrymationi, & caligini medentur, magis uero succi inunctione. Somnum etiam facere traduntur, & ulcera oris sanare, commanducata cum pane. Et canis morsus uirides ex aceto illitæ, aut siccæ cum melle & uino, ita ut post diem tertium soluantur. Sic & trita sanant. Tostam in cinere epiphoris multi imposuere cum farina hordeacea, & genitalium ulceribus. Succo & cicatrices oculorum, & albugines, & argemas inunxere, & serpentium morsus, & omnia ulcera cum melle. Item auricularum cum lacte mulierum, & in iisdem sonitum ac grauitatem emendantes, cum adipe anserino, aut cum melle stillauere. Et ex aqua bibendum dederunt repente obmutescentibus. In dolore quoque ad dentes colluendos instillauere, & plagis bestiarum omnium, priuatim scorpionum. Alopecias fricuere & psoras tuls cepis. Coctas dysentericis uescendas dedere, & contra lumborum dolores. Purgamenta quoque earum cremata in cinerem, illinentes ex aceto serpentium moribus, inter ipsas quoque multipedes ex aceto. Reliqua inter medicos miradiuersitas. Proximi inutilia esse præcordijs & concoctioni, inflationemque & sitim facere dixerunt. Asclepiadis schola ad ualidum quoque colorem profici hoc cibo. Et si succum ieiunii quotidie edant, firmitatem ualitudinis custodiri, stomacho utilia esse, ac spiritus agitationi, uentrem mollire, hæmorrhoidas pellere subditas pro balanis, succum cum succo fecniculi contra incipientes hydropises mirè proficere. Item contra anginas, ruta & melle. Excitari eisdem lethargicos.

EX SYMEONE SETHI.

Cepalotium cit, & semen genitale gignit. Cibi appetentiam excitat. Capitis dolores facit, & stomacho officit. Rationem etiam, ut aliqui ferunt, lædit. Si uero coquatur, plurimum malignitatis deponit, & utilis fit ad thoracis asperitates, & tuls. Hæmorrhoidas imposita aperit, & cum aceto inunctum alphas extergit. Et si autem crassarum partium substantiam habeat, humores tamen crassos & lentos extenuat. Venter uero inflat. Si crebrius quis ea utatur, in lienis uitia incidit.

DE CAMPANULA CAP. CLXIII.

NOMINA.



VVM nobis non constat quo nomine ueteribus appellata sit hæc herba, placuit illam Campanulam, à florum similitudine, qui campanam planè referunt, nominare. Germanis *Nalskraut*, hoc est Ceruicaria, dicitur, quod scilicet ad oris, & ceruicis, fauciumque mala mirifice conferat.

Campanula una de dicta. Ceruicaria.

FORMA.

Caulem profert quadrangularem, hirsutum, rubescentem, folia oblonga, hirsuta, in extremitatibus incisa & serrata, ad Vrticam proxime accedentia, flores purpureos campanæ aut calathæ similes, in medio luteum quid prominens obtinentes, quibus emarcescentibus in rotundis capitulis semen prouenit. Radicem multifariam intortam, & candidam.

LOCVS.

Gignitur in pratis siccis, in quibus dumeta plurima existunt, Propemodum enim nunquam nisi in dumetis reperiri potest.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Gustu adstringit, ut hinc exiccandi illi uim esse quisque consicere queat.

VIRE S.

Adstringendi habet facultatem, ideoque decoctum illius unice ad oris exulcerationes,



CAMPANULA

Galgkraut.

ationes, aliâq; eiusdem mala quæ adstrictione indigent, confert. Vtilis etiam haud dubiè ad alia quævis ulcera, ob insignem quam obtinet in exiccando facultatem.

DE CALAMINTHA CAP. CLXIII.

NOMINA.



KALAMINTHON Græcis, Calamintha Latinis, officinis Calamentum nominatur, Germanicas appellationes paulò post indicabimus. Calamintha uerò dicitur quasi uel bona, uel utilis mentha; nanq; nidore suo serpentes fugat. Quod testatur etiam Aristophanes ijs uerbis: *οὐ δὲ ἔστι καλαμίνθης, ὅφρως ἐλασκή.* Nisi quis existimet à *κάλαν*, hoc est, ligno, quasi lignosam appellari mentham.

GENERA.

Calaminthæ Dioscorides tria facit genera. Primum amat montes, ideo huius generis Calamintha montana uocatur. Germanis *Stein oder Katzenmünz* dicitur. Alterum Latini propriè Neperam, uulgo eò quod Pulegio simile sit, syluestre Pulegium nominat. Germani etiâ uulgi opinione sequentes, *wilden Poley & Kornmünz* uocant. Officinæ pro Calamento hoc solo genere utuntur. Tertium Mentastro simile est, Germanicè *Geelmünz* cōmodè appellatur.

FORMA.

Primum Calaminthæ genus folia Ocymo similia habet, subalba, ramulos angulosos, florem purpureū. Alterum Pulegio simile est, maius tamen, propter quod quidam, ut dictum est, syluestre Pulegium nominant, quoniam & odorem illius æmuletur. Tertium Mentastri similitudine est, longioribus folijs, caule & ramis prædictis maius, sed minus efficax; flore luteo.

LOCVS.

Primi generis Calamintha in montibus & asperis gignitur, unde & montana dicta est. Alterius in campestribus & agris. Tertij in aquosis locis.

TEMPVS.

Florent Iunio, potissimum uerò Iulio, mense.

TEMPERAMENTVM.

Calamintha essentia est tenui & calida, siccaq; in tertio quodammodo ordine. Horum manifesta sunt indicia, partim gustu apparentia, partim experientia cognita. Gustu quidē acris & palam calida est, ac paulum omnino amaritudinis obtinet.


VIRES. EX DIOSCORIDE.

Omnium folia gustu feruentia admodum & acria. Radix inutilis. Pota aut illita demorsis à serpente opitulatur. Decoctum eius potum urinas & menses expellit. Ruptis, conuulsis, orthopnceæ, torminibus, cholerae, rigoribusq; auxiliatur. Præsumpta in uino uenenis resistit. Regium morbum expurgat. Lumbricos & ascaridas cum sale & melle pota, enecat. Nec secus cocta crudaq; si terat. Elephanticos esitata adiuuat, si postea serum lactis bibatur. Folia trita & apposita, menses ducunt, & fetum interimunt. Accensa aut subtrata serpentes fugant. Nigris cicatricibus candorem reddunt, in uino cocta & illita. Sugillata tollunt. Ischiadicis imponitur, ut humorem ex alto euocet, meatusq; transmutet, summam cutem exurens. Vermes necat succus auribus instillatus.

EX GALENO.


Periclitantibus & corpori admoventibus extrinsecus imposita, primū quidem ualde excalfacit & mordicat, cutemq; laniat, postremo etiam ulcus efficit. In corpus autem intrò assumpta, tum ipsa per se sicca, tum etiâ cum melicrato, perspicuè calfacit, & sudorem ciēt, omneq; corpus tum digerit, tum exiccat. Ea ratione ducti quidam ipsam contra rigores per circuitū repetentes adhibuerunt, foris quidem oleo

o inco-



CALAMINTHAE PRI
MVM GENVS.

Ratzenmüntz.



CALAMINTHAE SE
CVNDVM GENVS.

Wilder Polyp.

436

CALAMINTHAE
TERTIVM GENVS.

Gele Stuntz.



A incoctam toti corpori inungentes cum frictione non segni, intrò uero assumentes, sicuti est dictum. Quinetià & coxendicibus eam quidam in ægitudinibus ischia-
dicis tanquã strenuum remediũ illinunt: trahit enim quæ in profundo hærent, to-
tumq; adeo articulum exalfacit, cutemq; non obscure adurit, mensesq; tum pota,
tum apposita admodũ efficaciter prouocat. Bonum etiam elephanticorũ remediũ,
non eò tantum quod strenuè tenues humores digerat, uerumetiã quia extenuet &
incidat ualenter crassos, quales sunt qui hunc morbũ procreant. Sic & cicatricibus
atris candorem reddit, & sugillata digerit. Sed ad talia recentem magis quàm aren-
tem adhibere præstat. Quippe arefacta uehementior redditur, & ad urendũ prom-
ptior. Porro talis cum sit, ad uenenatarũ bestiarũ morsus assumitur, uelut etiã cau-
teria, & quæcunq; medicamenta calida sunt & acria, tenuiumq; partiũ, quæq; facile
ex alto ad sese circumiacentẽ omnem humiditatẽ possunt attrahere. Cæterũ quæ il-
li inest amaritudo, planè exigua est, uerum ad quædã ita efficaciter agit, ut quæ ua-
lentissima est, nimirũ quum cõiuncta sit uehementi calori cum tenui essentia. Qua-
re & ascaridas & lumbricos succus eius infusus aut potus enecat. Eadem ratione au-
rium uermes, aut si alicubi in parte corporis sinuosa aut implicata quæ putredine
tentetur, talis prouenerit affectus. Sic & conceptũ seu pota, seu admota interimit &
eijcit. Igitur incidendi quidem ei uis adest propter calorẽ eius, tenuitatem, & amari-
tudinẽ: abstergendi uero propter unicam amaritudinẽ. Itaq; asthmaticis ob omnia
antedicta prodest. Ictericis uerò potissimum ob amaritudinẽ, sicut alia ferè omnia
amara, utpote abstergentia & expurgantia in iecinore prouenientes obstructio-
nes. Ad omnia iam dicta efficacior est montana.

EX PLINIO.

B Decocta in aqua ad tertias discutit frigora. Mulierũ mensuris prodest. Aestate
sedat calores. Vires quoq; contra serpentes habet. Fumũ ex ea nidoremq; fugiunt,
quam & substernere in metu obdormituris utile est. Tusa ægilopis imponitur, &
capitis doloribus recens, cum tertia parte panis temperata aceto illiniẽ. Succus eius
instillatus naribus supinis, profluuiũ sanguinis sistit. Item radix cum myrti semine
in passo tepido gargarizata, anginis medetur.

DE CRITHE CAP. CLXV.

NOMINA.



PIOTH Græcis, Hordeũ Latinis & officinis dicitur. Germanis *Gersten*.
Ex eo polenta, quam Græci *ἄλυστον* nominant, & Pisana, medicamen- *Polenta*.
ta ueteribus usitatissima, conficiuntur.

GENERA.

Rustici duo esse Hordei genera tradunt, Vnum Polystichũ, quod sic dictum est *Hordeum polys-*
quia in multos uersus spicatur. Sunt enim ex hoc genere quæ spicam tribus, interdũ *stichum*.
quatuor, nunc sex, nunc octo uersibus distincta proferunt. Germanis *groß Gerst*/
hoc est, Hordeũ magnum uocatur. Alterum Distichũ nominatur, quod scilicet in *Distichum*.
duos duntaxat uersus spicetur. Germani *klein Gersten*/id est, Hordeum exiguum
appellant.

FORMA.

Culmum habet tritici, fragiliore tamen minoremq; quinque, sex, & interdum
pluribus geniculatũ articulis, simplici in stipula folio, & eo quidem scabro ac lato.
Grana ferè nuda, longiore capillamento, mordaciq; arista. In uersus spicatur, radice
frequenti, capillis fibrata.


LOCVS.

Hordeum pinguisimum amat agrum.



HORDEVUM
POLYSTICHVM.

Grosse Gerst.



HORDEVN DI
STICHVM.

Kleine Serst.

C

TEMPVS.

Erumpit à primo fatu die septimo, & caput alterum grani in radicem exit, alterũ in herbam. Metitur Augusto mense.

TEMPERAMENTVM.

Hordea primi sunt ordinis in exiccando & refrigerando.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Hordeum optimũ est candidum, purumq̃. Minus quàm triticum nutrit. Pti-
fana tamen ob cremorem in elixatione redditum, plus alimentĩ prabet quàm po-
lenta ex hordeo facta. Contra acrimonias atq̃ faucium scabritias, exulcerationesq̃
poller, quibus etiam triticea ptisana præsidiũ est, sed plus alit, magisq̃ urinam mo-
uet. Lac abundè suppeditat, si cum Fœniculi femine decocta forbeat. Abstergit,
urinam ciet, inflat, stomacho aduersatur, & œdemata concoquit. Farina hordeacea
cum fico in mullā aqua decocta, œdemata & inflammationes discutit. Duritias cū
pice, resina & fimo columbino concoquit. Cum meliloto autem & papaueris caly-
ce dolores finit qui latus excruciant. Aduersus intestinorum inflationes, cum lini
femine, fœnogræco & ruta illinitur. Strumas cum pice liquida, cera, oleo, & impu-
bis pueri urina, ad concoctionem perducit. Cum Myrto autem, aut uino, aut syl-
uestribus pyris, aut rubo, aut malicorio, alui profluvia sistit. Podagricis inflama-
tionibus cum cotoneis, aut aceto prodest. Decocta in acri aceto, modo quo hordea
ceum cataplasma, & calida imposita, lepris medetur. Liquata eadem cum aqua, atq̃
cum pice & oleo decocta, pus excitat. Cum aceto autem liquata, & cum pice deco-
cta, contra articulorum fluxiones prodest. Farina ex ijs aluum cohibet, inflama-
tionesq̃ mitigat.


EX GALENO.

D Hordea paucissimum etiam absterisionis habent. Paulò etiam plus desiccant quàm
farina fabacea, cui non insint cortices. Cetera uerò similia sunt foris utentibus. In ci-
bo autem hoc præstant fabis, quod flatuosam naturā exuant: fabis quantumcunq̃
que coxeris, flatuosa natura remanet: sunt enim crassioris essentiae quàm hordea,
quamobrem ijs plus etiam nutriunt. Quoniam uerò ambo paulum à medio recel-
serunt, multo sunt usui. Nam talia medicamenta multis alijs miscentur ceu mate-
riæ quædam: itaque etiam cera & oleum paucis medicamentis coniunguntur. Po-
lenta uerò multo plus hordeo desiccatur. Plura de hordeo, ptisana & polenta apud
Galenum libro primo de alimentorũ facultatibus offendes.

EX PLINIO.

Farina ex hordeo & cruda & decocta, collectiones impetusq̃ discutit, lenit & con-
coquit. Decoquitur aliàs in mullā aqua, aut fico sicca. Ad iecinoris dolores eam in
posca positam cōcoqui opus est, aut cum uino. Cum uero inter coquendum discu-
tiendumq̃ cura est, tunc in aceto melius, aut in fœce acetĩ, aut cotoneis pyrisue deco-
ctis. Ad multipedũ morsus cum melle, ad serpentium in aceto & contra suppuran-
tia, ad extrahendas suppurationes ex posca, addita resina & galla. Ad concoctiones
uero & ulcera uetera cum resina. Ad duritias cum fimo columbino, aut fico sicca,
aut cinere. Ad neruorũ inflammationes, aut intestinorũ uel laterum uel uirilium
dolores, cum papauere aut meliloto, & quoties ab ofsibus caro recedit. Ad stru-
mas cum pice & impubis pueri urina. Cum oleo & fœnogræco contra tumores
præcordiorum, uel in febribus cum melle, uel adipe uetusto. Suppuratis tri-
ticea farina multo lenior. Neruis cum Hyoscyami succo illi-
nitur, Ex aceto & melle lentigini.

DE CRO-




CROCI FLORES

Saffranblumen.

CROCI, FOLIA,

Saffranblätter.



NOMINA.

KΡΟΚΟΣ Græcis, Crocus Latinis appellatur. Officinæ antiquū nomen retinuerunt. Germani *Saffran* uocant simpliciter, aut cum adiectio-
ne, *zamer Saffran*. Sic uerò uocatus à Croco iuuenē, qui propter
amorem Smilacis uirginis, in florem sui nominis uersus est: quod Oui-
dius testatur, qui sic scriptum reliquit:

Crocus unde
dictus.

Et Crocum in paruos uersum cum Smilace flores.

FORMA.

Crocus folio est angusto adusque capillamenti penē exilitatem: flore purpureo Colchici floribus non admodum dissimili, in quo flammea Croci stamina: radice bulbosa, copiosaq; ac uiuaci.

LOCVS.

Nascitur in Coryco monte Ciliciæ optimus. Proxima nobilitas ei qui in Olym-
po Lyciæ monte prouenit. Dein ei qui ex Aegis Ætolia urbe affertur. Nunc in
plerisque Germaniæ locis plantari cœpit haud infelicitē, quod uiribus ē locis iam
cōmemoratis allatis haud cedat.

TEMPVS.

Florem ante folium ædit: per autumnū nanq; Vergiliarum occasu floret, neque
ultra mensis spacium flores durant. Postquā autem hi decidunt, statim folia angu-
sta & oblonga prodeunt, uirentq; tota hyeme.

TEMPERAMENTVM.

Crocus paulum quid adstringens obtinet, quod terreum frigidumq; est: sed su-
perat in eo calefaciens & qualitas & facultas, ut tota essentia secundi sit ordinis exca-
lescentium, & primi exiccantium.

D

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Crocus emollit, concoquit, leniter adstringit, urinam cit, & coloris bonitatē effi-
cit. Arcet crapulam cum passo potus. Fluxiones oculorū cum lacte muliebri inun-
ctus sistit. Potionibus quæ pro interaneis parantur, utiliter miscetur: item ijs quæ
uulua sediq; subiiciuntur & illinuntur. Venerē stimulat. Inflammationes erysip-
elatosas inunctus lenit. Aurium remedijs utilissimus est. Leralem sanē dicunt hunc
si trium drachmarū pondere cum aqua bibat. Radix eius cum passo pota, urinā cit.

EX GALENO.

Crocus concoquendi uim quandam habet, adiutante scilicet in hoc & pauca ad-
strictione. Quippe quibus medicamentis, quum non admodū exalfaciāt, pauca
adeft adstrictio, ea parem facultatē habent essentijs emplasticis nominatis, quas
cum iunctas caliditati non uehementi contigerit, concoquentes esse constat.

EX PLINIO.

Discutit inflammationes omnes quidem, sed oculorū maximē ex ouo illitū. Vul-
uarum quoq; strangulatus. Stomachi exulcerationes, pectoris & renum, iecinorū,
pulmonū, uescicarumq; peculiariter inflammationi earum uehementer utile. Item
tussi & pleuritis. Tollit & pruritus. Urinam cit. Qui Crocum prius biberint, cra-
pulam non sentient. Ebrietati eo resistunt. Coronæ quoq; ex eo mulcent ebrietatē.
Somnum facit. Caput leniter mouet. Venerē stimulat. Flos eius igni sacro illinitur
cum creta Cimolia. Ipsum plurimis medicaminibus miscetur.

EX SYMEONE SETHI.

Stomacho bonus est, ciborumq; concoctionē efficit. Obstructiones tollit. Pitui-
tosa & lethargica uitia iuuat. Discutiendi quoque uim obtinet, & uisceribus utilis
est, ad spiritusq; difficultatē conducit. Si quis illo mediocriter utatur, bonum colo-
rem habebit: sin uerò citra modum, pallorem contrahet, & capitis dolorem, cibiq;
inap-
pe-

A inappetentiam faciet. Cum opio & lacte & rosaceo pedum doloribus impositus ubi dolent, summopere prodest, superpositis Betæ folijs.

DE CYNOCRAMBE CAP. CLXVII

NOMINA.



ΥΝΟΚΡΑΜΒΗ, ἢ κυνία, ἢ λινόζωσις ἀγρία ἄρβωλῳ Græcis, Canina Brassica, Cynia, & sylvestris mercurialis mas Latinis, wild Bingeltraut das memle/Hundstöl Germanis appellatur.

FORMA.

Caulē ex se mittit dodrantalem, tenerum & subalbīdū. Folia Mercuriali similia, albescentia ex certis interuallis. Semen prope folia paruum, rotundum. Ex qua quidem deliniatione sole meridiano clarius est, herbam cuius picturam damus esse Cynocramben. Siquidem ea caulem binū palmorum altitudine habet, mollem & subcandidum. Folia Mercuriali similia admodum, certis interstitijs, subalbida. Semen item iuxta folia exiguum, rotundum, geminorū instar testiculorum connexum: & in summa, nihil est quod non in ea descriptioni adamussim respondeat.

LOCVS.

In syluis copiose prouenit.

TEMPVS.

Semen ueris initio, nempe Aprilī mense, profert, maturescit autem Maio.

TEMPERAMENTVM.

Quum gustu nihil à satia Mercuriali distet Cynocrambe, colligitur hinc idem quod illa obtinere temperamentum.


VIRES. EX DIOSCORIDE.

B Caulis & folia pota, & olerum modo comesta aluum cient. Ius uero decoctionū bilem & aquosa detrahīt.

APPENDIX.

Alia est Cynocrambe ab hac nostra, ea cuius mentionem facit Galenus, Paulus & alij, adde etiam Dioscorides, uerum sub nomine Apocyni: quod lectorē, ne diuersas herbas unam esse putaret, monere uolui.

DE COLY-



CYNOCRAMBE

Wild Bingelkraut.

NOMINA.



COLYTEA Græcis, Colytea & Colutea Latinis dicitur: à nullo tamen, quod sciam, ueterum, quàm à Theophrasto lib. iij. de plant. hist. cap. xvij. celebrata.

GENERA.

Duo eius sunt genera. Vnum quod priuatim Colytea uocatur, officinis incognitum. Germani welsch Linsen appellant. Alterum officinis cognitum & frequenter usu à medicis usurpatum, Mauritano sermone Sena nominatur. Germani ad eam alludentes appellationem, Sener nuncupant. Differunt autem inter se magnitudine: siquidem primum genus maius est altero, utpote quod quadriennio, Theophrasto loco paulò antè citato teste, se in arborem efferat. Siliquæ etiam illius magis turgido spiritu distenduntur, Sena uerò siliquas profert lunatas, nec ita prætumidas. Semen denique Colyteæ rotundum, lentis obtinens similitudinem; Senæ autem oblongum, cordisq; humani instar acuminatum.

FORMA.

Frutex est ramis exilibus, folio scæni-græci, flore genistæ aut pisi luteo, membra-
neo folliculo, pellucente, prætumido, & ueluti quodam spiritu distendente turgi-
do, ita ut digitis si prematur, crepitans dissiliat, in quo semen atrum, durum, latum,
lentis magnitudine, pisi gustu, in ordinemq; digestum clauditur.

LOCVS.

Satum utrunque in hortis prouenit.

TEMPVS.

Floret Colytea Maio & Iunio mensibus, ac subinde in siliquis oblongis semen
B profert.

TEMPERAMENTVM.


Arabes calidam in principio secundi, & siccam in primo ordine statuunt.

VIRE. EX ACTVARIO.

Sene siliquosus quidam fructus à barbaris appellatur, qui citra noxam drachmæ pondusculo potus, pituitam & bilem deijcit: post hos reliquos humores modestissime purgat, retorridam atramq; bilem, eiusq; suffusiones ex gallinaceo iure depellit. Vetusito capitis dolori, scabiei, comitialibus, impetigini succurrit. Sed seruefactius potius quàm triti farina propinatur. Interaneorum obstructions tollit.


APPENDIX.

Quum non forma tantum, imò etiam sapore duo hæc Colyteæ genera sibi similia sint, facile etiam hinc colligitur facultate inter se minimè differre. Quare utrunque citra molestiam atram bilem retorridamq; educit, caputq; ac cerebrum, & instrumenta sensuum à noxijs purgat humoribus. Quid multa; aduersus omnia uitia ab atra bile nata ualet.



COLYTEA

Welsch Linfen.



SENA

Genet.

p 2

NOMINA.

Pes Cornicis.
Coronopus unde dicta.
Sanguinaria.
Herba stellæ.



ΟΡΩΝΟΡΟΥΣ, ἡ ἀσπίς Græcis, Pes Cornicis & Sanguinaria Latinis dicitur. Officinis incognita herba. Germanis cōmodè Kræn oder Kap-pensfuß appellari potest. Coronopus enim non alia ratione dici cœpit, quàm quod Cornicis pedem effigie repræsentet. Sanguinaria autem Sanguinalisue uocata est, quod sanguini sistendo apta sit herba. Sunt qui herbam Stellæ nominant, alludentes haud dubiè ad græcam appellationē astrion. Nonnulli quod folium eius multipartitò confectum in ceruini cornu imaginem effigietur, Ceruinum cornu uocant.

FORMA.

Herbula est oblonga, per terram strata, folijs fissis, radice gracili & adstringente. Ex qua quidem descriptione, etsi concisa admodum, satis liquet, herbam hanc cuius picturam damus esse Coronopum. Herbula enim est folijs oblongis & scissis ac in multas partes laciniatis, atque adeo cornicis pedem effigie referentibus, humi quoque semper sparsa proserpit; radice denique tenui admodum & adstringente prædita. Quibus omnibus id quoque accedit, quod Dioscorides Psyllium folia Coronopo similia habere scribit; quod si uerum esse ex utriusque herbæ collatione experiri uolueris, senties Coronopi huius nostri folia planè Psyllij folijs simillima esse, potissimum ubi primum è terra erumpunt: imò quod ad folia, flores & semina attinet, omnia in utrisq; sibi similia deprehendes, in eoq; solo distare comperies, quod Psyllium folia non fissa habeat, & in altum surgat, singulaq; iam dicta maiora producat; contrà Coronopus humi repat, minoraq; omnia proferat. Vtracq; igitur herba luteos obtinet flores, & semina in capitulis pulcibus similia. Capitula uerò in Coronopo sunt multo quàm in Psyllio tenuiora ac longiora, id quod pictura
D graphice monstrabit. Ex ijs quoque manifestum fit errare illos toto cœlo, qui gramen aculeatum & Coronopum unam & eandem herbam esse contendunt, cum tamen forma non parum distare uideantur. Atque hinc est quod omnes ueteres tam Græci quàm Latini utranque herbam seorsim, & in diuersis locis descriperint. Plinius siquidem lib. xxiiij. cap. xix. aculeatum gramen in cacumine aculeos plurimum quinos habere, atque adeo Dactylon uocatum esse hoc nomine, quod scilicet digitorum speciem referat, scribit. Coronopus uerò neque quinos, neque in cacumine aculeos obtinet, sed tantum folia fissa, uel si aculeos placet appellare has fissuras, non in cacumine, sed in ambitu passim foliorum eas reperies; ut certum sit Coronopum non esse aculeatum gramen.

LOCVS.

Dioscorides in incultis, semitis, & iuxta domicilia nasci tradit. In Germania tamen, quod sciam, nusquam nisi sata prouenit.

TEMPVS.

Floret Iunio mense, ac subinde in oblongis capitulis semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Ex adstrictione ipsa satis constat radicem ipsam siccandi ui præditam esse.

VIRES. EX DIOSCORIDE.


Herba cocta estur olerum modo, Radicem habet in cibo adstringentem, quæ cœliaciis conducit.

EX GALENO.

Coronopodis radix comesta cœliaciis prodesse creditur.

EX PLINIO.

Seritur interim Coronopus, quoniâ radix cœliaciis præclarè facit in cinere tosta.



CORONOPVS

Kränsfuß.



*Cyclaminus una
de dicta.*

Ichthyotheron.

Rapum terræ.

Tuber terræ.

Umbilicus terræ.

Panis porcini.

Panis terræ.

ΚΥΚΛΑΜΙΝΟΣ, ἡ ἰχθυόθηρον Græcis, Rapum & tuber umbilicusq; terræ Latinis, Cyclamen officinis mutata uoce, Panis porcini & terræ, atq; Arthanita à nostræ ætatis herbarijs, Germanis Erdwurß oder Apffel/Schwein oder Sewbzot dicitur. Cyclamino Græci nomen fecerunt, circumactâ in orbem eius circinationē contemplati, καὶ τὸ κύκλος, quasi ab orbe Cyclaminon, hoc est, orbicularē dixerunt. Fuitq; hæc prior & antiquior plantæ huius appellatio. Ichthyotheron uerò iisdem, quod pisces ea necantur nominauerunt. Romani Rapum terræ, quoniam eius radix in terra uelut Rapum extuberat. Quæ nam ratione terræ tuber, quod in molem quandam intumeat: aut umbilicum terræ, quoniam ut umbilicus circinata forma emergit, sic & Cyclaminus sub terra conspicitur, etiam appellarunt. Panem porcini haud dubiè primum uocarunt subulci, qui pecori suo radicem huius gratam pabulis cognouerunt. Cæteri antiquum Cyclamini nomen ignorantes, quod sæpius radicem in orbem circumactâ intuerentur, quæ non in globum intumescens, sed ueluti pressa sese in latitudinem explicaret, qua forma quotidiano usu panes uisuntur, terræ panem ceperunt appellare.

FORMA.

Folia Hedere habet, purpurea, uaria, suprâ in fraq; albicantibus maculis. Caulem longitudine quatuor digitorū, nudum, folijsq; carentem, in quo flores rosarum effigie purpurei. Radicem nigram, rapo similem, in latitudinem se pandentem.

LOCVS.

Nascitur in umbrosis & uepribus, maximè sub arboribus.

TEMPVS.

Cyclaminus ad finem Augusti folia sua quæ per integrū retinuit, amittit, & subinde noua emittit, atq; statim inter ea flores ostendit, qui integro durant autumnus.

TEMPERAMENTVM.


Clarum est ex particularibus operationibus, quas statim subiiciemus, Cyclaminum esse calidam & siccam in tertio ordine.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix Cyclamini cum hydromelite pota, pituitam, aquamq; per inferna trahit. Menfes pota & apposita cit. Tradunt si prægnans mulier radicem transgrediatur, abortum fieri. Partum appensa accelerat. Bibitur & in uino contra letalia, præsertim leporè marinum. Illita contra serpentium ictus remedio est. Immista uino ebrietatem facit. Regium morbum sistit tribus drachmis pota cum passo, aut diluta mulsa. Sed oportet eum qui bibit subiculo calido reclinare, multis uestibus cõtectum, quò sudet. Eiectus uerò sudor felleus colore inuenitur. Succus eius ad purgandum caput, naribus instillatur. Sedi etiam deijcienda excrementa in lana subiicit. Vmbilico, imo uentri & coxæ illitus succus aluū mollit, uerum abortū efficit. Suffusis & hebetibus oculis inunctus cum melle succus prodest. Medicamentis abortū inferentibus admisceat. Sedem procidentē cum aceto inunctus succus cõpescit. Exprimitur tusa radice succus, & ad mellis crassitudinē decoquit. Radix cutem extergit. Exanthemata reprimat. Vulneribus per se ex aceto aut melle medet. Illita lienē minuit. Vitia cutis in facie à sole & alopecias emendat. Decocto eius luxata, podagra, & capitis ulcuscula, pernionesq; utiliter fouent. Ipsaq; in uetere oleo feruefacta, ad cicatricem perducit quæ oleo illo inuncta fuerint. Cauata radix oleo explet, & cineri feruenti imponit, adiecto interdū thyrrhenicæ ceræ modico, ut strigmenti crassitudinem contrahat unguentū, cum primis utile pernionibus. Radix Scillæ modo confusa reponitur. Narrant ad amatoriā assumi cõtusam, & in pastillos conformatā.

EX GALENO.

Cyclaminus uarias vires obtinet, nam & extergit, & incidit, & ora uenarum aperit, & attrahit, & discutit. Clarum uerò id est ex particularibus operibus. Nam succus eius



CYCLAMINUS

Schweinbrot.


Cus eius hæmorrhoidas referat, uiolenterq; ad recessum prouocat in floccis appositus. Sic etiam medicamentis tubercula, strumas, aliasq; durities discutientibus commiscetur, ac suffusus cum melle illitus competit: ad hæc quoq; per nares expurgat. Ad eò est uehemens eius facultas, ut abdomine illito uentrem subducatur, & fœtum interimat. Nam & alioqui ualidum interimendo conceptui medicamen est, in pelfo addita. Tota uerò radix succo imbecillior est, quanquam & ipsa uehemens sit. Nam & menses siue epota, siue apposita euocat, & regio morbo prodest, non modo ipsum uiscus expurgans, sed etiam quæ in toto corpore bilis fuerit, eam per sudorem excernens. Proinde à potione omnibus modis sudoris adiuuanda prouocatio est. Modus eius bibendi est drachmarum trium, siue cum melicrato, siue cum passo. Cutem extergit cum in alijs, tum quod alopecias, ephelidas, omniaq; exanthemata curet. Lienem quoque induratum iuuat illita, tum recens, tum arida. Sunt qui radicem siccam asthmaticis exhibeant.

EX PLINIO.

Cyclamini radix contra serpentes omnes bibitur. In omnibus ferenda domibus, si uerum est, ubi fata sit, nihil nocere mala medicamenta: amuletū uocant; narrantq; ea ebrietatem repræsentari, addita in uinum radice. Et siccata Scillæ modo concisa reponitur, decoquiturq; eadem ad crassitudinē mellis. Suum tamē uenenum inest ei, traduntq; si prægnans radicem eam transgrediatur, abortum fieri. Radix denique tribus drachmis bibitur in loco calido, & perfrictionibus tuto: sudores enim felleos mouet.

DE CYPERO CAP. CLXXI.

NOMINA.

D  **K**ΥΠΕΡΟΣ ἡ κνίπερος Græcis, Cyperus & Cypirus Latinis dicitur. Quum enim Græci quandoq; diphthongo, ut Theophrastus, quandoq; uocali breui, quemadmodū Dioscorides, Galenus & alij quidam, penultimam scribant, sit ut aliqui e, alij uerò i retineant. Poætæ qui e ex diphthongo retinuerunt, meritò penultimam in Cypero produciunt. Officinæ latinū nomen retinuerunt, Germanis wilder Galgan uocatur.

FORMA.

Cyperus porri folia habet, longiora tamen, graciliora & solidiora. Caulem cubitalem, & nonnunquam altiorē, angulosum, schæno similem, in cuius cacumine minorum foliorum ac seminis productio est. Radices illi subsunt, quarum usus est, oblongæ, oliuarum modo sibi inuicem commissæ, aut rotundæ, nigræ, suauiter olentes, & amaræ: uel, ut Theophrastus deliniauit, inæquales, partim crassæ, carnosæq; partim graciles atq; furculosæ. Ex qua descriptione omnibus esse perspicuum arbitramur, stirpem cuius nunc picturā damus esse Cyperum. Siquidem folia fert porracea, longiora exilioraq; caulem altitudine cubiti, aut altiore, angulosum, in cuius cacumine minuta folia prodeunt, inter quæ semen residet. Radices huic sunt oblongæ, oliuarum modo inter se connexæ ac inuicem implexæ, aut rotundæ, nigræ, iucundè spirantes, gustu amaræ. Præterea magna inæqualitate notantur, quod pars quædam crassa carnosaq; quædam gracilis atque lignosa sit. Nemo enim non uidet radicis tenuitatē furculosam protinus in oliuaria tubercula uerticillari. Nasçitur quoque è latere huius radícula, quod Theophrastus etiam notauit, unde cauliculus erumpit alius, ut pictura affabrè monstrat.

LOCVS.

Nasçitur in locis cultis & palustribus. In Germania certè non nisi cultus in hortis prouenit.

TEMPVS.

Minuta folia in cacumine cum semine Iunio & Iulio mense producit.

TEMPER



453

CYPERVS

Wild Garlic.

Cyperi radices maximè usui sunt, excafacientes pariter & exiccantes citra mor-
daciditatem.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radici Cyperi calefaciendi uis inest, urinamq; mouendi. Calculosis & aqua in-
ter cutem correptis pota succurrit. Aduersus scorpionū ictus remedio est. Refrige-
rationibus uulua & prædusionibus fotu auxiliatur. Pellit menses. Arida trita oris
ulceribus, etiam si depascant, prodest. Malagmatis calefacientibus miscetur, & un-
guentorum spissamentis accommodatur.

EX GALENO.

Cyperi radices maximè usui sunt, excafacientes pariter & exiccantes citra mor-
daciditatem. Itaq; ulceribus quæ præ nimia humiditate cicatricem difficulter admit-
tunt, mirificè profunt: habent enim quiddam etiam adstringens, quapropter ulce-
ribus item oris conueniunt. Quin & incidendi uim quampiam illis inesse testifican-
dum, quæ & calculo uexatis congruunt, & urinam mensesq; mouent.

EX PLINIO.

Cypero uis in medicina psilothri. Illinitur pterygijs, ulceribusq; genitalium, &
quæ in humore sunt omnibus, sicut oris ulceribus. Radix aduersus serpentū ictus
& scorpionum præsertim remedio est. Vuluas aperit pota. Largiori tanta uis, ex-
pellit eas. Urinam ciet & calculos; ob id utilissima hydropicis. Illinitur & ulceribus
quæ serpunt, sed his præcipuè quæ in stomacho sunt, ex uino uel aceto illita. Lunci
radix in tribus heminis aquæ decocta ad tertias tulsī medetur. Semen tostum & in
aqua potum, sistit aluum & sceminarū menses, capitisq; dolores facit.

DE LATHYRI CAP. CLXXII

NOMINA.

Cataputiaminor
quare dicta




ΑΟΥΡΙΣ Græcis, Lathyris Latinis, officinis Cataputia minor,
quod in pilulis quibusdam, seu potius catapotijs, semen ferat: aut,
quod uerisimilius est, quia granis eius ad aluum subducendam
pro catapotijs utantur. Germani Springtrout/Springtöner
oder Treibtöner appellant, quod semen scilicet nisi in tempore
auferatur, sua sponte ex loculamentis saliendo excidat.

FORMA.

Cataputia minor

Caulem profert cubitalem, uacuum, digiti crassitudine: in eius cacumine sunt
alæ. Folia in caule oblonga, amygdalinis similia, latiora tamen & læuora. Quæ ue-
rò in summis sunt ramulis, minora, Aristolochiæ aut oblongæ Hederæ figura. Fru-
ctum fert in summis ramis tribus loculamentis distinctū, rotundū ceu Capparin, in
quo terna sunt semina putaminib; inuicē discreta, rotunda, maiora eruis, quæ quū
corticibus exuunt, candida sunt, & gustu dulcia. Radix illi tenuis & inutilis. Totus
autem frutex lacteo liquore, Tithymali modo, plenus est. Hanc certè descriptionē,
si singula comparare uelis, ita Cataputiæ minori quadrare inuenies, ut nulla pror-
sus sit nota, quam non pictura referat. Nam hæc caulem cubitali emittit longitudi-
ne, & digitali crassitudine. Gignunt in fastigio alæ, & folia in caule oblonga, amy-
gdalæ proxima, latiora & læuora. Quæ autem in summis emicant ramulis, minora
ijs quæ caulem ambiunt conspiciuntur, Aristolochiæ aut longioris Hederæ figu-
ra. In cacuminibus fructum gerit triplici cellula conceptaculoue distinctum, ceu
Capparin rotundum, in cuius uentriculis grana tria intercurrentibus membra-
nis diuisa continentur, eruis maiora, rotunda, quæ corticibus exuta alba spectan-
tur, gustatu dulcia.



LATHYRIS

Springkraut.

LOCVS.

C

Nascitur locis cultis & fabulosis.

TEMPVS.

Carpitur autumno dum fructu pragnans est, semenq; eximitur dum tunicalæ quibus includitur, inaruerunt.

TEMPERAMENTVM.

Calidam in tertio, & in primo ordine humidam statuunt.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Purgant aluum grana eius sex uel septem sumpta in catapotio, aut comesta, aut cum caricis aut palmulis deuorata, frigida superpota aqua. Ducunt autem pituitam & bilem, & aquas. Succus Tithymali modo exceptus, eundem effectum præstat. Folia cum gallinaceo aut oleribus decoquuntur ad eodem effectus.

EX GALENO.

Sunt qui Lathyrin dicant Tithymali esse speciem, tum quod similiter illis succum habeat, tum quod eodem modo purget, uniuersaq; illis facultate similis sit, nisi quod semen gustantibus uideatur dulce: quod sanè etiam maximè purgatoriam uim obtinet.

EX PLINIO.

Grana uicena in aqua pura aut mulsa pota, hydropicos sanant. Trahunt & bilem. Qui uehementius purgari uolunt, cum folliculis ipsis sumunt ea, nam stomachum lædunt: itaq; inuentum est, ut cum pisce, aut iure gallinacei fumerentur.

DE LEVCOIO DIOSCORIDIS.

CAP. CLXXIII.

NOMINA.

D
Viola alba.
Cheiri.



ΕΥΚΟΙΟΝ Græcis, Viola alba, uel Viola simpliciter Latinis, officinis Mauritana uoce Cheiri uel Keirim appellatur, Germanis Weiel. Non autem temerè adiectū est Dioscoridis: hac enim uoce à Leucoio Theophrasti, de quo suo loco dicemus, segregare uoluimus.

GENERA.

Viola purpurea
duplex.

Viola candida
duplex.

Et si Leucoij nomine Viola significetur candida, tamen & pro lutea, & cœrulea, & purpurea solet usurpari. Quatuor itaque Violæ huius sunt genera, quæ sola florum diuersitate inter se differunt. Alia enim candida, alia lutea, alia purpurea. Non est tamen quod per purpuream hic intelligas eam quæ Græcis *ῥοπή*, & Latinis propriè Viola dicitur: nam eius alia ab ea de qua hic agimus familia est, huicq; tum qualitate tum facultate, adde etiam forma, contraria. Ea enim quæ *ῥοπή* Græcis uocatur, humilis est, ob id à nonnullis Sessilis dicta, & latiore folio. Contrà nostra illa, ut mox dicemus, cubitali est altitudine, & minimè sessilis. Idem de candida dictum putes, nam ea quoq; duplex est: una de qua hic fit sermo, alia sessilis, de qua in præsentia nihil dicemus. Nos tria duntaxat genera picta damus: cœruleas enim uidere non licuit. Quare supposititium hoc uerbum in Dioscoride puto, maximè cum Plinius lib. xxi. ubi de satiuis Violis loquitur, purpurea scilicet, lutea & alba, nullam de cœrulea mentionem fecerit.


FORMA.

Cubitali altitudine profiliunt, ramosæ, caule Brassicæ exiliore, folio longo, molli, canescente, flore quadrifolio, Violæ syluestris odorem referente, non unius coloris, nam alij candidi, alij lutei, alij purpurei. Semen foliaceum tenuibus quidem, sed quincuncialibus siliquis continetur.

LOCVS.


Vbiq; ferè in hortis & cultis reperiuntur. Non enim nascuntur magna ex parte nisi satæ fuerint.

TEMPVS.




LEVCOION

Weiß Weid.



VIOLA
LUTEA.

Geel Veiel.



VIOLA
PURPUREA.

Braun Deich.

Primo uere & Maio potissimū mense, inter flores emicat Leucoion. Hoc itaque tempore flores carpendi, Semen inter æstatis initia profert.

TEMPERAMENTVM.

Leucoion abstergentē facultatem possidet, & tenuium est partium, Galeno auctore, proinde ut calidum sit necesse est.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Lutea in medicina præcipui usus est. Huius flores aridi effervefacti in defelsionibus, contra uulvæ inflammationes ualent, & menstrua educunt. Cerato excepti rimas sedis sanant; cum melle oris ulcera. Semen eius duū drachmarum pondere ex uiuo potum, aut cum melle appositum, menses, secundas & foetus educit. Radices cum aceto illitæ, reprimunt lienem, & podagricos iuuant.

EX GALENO.

Leucoij frutex uniuersus extergentē facultatem obtinet, ac tenuiū partium est, plus tamen flores, & inter hos qui sunt sicciores magis etiam quam uirides, adeo ut & oculorum crassas cicatrices extenuent. Tum menses quoque decoctū eorum mouet, & secundas, foetumque emortuum elicit, & si bibatur, abortum facit. Est ergo id medicamentū, ut si quod aliud, amarum. Quod si quis uirium eius uehementiam multa aqua admixta mitiget, aut certē id genus aliquo, habebit & ad phlegmonas bonum medicamentū. Sic decoctum eius si non merum fuerit, uteri phlegmonas identidem perfusum sanat, potissimum quæ diutino tempore ad scirri modum induruerit. Sic cum cerato ulcera ægrè ad cicatricem peruenientia curat. Sunt uerò etiam qui cum melle ad oris ulcera adhibeant. Semen quum eiusdem sit facultatis, aptissimum est duarum drachmarū mensura potum, tum mensibus ciendis cum melle appositum conuenire creditur, foetumque uiuentem interficere ac mortuum eiicere. Radices similis quoque facultatis, nisi quatenus crassioris sunt essentia, & magis terrenæ, cum aceto lienes induratos sanant. Nonnulli uerò & phlegmonas induratas ijs curant.

EX PLINIO.

Extenuant, menstrua & urinā ciunt. Minor uis est recentibus, ideoque aridis post annum utendū. Lutea dimidio cyatho in aquæ tribus, menses trahit. Radices eius cum aceto illitæ sedant lienem. Item podagram, oculorū inflammationes, cum myrrha & croco. Folia cum melle purgant capitis ulcera, cum cera rimas sedis, & quæ in humidis sunt. Ex aceto uerò collectiones sanant.

DE LAPATHO CAP. CLXXIIII.

NOMINA.

Lapathum unde dictum.

λαπάθην.



ΑΡΑΘΟΝ Græci, Rumicem Latini, barbari Lapathum uocant. Lapathum autem ab effectu nomen accepit, quod scilicet exinaniat: etenim λαπάθην uacuare uel exinanire Græcis est; omnium siquidem generum folijs decoctis aluus mollitur.

GENERA.

- Primum.* Huius quatuor genera facit Dioscorides. Primum oxylapathon Græcis & Latinis dicitur. Officinæ Lapathum acutum, Germani *Wengelwurß*/ *Grindwurß*/ *Streyffwurß*/ *Zitterwurß*/ *Wildampffer* nominant. Oxylapathū, quamuis anceps in acidum saporē uel acutam figurā uideatur significatio, tamen nomen hoc à
- Secundum.* folijs quæ in mucronē desinunt accepisse uidetur. Secundū genus hortenſe priori diſſimile, non quidē in uniuerſum, ſed duntaxat in folijs, quæ Serapione teſte, multo ſunt latiora. Hoc genus haud dubiè eſt Rhabarbarū monachorum, quod paſſim hodie in hortis plantatur: Oxylapatho enim per omnia ferè ſimile eſt, folia tamen latiora obtinet, & ob cultū paulò tenerius eſt. Cum autem primū erumpūt folia,
- Tertium.* purpurea ferè ſunt, dein quotidie uiridiora ſiunt, ut pictura ipſa monſtrat. Tertium ſylue-



OXYLAPATHVM

Stengelwurz. .

RUMICIS SE
CVADVM GENVS.


Winch Khababarum.





RVMICIS
TERTIVM GENVS.

Güter Heinrich.



OXALIS

Saur Ampfer.

A syluestre, paruum, plantagini simile, molle & humile est, quod uulgo nomine bonus Henrichus, germanicè *güter Heinrich* dicitur, id quod ex forma primum colligitur: folia enim eius oxalidi, nisi quod ampliora sunt, atque adeo ad plantaginis nonnihil accedunt folia, similia sunt. Flores autem eius & semen sic Oxylapathū referunt, ut uix ab inuicē discerni queant. Dein uires etiam cōueniunt: uulneraria enim herba est Bonus Henrichus, ac mirificè ad fordida purganda, ac glutinanda ulcera confert, sic ut appensa etiam, ac trita uulnerib. imposita, uermes qui in ijs nati sunt excidere faciat. Quartū genus Græci *ὄξαλιδά*, Latini Oxaliden, officinæ Acetosam, *Quantum.* Germani Saur Ampffer nominant. Oxalis autem ideo dicta est, quod in gustu *Acetosa.* acorē planē respiciat, unde etiam uulgo Acetosam uocauit. Hanc propriè Romani appellarunt Rumicē, forsitan quod ab ea succus non aliter atq; mamma, quam Rumex unde *Rumex unde dicta.* men ueteres dixerunt, sitientibus exugi solet. Galenus tria tantum genera Lapathi facit, Oxaliden, Oxylapathon & Hippolapathon, quod sic Græci quasi grande Lapathum dicunt, magnis amplisq; rebus hippo præponere soliti, ab equo excel. *Hippo.* lentis amplitudinis animalī magnitudinem mutantes.

FORMA.

Oxylapathū folijs duris & in cacumine acutis, semine herbaceo acuminato ex minutissimis pediculis dependente, radice longa & lutea uel potius crocea. Secundū genus Oxylapatho perquam simile est, folijs tamē latioribus ac teneriorib. constat, caule bicubitali interdum, striato, floribus exiguis, luteis, semine ut Oxylapathon triangulari, radice longa & lutea seu crocea. Tertiū genus, quod uulgo hodie Bonum Henrichū uocat, foliū Oxalidi, latius tamē, aut Aro, uel ut Dioscorides inquit, *Oxalidis.* plantaginīue simile obtinet. Aliqua enim Ari, aliqua autē plantaginis folia referūt. Caulē prioribus duobus humiliorē, in quo flores & semina racematim multa dependent. Radicē uerō longam & subflauā. Oxalis autē folia syluestri & paruo humilīue Rumici similia habet. Caulis eius nō adeo grandis est, sesquicubitū altus. Semen acuminatum, rubrum, quod foliaceo uestitur inuolucro, sapore acri, quod in caule & adnascētib. coliculis nascitur.

LOCVS.

Oxylapathon in palustrib. & circa fossas potissimū nascitur, Secundū genus hodie in murtorū hortis consitum prouenit. Tertiū passim in areis, sepibus & circa itinera crescit, Oxalis in omnibus pratis copiosissimē prouenit.

TEMPVS.

Æstate antequam prata demetantur omnium copia haberi potest.

TEMPERAMENTVM.

Recentiores Acetosam statuūt esse frigidā & siccā in secundo. Atqui quale huius & reliquarū Rumicū sit temperamentū, ex facultatibus earundem, quas mox dicemus, faciliē deprehendent studiosi. Secundi generis Rumex in folijs manifestissimā aciditatem ostendit, ut hinc etiam conijcere liceat esse Rumicem, ut cuncq; monachi & cum ijs multi quocq; medici, Rhabarbarum esse contendunt.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Omnium Rumicū olus decoctū aluum mollit. Crudum illitū cum rosaceo aut croco melicerides discutit. Semē syluestris & Oxylapathi & Oxalidis cum aqua aut uino utiliter contra dysenterias, coeliacos affectus, stomachi fastidia, scorpionumq; ictus bibit. Si quis etiā in potu præsumat, nihil ictus patiet. Radices ipsarū ex aceto & crudæ illitæ, lepras, impetigines, scabrososq; ungues sanāt. Sed antea locus aceto & nitro in sole perfricandus est. Pruritus decoctū earum sedat, si eo foueantur. Coctæ in uino si cum iure colluant, aurium dentiumq; dolorē mulcent. Strumas parotidasq; discutunt si cum uino decoctæ illinant. Lienes autē cum aceto. Aliqui utuntur radicibus contra strumas, uinculo collo eas appendentes. Tritæ & appositæ fecminarū fluxiones sistunt. Decoctæ cum uino & potē regio morbo correptos emendant. Calculos uesicæ cōminuunt. Menses cient. Scorpionum ictibus auxiliantur. Hippolapathon easdem antedictis Rumicum generibus uires obtinet.

EX GA-

EX GALENO.

C Lapathum moderatè digerentē facultatem habet, oxylapathum uerò mistam; nam simul cum eo quod digerit, nōnihil quoq; reprimendi facultate participat. Semen eorum manifestam quandam adstrictionē obtinet, adeò ut & dysenterias, & alui profluuiā sanet, potissimum autem oxylapathi, Hippolapathon easdem dictis facultates obtinet, sed imbecilliores.

EX PLINIO.

Syluestria Lapatha scorpionū ictibus medentur, & ferire prohibent habentes. Radix aceto decocta si coletur, succus dentibus auxiliatur; si uerò bibatur, morbo regio. Semen stomachi inextricabilia uiria sanat. Hippolapathi radices priuatim ungues scabrosos detrahunt. Dysentericos, semen duabus drachmis in uino potum, liberat. Oxylapathi semen lotum in aqua cœlesti, sanguinem reiicientibus, adiecta acacia lentis magnitudine, prodest. Præstantissimos pastillos faciunt ex folijs & radice, addito nitro & iure exiguo. In usu aceto diluunt. Sed satiuū in epiphoris oculorum illinunt frontibus. Radice melicerias & lepras curant. In uino uerò decocta, strumas & parotidas & calculos. Poto uino & lienes, cœliacos æque & dysentericos & tenasimos. Ad eademq; omnia efficacius ius Lapathi, & ructus facit, & urinā ciet, & oculorum caliginem discutit. Item pruritus corporis, in solia balnearū additum, aut prius ipsum illitum sine oleo. Firmat & cōmanducata dentes. Eadem decocta cum uino, sistit aluum. Folia soluunt adiecto sale.

APPENDIX.

Rhabarbari monachorum facultas.

Alterius generis Rumicis, qui Rhabarbarū monachorū uocatur, radix purgandi etiam uim obtinet, si in puluerem redacta drachmæ pondere sumatur. Neq; id mirum admodum, cum etiam Dioscorides ipse omnium Rumicum olus decoctū aluum mollire, atq; decoctas eorundem radices cum uino, regio morbo correptos emendare, ob bilis nimirum per inferna educationem, testetur.

DE LIMONIO CAP. CLXXV

NOMINA.



Beta sylvestris unde dicta.

Tintinabulum terræ.

Pyrola.

LIMONION Græcis, Limonion, Beta sylvestris & Tintinabulum terræ Latinis, uulgo Pyrola, Germanis Wintergrün / Holzmangolt / Waldmangolt / oder Waldtsöl appellatur. Beta autem sylvestris hæc herba dicta est, quod in syluis & locis muscosis, hortensi Betæ primum erumpenti haud dissimilis, proueniat. Tintinabulum, à floribus eius tintinabulo similibus. Pyrola, quod eius folia arboris pyri folio similia sint.


FORMA.

Folia Betæ similia habet, tenuiora tamen & minora, decem, aut plura. Caulem tenuem, rectum, lilio æqualem, semine rubro, gustuq; adstringente plenum. Ex qua siquidem descriptione abundè liquet, herbam quam uulgo Pyrolam uocat esse Limoniū. Folijs enim Betæ similis est, uerum tenuioribus & minoribus (legendum enim in Dioscoride μικρότερα, & non μικρότερα, Plinio libro uigesimo, capite octauo, teste) decem, interim pluribus. Caule tenui, recto, lilio simili, pleno seminis rubri, quod gustu adstringit. Quibus accedit quod germanicè Waldmangolt / id est, Beta sylvestris nominatur. Neque uires discrepant: adstringit enim, uulnerariaq; herba est Pyrola, haud secus atque Limonium. Flores denique tintinabulo similes sunt, ut citra ullum discrimen Pyrolam Dioscoridis esse Limonium asseuerare liceat.

LOCVS.

In umbrosis & syluestribus prouenit locis.

TEMPVS.



LIMONIUM

Wintergrün.

C

TEMPVS.

Iunio mense floret.

TEMPERAMENTVM.

Folia & semen gustu uehementer adstringunt, ita ut in tertio ordine siccitatis illud recte recentiores collocent.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Semen tritum in uino potum acetabuli mensura, dysentericis ac coeliacis auxilium. Rubrum foeminarum profluuium sistit.

EX GALENO.

Limonij semen utpote austerum, coeliacis, dysentericis & sanguinem spuentibus cum uino exhibent. Iuuat & profluuium muliebre. Satis autem est acetabuli mensura.

EX PLINIO.

Huius folia ambustis utilia, guttantia adstringunt. Semen acetabuli mensura dysentericis prodest. Aquæ è radice coctæ maculas uestium eluere dicuntur, itemq; membranarum.

EX RECENTIORIBVS.

Pyrolæ decoctum interna & externa uulnera potum sanat. Item fistulis ac alijs malignis ulceribus medetur.

DE LAMIO CAP. CLXXVI

NOMINA.

Archangelica.

D

Vrtica mortua
quare dicta.



LAMIVM Plinio lib. xxi. cap. xv. & lib. xxij. cap. xiiij. uocatur. Vulgo Vrtica iners & mortua. Sunt qui albam Vrticam nominent, & Archangelicam. Officinis inusitatum, germanicè Todtnessel/ oder Taubnessel dicitur. Iners & mortua cognominata, quod folijs non mordentibus sit, & mitissima.

GENERA.

Vrticæ mortuæ tria inueniuntur genera. Vnum albis, quod propriè Lamium dicitur: alterum luteis, & tertium purpureis floribus constat. Nos, quia folijs floribus differunt, nec in eorum folijs aliquod discrimen apparet, una icone omnia tria complexi sumus genera.

FORMA.

Folijs constat Vrticæ pungentis, minoribus, fimbriatis, candidioribus, lanugine nequaquā mordaci, caule quadrangulo, flore albo, luteo, aut purpureo, radice ex interuallis cincinnis capillata. Graui odore tota fragrat. Innoxia est & morfu caret. Semen in caulibus per interualla copiosum & nigrum profert.

LOCVS.

Pæssim circa semitas & sepes nascuntur.

TEMPVS.

Vere primo, Maio potissimum mense, floribus abundant, & tota ferè æstate.

TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccum est Lamium, ueluti etiam alia Vrticæ genera, id quod ex gustu, eiusq; facultatibus deprehenditur.

VIRES. EX PLINIO.

Medetur cum mica salis confusis incusisq; inustis & strumis, tumoribus, podagris, uulneribus. Album habet in medio folio, quod ignibus sacris medetur. Quidam è nostris tempore discreuere genera. Autumnalis Vrticæ radice alligata in tertianis, ita ut ægri nuncupentur cum eruitur ea radix, & dicatur quæ, & cui, & quorum filio eximatur, liberari morbo tradiderunt. Hoc idem contra quartanas polle-

re, lidem



LAMIVM

Laub Nessel.

C re. lidem radice urticae addito sale, infixæ corpori extrahi. Folijs cum axungia strumas discuti, uel si suppurauerint, erodi compleriq̃.

EX RECENTIORIBVS.

Recentiores hac inerti Vrtica utuntur sistendo ruentis è naribus sanguinis impetu, imæ ceruici uel scapulis alligando, inde sperant in aduersum trahi cruoris manantis impetum. Vlceribus denique, putredinibus & fistulis mirificè conferre, ac mederi tradunt.

DE LINO. CAP. CLXXVII.

NOMINA.



NON Græcis, Linum Latinis & officinis, Germanis *Lein* / oder *Glachß* appellatur.

FORMA.

Herba est tenui caule, folijs angustis, oblongis, & in summo acuminatis, floribus cœruleis, speciosis, quibus decidentibus folliculus enascitur in quo semina continentur fulua.

LOCVS.

Linum agris noxium.

Gaudet pingui solo & modicè humido. Agris autem noxiū est, deteriores enim eos facit, id quod ijs carminibus in Georgicis significauit Virgilius:

Vrit enim lini campum seges, urit auenæ,

Vrunt letheo perfusa papauera somno.

TEMPVS.

D Vellitur æstate ubi maturitatē consecutum fuerit, quæ sanè duobus argumentis intelligitur, intumescente semine, uel flauescente colore.

TEMPERAMENTVM.

Est in primo ordine calidū, ac humiditatis & siccitatis quodāmodo in medio sitū.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Semen Lini eandem Fœnogræco facultatem obtinet. Omnem intus forisq̃ inflammationem discutiit & emollit, cum melle, oleo, exiguaq̃ aqua decoctum, aut melle cocto exceptū. Vitia cutis in facie crudum, uarosq̃ cum nitro & ficu illitum. Cum lixiuia autem parotidas, duritiesq̃ discutiit. Herpetas in uino decoctū, & fauos purgat. Vngues scabros cum pari modo Nasturtij & mellis eximit. Cum melle uice eclegmatis sumptum, ea quæ in thorace sunt educit. Tussim lenit, Venerem stimulat si cum melle & pipere mixtū pro placenta largius sumatur. Huius decoctū intestinorum utriq̃ erosionibus iniectum medetur, adq̃ excrementorū educationem prodest. Ad uulvæ inflammationes in defectionibus haud aliter quàm Fœnigræci perquam utile est.

EX GALENO.

Lini semen esum flatuosum est, etiā si frigatur, adeò sanè excrementitia humiditate plenum est. Visceribus tamen quæ circa hypochondria sunt, ut si quid aliud, gratum existit. Quidam hoc tosto instar obsonij non secus ac factitio sale cum garo utuntur. In usu est & melle conspersum. Inferunt nonnulli panibus quoque. Stomacho & concoctioni repugnat. Tenuiter corpus alit. Quod spectat ad deiectionem, nec laudandum, nec uituperandum, perexiguam tamen uim mouendæ urinæ tenet, quæ in tosto efficacior est. Idem quoque aluum magis sistit. Rustici sæpe numero torrefacto adiecta portione mellis utuntur.

EX PLINIO.

Lini semen cum alijs quidem in usu est. Et per se mulierum cutis uitia emendat in facie. Oculorum aciem succo adiuuat. Epiphoras cum thure & aqua, aut cum myrrha. Cum uino sedat parotidas. Cum melle, aut adipe, aut cera, stomachi solutiones

LINUM

Flachs.

r 2



C tiones in fersum polentæ modo. Anginas in aqua & oleo decoctum, & cum aniso illitum. Torretur ut aluum sistat. Cœliacis & dysentericis imponitur ex aceto. Ad iecinoris dolores estur cum uua passa & ad phthisin utilissimè. Semine fiunt & ecligmata. Musculorum, neruorum, articulorum, ceruicū duritias, cerebri membranas mitigat farina feminis, nitro aut sale, aut cinere additis. Eadem cum fico item concoquit ac maturat. Cum radice uero cucumeris syluestris extrahit quæcunque corpori inhaerent. Sic & fracta ossa. Serpere ulcus in uino decocta prohibet. Eruptiones pituitæ cum melle emendat. Ungues scabros cum pari modo Nasturtij, & testium uitia & ramices cum resina & myrrha, & gangrænas ex aqua. Stomachi dolores cum Foenogracæ sextarijs utrisq; decoctis in aqua mulsa. Intestinatorum & thoracis pernicioſa uitia, clystere in oleo & melle.

DE LICHENE CAP. CLXXVIII.

NOMINA.

Hepatica.
Lichen quare
dicta.



Hepatica quare.

ΕΙΧΗΝ Græcis, Lichen Latinis, officinis & herbarijs Hepatica, Germanis Stein oder Brunnenlebertrout dicitur. Lichena autem Græci & Latini nominauerunt, quod cōtra Lichenas omnibus remedijs anteponatur: aut à re ipsa nomen dederunt, quoniam saxa quibus hæret linguæ modo lambat. Hepaticam uerò recentiores uocarunt, quod iecinorum fibris similis conspiciatur.

FORMA.

Folio succi pleno, crasso & oblongo constat, rorulentis petris adhærente, sub quo cauliculi, pediculorum forma, capitula stellata habentes, exeunt.

D

LOCVS.

Nascitur in roscidis & grauiter olentibus saxis.

TEMPVS.

Iulio mense ea qua picta est forma decerpitur.

TEMPERAMENTVM.

Abstergentem ac modicè refrigerantem facultatem, utranq; uetò resiccantem habet. Abstergentem quidem atq; exiccantem à petra, refrigerantem autem ab aqueo humore.

VIRE.

EX DIOSCORIDE.

Lichen illitus sanguinis eruptiones sistit, & inflammationes compescit. Impetigines sanat. Inunctus cum melle regio morbo affectis prodest. Oris & linguæ defluxiones arcet.

EX GALENO.

Lichen qui in petris nascitur, est ueluti muscus quidam, sed recte ex plantarum genere censerī potest. Sic nominatus uidetur, quod lichenas seu impetigines curret. Extergentem & mediocriter frigidam facultatem obtinet. Porro quod ex talibus substantijs cōponitur, aduersum esse inflammationi nihil mirum est. An uerò sanguinis eruptiones sistat, ut Dioscorides ait, id ne utiquam dicere queo.

EX PLINIO.

Sanguinem sistit uulneribus instillatus, & collectiones illitus. Morbum quoq; regium cum melle sanat ore illito & lingua. Stigmata etiam delet.

DE LINO.



LICHEN

Stein Leberkraut.

C

NOMINA.

*Mercurialis.**Mercurialis cir-
dicta*

ΙΝΟΖΩΣΤΙΣ, ἢ ἐρμῆ βοτάνιον, ἢ πῶα Græcis, Mercurialis Latinis & officinis dicitur. Germanis Bingelstraut/ Mercuriusstraut/ oder Kirswurh. Mercurialis dicta est, quod à Mercurio inuenta sit.

GENERA.

Duo eius genera, mas & foemina, quæ facillè ex eorundè descriptionibus discerni poterunt. Folia uerò maribus nigriora, foeminis candidiora.

FORMA.

Mercurialis folia Ocimo similia habet, ad Helxines foliorum figuram accedentia, minora tamen. Ramulos geniculatos, alarū caua multa & densa habentes. Foemina semen fert racemosum & multum. Mas uerò iuxta folia exiguum, rotundū, geminorum testiculorum modo connexum, Totus frutex dodrantalis, & nonnunquam maior.

LOCVS.

Nascitur in campestribus cultis, uinetisq̃, aliquibus locis tam copiosa & efficax, ut sapore suo uina etiam inficiat, & bibentibus ingrata reddat.

TEMPVS.

Augusto mense semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam in primo ordine esse asserunt.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vtraq̃ aluum mouet olerū modo comesta. Cocta in aqua & epota aqua, bilem & aquosa ducit. Creduntur præterea foeminæ folia trita & pota, aut post purgationem pudendis apposita, ut foeminæ concipiantur efficere. Masculæ uerò similiter adhibita, mares prognerare.

EX GALENO.

Mercuriali omnes duntaxat ad uentris purgationes utuntur. Verumenimvero si quis eius facere periculum uolet in cataplasmate, sanè digerentis admodum facultatis esse experietur.

EX PLINIO.

Mirum est quod de utroq̃ eorum genere proditur; ut mares gignantur hunc facere, ut foeminæ illam. Hoc cōtingere si à conceptu succus protinus bibatur in passo, edanturue folia decocta ex oleo & sale, uel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in nouo fictili cum heliotropio, & duabus aut tribus spicis, donec decoquatur. Decoctum dari iubent & herbam ipsam in cibo altero die purgationis mulieribus per tridū, quarto die à balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus in mulierum usu prædicauit illas. Easq̃ ad hunc modum adhuc medicorū nemo nouit. Ille eas uulua cum melle, uel rosaceo, uel irino, uel lirino admouit. Item ad ciendos menses, secundasq̃. Hoc idem præstare potu totūq̃ dixit. Instillauit auribus surdis succum, inunxitq̃ cum uino uetere. Aluo folia imposuit, epiphoris, stranguriæ & uesicæ. Decoctum eius dedit cum myrrha & thure. Aluo quidem soluendæ, uel in febrī, decoquitur quantum manus capiat, in duobus sextarijs aquæ ad di midias, bibitur sale & melle admixto; necnon cum ungula suis, aut gallinaceo decoctum salubrius. Purgationis causa putauere aliqui utranq̃ dandam, siue cum malua decoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt, sed stomachum lædunt.

DE LIBA-




MERCVRIALIS
M A S.

Bingelkrautmennle.

MERCVRIALIS
F O E M I N A.

Wingelkraut weiblich.



NOMINA.



LIBANOTIS Græcis, Rosmarinus Latinis & officinis, Germanis Rosmarin appellatur. Libanotis uerò dicta est, quod odorem thuris reddat, Libanotida autem nō eam quæ simpliciter sic nominatur à Græcis intellige, sed eam quæ cum adiectione, coronaria Libanotis appellatur.

Rosmarinus.

Libanotis cur
dicta.Libanotis co-
ronaria.

FORMA.

Rosmarinus qua nectentes coronas utunt, uirgas habet tenues, circa quas sunt folia tenuia, crebra, oblonga & gracilia, intus candicantia, exteriore autem parte uiridia, grauiter odorata. Florem, quod Dioscorides omisit, in candido cœruleum, radicem nigram, multis fibris capillatam.

LOCVS.

Hodie passim in hortis & fictilibus uasis plantatur. In Narbonensi autem Gallia sua sponte prouenit tam copiose, ut eius incolæ aliud lignum non urant.

TEMPVS.

Carpitur Maio mensē & deinde usque ad Septembris medium. Floretq; bis annuatim, uere & autumnō.

TEMPERAMENTVM.

Calida & sicca est, id quod ex gustu & uiribus conijcere quisq; poterit.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Calfacit. Regium morbum sanat, si quis eam in aqua decoxerit, & ante exercitia bibendam dederit, dein post exercitia lauerit, & uino potauerit. Miscetur etiam acopis, & musteo oleo.

EX GALENO.

Libanotidis, quæ ad coronas est utilis, quam Romani Rosmarinū nuncupant, decoctum regio morbo laborantes potum adiuuat. Omnes enim Libanotides abstergentis & incidentis facultatis sunt participes.

APPENDIX.

Recentiores Rosmarinum suffitu tussim & destillationem sedare tradunt. Et quod in primis nobile, tutam præstare in pestilentia domum crematam, nidore improbam aëris diluentem perniciem. Adijciunt & alias facultates, eas nempe: Rosmarinus corroborat cerebrum, sensus interiores, memoriam & cor. Succurrit tremori, resolutioniq; partium. Loquelam amissam reparat, & alia multa potest, quæ cōmemorare superuacaneum est.



ROSMARINVS

Rosmarin.

NOMINA.



LIGVSTRUM Plinio alijsq̃ Latinis nominatur. Officinis inusitatum, Germanis *Beinhölzlin* / *Mundtholz* / *Kein oder Schälweiden* dicitur. Quo autem nomine Græcis appellatum sit, nondum certo nobis constat: neque enim ut ferè omnes hodie putant Cypros est, quæ Plinio libro duodecimo teste, semen habet Coriandri, peregrinaq̃ existit arbor. At Ligustrum semen non Coriandro simile, quod rotundum ac subflauum est, sed potius atrum, & altera parte latum modicèq̃ cōcauum in racemis profert. Nec arbor est peregrina, sed sponte in sepibus & senticetis ubiq̃ prouenit. Mea tamen sententia Phillyrea potius apud Dioscoridem erit, quod hæc Cypro congener ac similis sit, easdemq̃ quas Ligustrum facultates habeat. Iudicium tamen penes prudentem lectorem esse uolumus.

Ligustrum non est Cypros.

Phillyrea uidetur esse Ligustrum

FORMA.

Ligustrum arbor est parua, folijs Oleæ similibus, floribus paruulis, candidis & odoratis, racematim florentibus, fructibus initio uirentibus, processu temporis nigris, uuarum more congestis.

LOCVS.

Nihil frequentius Ligustro in uepribus occurrit, nihilq̃ crebrius in dumetis inuenitur, ita ut hoc nomine contemptui habeatur. Quapropter huc respiciens Virgilius in Bucolico carmine, eius flores negligi à pastoribus, ac inutiliter perire canit, dicens:

Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur.

TEMPVS.

B Maio mense floret, autumnno autem cum maturis baccis nigrescit.

TEMPERAMENTVM.

Et si forma nō nihil à Cypro distet Ligustrum, temperamento tamen eodem est præditū. Eius enim folia & surculi mixta qualitate constant: discutiens enim quiddam cum aquea substantia, modicè calida, & quiddam etiam adstrictorium ex terrena substantia frigida, & sine morfu siccante, obtinent.

VIRES. EX PLINIO.

Succus eius neruis, articulis, algoribus, folia ubiq̃ ueteri ulceri cum salis mica, & oris exulcerationibus profunt. Acini contra phthiriasin, item contra intertrigines, foliæue. Sanant & gallinaceorum pituitas acini.

APPENDIX.

Recentiores Ligustri succum ulcera oris, ueretriq̃ sanare tradunt. Idem etiam posse folia in uino decocta adiungere: ut hinc euidentissimū sit, folijs Ligustri, haud secus atque Cypri aut Phillyreæ, adstrictoriam inesse uim, propter quam cōmanducata & decocta, oris potissimum ulceribus opitulantur.



LIGVSTRUM

Weinhölzlin.

NOMINA.



IV multumq; de huius herbæ nomenclatura fuimus solliciti, at utcun-
quemultos interrogauerimus, tamen aliud nomen quàm id ipsum quo
nunc appellamus expiscari haud potuimus. Vocetur itaque Lunaria *Lunaria minor.*
minor, donec certiozem appellationem habere contigerit. Germanicè
Hein Montraut/ut sit ad Latinam nomenclaturam allusio quædam, nuncupetur.

FORMA.

Rotundo est caule, cui folia utrinq; septem annexa, cordis ferè humani formam
habentia; in summitate caulis semen Betæ simile profert.

LOCVS.

Nascitur in montibus. Copiosissimè autem Tubingæ in pede montis Austria-
ciprouenit. Prope hanc nunquam nō Ophris, de qua suo dicemus loco, inuenitur.

TEMPVS.


In fine Maij & Iunio mense inuenitur, dein statim euanescit.

TEMPERAMENTVM.

Terrestre quid præ se fert gustata, atque parum adstringit, ut hinc mediocriter
frigidam & siccam esse uerisimile sit.

VIRE S.

Vis foliorum eius haud dubiè uulneribus efficax, glutinandi nanque facultate
prædita est. Chymicorum nugas, quibus eius herbæ usus frequentissimus est, lu-
bens prætereo. Cōstat autem experientia, ad supprimendos menses, & album mu-
liebre profluuium, mirificè conferre hanc herbam.



LUNARIA
MINOR.

Klein Monfrant.

NOMINA.



EPIDION Græcis, Lepidium Latinis appellatur. Vagus herbariorum Piperitum nominat. Quam denominationem sequentes Germani nostri *Pfefferkraut* uocant. Nomen uero hoc à pipere traxit, cuius acrimoniam herba hæc gustata refert. Diuersa est uero, ut obiter parum attentos moneam, ab ea planta quam Plinius Piperitum nuncupat, de qua suo loco dicemus copiose. Sunt qui Lepidium alio nomine raphanum nomenclant, quod non alia fit ratione, quam quod herba hæc quod ad folia attinet, raphano syluestri, quem Amoraciam alio nomine dicunt, admodum similis sit. Lepidium uero appellatur, quod *Λεπίδας*, hoc est, squamas & maculas in facie deleat & repurget.

*Piperitis.**Raphanus cui dicitur Lepidium.**Lepidium unde dictum.*

FORMA.

Fruticosum est, in cubitalem altitudinem surgens, folijs laurinis, sed mollibus, & maioribus. Sic quidem Lepidion depingit Plinius & Paulus. Vnde sole clarius fit, herbam cuius picturam damus esse Lepidion: cubitalis enim & interdum bicubitalis est, caule solido & rotundo, folijs oblongis & laurinis, maioribus tamen & mollioribus, gustu piper referentibus & acribus, magnopereque linguam uellicantibus, floribus candidis exiguis admodum, semine paruo, radice oblonga. In summa, forma totius herbæ raphano, ut diximus, syluestri similis est.

LOCVS.

In hortis potissimum prouenit, in quibus uiuacitatem suam usque ad multos annos prorogat.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, deinde semen profert.

TEMPERAMENTVM.

In ordine quarto calefacit, ut Nasturtium, exiccat autem ipso minus.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Salgamorum more, sale cum lacte conditur. Foliorum uis acris & exulceratrix est. Quapropter ischiadicis presenti remedio illinitur, tritum cum radice Inulæ, & quarta unius horæ parte impositum. Similiter & lienosis prodest. Lepras idem pelit. Radix collo adalligata, dentium dolorem leuare creditur.

EX GALENO.

Facultate Nasturtio simile est.

EX PLINIO.

In facie cutem emendat exulcerando, ut tamen cera & rosaceo facile sanetur. Sic lepras & pforas tollit semper facile, & cicatricum ulcera. Tradunt in dolore dentium adalligatum brachio quâ doleat, compescere dolorem.

APPENDIX.

Lepidion crassos & glutinosos cibos & humores extenuare, & incidere ualet: ideoque culinaria est herba, & salsamentis idonea.



LEPIDIVM

Pfefferkraut.

NOMINA.



ΕΥΚΟΙΟΝ Theophrasti hoc loco describimus, quod planè diuersum est à Leucoio Dioscoridis, quod suprà depinximus, id quod tamen plerique etiam docti uiri non animaduertunt. Latinis Viola alba dicitur. *Viola alba.*

Germanicè weiß Dornungsblumen/oder Bergenblumen. Non autem ab re Viola alba dici cœpit; flos enim huius herbæ colorem album, & Violarum odorem refert. *Viola alba cur dicta.*

FORMA.

Folia habet Porro similia, tenuiora tamen & molliora, ex radice bulbosa prodeuntia. Pediculus etiam profert dodrantalem, tenuem ac ferè iuncum, in quo candidus flos est, in medio croceus, Violarum purpurearum odorem referens, quo decidente, capitula Nucis auellanae quantitate erumpunt, in quibus semen Sinapi haud dissimile continetur. Quod si ad hanc descriptionem adhibeas ea quæ de Viola alba Theophrastus libro sexto & septimo de stirpium historia tradit, certè sole manifestius erit herbam hanc cuius picturam damus esse eam, quam *λευκόια* Theophrastus uocat. Nam hæc prima florum se ostendit. Emicat ubi cœlum clementius statim, etiam non hyeme exacta: ubi uerò immitius, postea. Celeriter quoque euanescit. Radicem denique bulbosam & florem odoratum obtinet. Quæ singula etiam de hac nostra herba uerè dici possunt. Prima siquidem florum, hyeme etiam nondum exacta, Februario nimirum mense, & die diuo Valentino sacro, ubi cœlum clementius fuerit, apparet. In Aprili, ubi appropinquare iam cœperit Maius, euanescit. Flos item eius, Violarum purpurearum prorsus odorem refert. Radix etiam ad Bulbi similitudinem orbiculata existit, ut hoc nomine nemini dubium esse debeat, quin sit Viola alba Theophrasti. *Theophrasti alba uioia.*

LOCVS.

Prouenit in umbrosis syluis & locis, qualis est non procul à Tubinga paulò suprà & infrà monasterium Bebenhusum uocatum, ubi copiosissimè nascitur. Plantatur nunc etiam passim in hortis.

TEMPVS.


In Februario statim hæc erumpit, ut diximus, herba, & inter initia Martij ad perfectionem uenit. Semen in Aprili ostendit in capitulis, ut in altera pictura uides.

TEMPERAMENTVM.

Folia ferè qualitatibus omnis expertia, radix autè dulcis & glutinosa est, ut hoc nomine adstringat & exiccet, ut reliqui bulbi.

VIRES.

Digerentem leuiter, & cum hoc adstringentē facultatem, sicut reliquos bulbos, habere ex ijs quæ cōmemorauimus satis constat. Tamen nunc nullus, quod sciam, eius stirpis usus est.




VIOLA ALBA

Hornungßblüm.

VIOLAE ALBAE FOLIA
CVM SEMINE.

Weißhornungsblum mit dem samen.



C

NOMINA.

*Milium solis.**Lithospermon
unde dictum.*

ΙΘΟΣΠΕΡΜΟΝ Græcis, Lithospermum Latinis, officinis & medicis hodie omnibus Milium solis appellatur. Germanis Weerhirs/oder Steinsomen. Nomen à lapidea seminis duritia accepit: neque enim Lithospermon aliud sonat Græcis, quàm lapideum semen. Quum itaque semina tanquam calculos ferat, candore & rotunditate margaritarum, duritia uerò lapidea, cōmodissima uoce Lithospermon dictum est. Milium uerò solis recentioribus nominatum puto, quod semen eius candore solis & lucis splendore fulgeat.

FORMA.

Folia habet Oleæ similia, longiora tamen & latiora, & quæ in ima parte sunt, humi iacent. Ramulos uerò rectos, tenues, crassitudine lunci acuti, solidos, lignosq̃. In quorum cacumine bifidi diuariatq̃ exortus, cauliculorum speciem exhibent longa habentes folia, inter quæ semen lapideum, rotundum, paruum, eruo equale. Plinius graphice candore & rotunditate margaritas referre dixit. Nostrium autem Lithospermon multo minus quàm Dioscorides & Plinius tradiderunt semen profert, quod soli diuersitati acceptum referendum erit. Radix etiam Lithospermi, quod adijciendum esse arbitror, exteriori sui parte rubore perfunditur.

LOCVS.

Lithospermon asperis & sublimibus locis gaudet. Satum etiam in hortis prouenit.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, eoq̃ tempore semen etiam profert.

D

TEMPERAMENTVM.

Semen Lithospermi, cuius maximè usus est, calidum & siccum esse facile ex eiusdem facultatibus coniicitur. Omnia siquidem urinam cientia, Galenolib. v. de simpl. medicam. facult. cap. xij. teste, calida & sicca sunt.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Semen cum uino albo potum, calculos frangit, & urinam ducit.

EX PAULO.

Semen cum uino albo potum, calculos conterit, & urinas pellit.

EX PLINIO.

Lapillis eius drachmæ pondere potis uino albo calculos frangi pelliq̃ constat, & stranguriam discuti.



LITHOSPERMUM

Weerh. f.

C

NOMINĀ.

Lysimachia uin-
de appellata.

YSIMAXION græcè, Lysimachia latinè, uulgò Salicaria, germanicè Weiderich nominatur. Lysimachia uerò ab eius inuentore Lysimacho appellata, aut quia uis tanta herbę, ut iumentis discordantibus imposita iugo, asperitatem cohibeat. Quare à dissoluenda dissidentium pugna, non ineptè Lysimachia uidebit nominata. Salicaria uerò quod folia salicis, aut quod inter salices nascatur, dicta est.

Salicaria.

GENERĀ.

Lysimachię duo esse genera ex Dioscoride & Plinio satis liquet. Plinij enim purpureum florem habet, hinc nos illam purpureā appellauimus, Germanicè *Waid* Weiderich. Dioscoridis uero rufos, hoc est, aureos, ut metipse interpretatur, flores obtinet, ideoq; luteam nominauimus, Germanicè *geel* Weiderich. Et hæc quidem altera magis adstringit, inq; usu medico hoc nomine eidem præferenda.

FORMĀ.

Caules profert cubitales, aut etiam maiores, tenues, fruticosos, quorum à geniculis folia exeunt gracilia, salici similia, gustum adstringentia, flores rufos, aut ad auri colorem declinantes. Ex qua pictura nulli non notum sit, plantas quas pictas damus esse Lysimachias. Caules enim emittunt cubitales, & multo quoque longiores, tenues & fruticosos. Folia etiam habent salicis, cum lentore quodam adstringentia. Flores hæc rufos, illa autem purpureos habet, ut non contemnendus autor est Plinius. His accedit locus natalis, & alia quæ referre non attinet.

LOCVS.

Nascuntur palustribus locis, & prope aquas, potissimū ubi salices proueniunt.

TEMPVS.

- D Iunio & Iulio mensibus florent, ac subinde purpurea in filiquis oblongis semen producit, lutea uerò decidentibus floribus, semen exiguum, Coriandro haud dissimile profert, quod gustum non secus atque folia adstringit.

TEMPERAMENTVM.

Superantem adstrictoriam qualitatem, adeoq; exicatoriam uim obtinent.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Succus foliorum eius, cui adstringendi facultas est, ad sanguinis excreationes & dysenterias potus & infusus confert. Sistit & mulierum fluxum appositus. Contra erumpentem è naribus sanguinem herba ipsa utiliter inferitur. Vulneraria etiam est, & sanguinem compescit. Incensa acerrimum habet fumum, ut serpentes quidem abigat, & muscas enecet.

EX GALENO.

Vulnera glutinat, erumpentemq; ex naribus sanguinem emplastri modo illita sistit: quin & reliquas sanguinis eruptiones compescere tum ipsa, tum succus eius multò magis potest. Pota dysenterias, sanguinis reiectiones ac muliebrem fluxum sanat.

EX PLINIO.

Vis eius tanta est, ut iumentis discordantibus iugo imposita, asperitatem cohibeat. Pota uel illita, uel naribus indita, sanguinis profluuium sistit. Vulneribus ijs priuatim quæ calceamento facta sunt contrita & arida infricata efficax est.

DE LAGO-



LYSIMACHIA
PVRPVREA.


Rote Weidenich.



LYSIMACHIA
LUTEA.

Geel Weiderich.

NOMINA.



ΑΓΡΟΥΣ Græcis, Leporinus pes Latinis, Trifolium humile & Tri-
nitas à tribus folijs herbarijs dicitur. Officinis nostris ignota est her-
ba. Germanis *Dasensfuß* / oder *Kagentlee* / oder *Kagle* nominatur.
Sic uerò Græci atque Latini hanc herbam appellarunt, quod Lepo-
rino pedi similem paniculam habeat. *Lagopus cur-
dita.*

FORMA.

A nullo, quod sciam, Lagopus describitur. Herba autem quam pro eo exhibe-
mus, caules habet rotundos, hirsutos, folia Loto trifoliæ quæ in pratis gignitur si-
milis, semen in paniculis muscosis lanuginosisq, leporino pedi similibus admodum,
adstringentis gustus.

LOCVS.

In segetibus, Plinio etiam authore, & in hortorum areis, ut testatur Dioscori-
des, gignitur.

TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus potissimum apparet.

TEMPERAMENTVM.

Exiccandi facultatem obtinet, Galeno teste, Lagopus.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Vim habet Lagopus herba sistendi aluum cum uino pota. Febrientibus autem
cum aqua danda. Alligatur eadem contra inguinum inflammationes.

EX GALENO.

Fluxus alui probè exiccat.

EX PLINIO.


^B Lagopus sistit aluum è uino pota, aut in febris ex aqua. Eadem inguinis adalliga-
tur in tumore.

APPENDIX.

Ex ijs omnibus abundè constat, herbam eam quam depictam damus esse Lago-
pum, siquidem & nomen & forma illi aptissimè respondent. Locus etiam conue-
nit; nascitur enim copiosissimè in segetibus. Nec temperamentum abhorret, quod
illi est adstrictorium & exiccans. His omnibus accedunt uires: uulgò enim
omnes hac planta in dysenteria, & alui profluuiio utuntur.

t DE LARI-

494



LAGOPUS

Ratzenflee.

NOMINA.

APIE Græcis, Larix & Larex Latinis, officinis & uulgò Larga, Ger. *Larix seu Larex* manis *Lôchbaum* appellatur.

FORMA.



Larix arbor est magna, Piceæ similis, crassior, læuiorq; cortice, folio uilloso pectinum modo, pingui & denso, molliq; flexu, materia præstanti, rubente, odore acri. Hinc erumpit nonnihil liquoris melleo, Dioscoride ac Plinio testibus, colore atque lento, nunquam durefcntis. Est autem resina quam Larignam, aut certè Laricinam uel Lariceam uocant, qua hodie omnes ferè officinæ pro terebinthina, non sine errore utuntur. Terebinthina enim candida est, pellucida, & in modum coloris uitri cœrulea & odorata. Lignum eius propèmodum ignibus inuictum, neq; flagrat, neq; in carbones recidit: nec alio modo ignis ui consumitur, quàm saxum in fornace ad calcem coquendam adhibitum, quod quidem nec flammam recipit, nec carbonē remittit, sed longo spacio tardè comburitur. E ramis eius panicularum modo nucamenta dependent, quod pictura affabre ostendit.

*Resina laricina
hodie pro tere-
binthina utuntur
officinæ.*

LOCVS.

Larix, ut autor est Vitruuius, circa ripam fluminis Padi, & litora maris Adriatici nascitur. Copiosissimè autem in Silesia prouenit, unde Illustrissimus Princeps **GEORGIVS** Marchio Brandenburgensis dominus meus clementissimus, plures arbores Onoltzbachiū transferre curauit, à quo sanè hanc etiam cuius hic damus picturam ad me Tubingam transmisit. In Silesia ex eius arboris ligno hypocausta construuntur, tantus illius ibidem prouentus est.

*GEORGIVS
Marchio Bruna-
denburgensis.*

TEMPVS.

Larix nullo exhilaratur flore, sed turgens tantum ædit germina.

TEMPERAMENTVM.

B Minimum in eius temperamento ignis & aëris, humoris autem terreni plurimum. Hinc cum non habeat spacia foraminum quæ possit ignis penetrare, fit ut eius uim, quemadmodū paulò antè diximus, reiiciat, nec patiatur ab eo citò lædi. Adstrictoriam itaque facultatem, haud secus atque piceæ, eius folia & cortices, ut statim dicemus, obtinent.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Cortex eius adstringit, ac intertriginib. tritus & illitus prodest, & ulceribus summam cutem occupantibus, ambustisq; cum lithargyro & manna thuris. Ulcera in teneris corporibus cerato myrtino exceptus ad cicatricem perducit. Tritus cum atramento sutorio, serpentina cohibet. Foetus & secundas suffitu eiicit. Potus aluum sistit, & urinam mouet. Folia eius trita illitaq; inflammationes leniunt, & uulnera ab inflammatione uindicant. Trita uerò & in aceto cocta, calida collutione dentium dolorem mulcent. Resina eius, ut omnes aliæ, emollit, calefacit, discutit, expurgat. Tussientibus ac tabidis in edigmate per se aut cum melle conuenit. Thoracis uitia expurgat. Vrinam etiam cit, maturat, & aluum mollit. Pilos in palpebris glutinat. Cōtra lepras cum ærugine, atramento sutorio, & nitro inungitur. Auribus saniem stillantibus cum melle & oleo, & in genitalium pruritu. Miscetur etiam emplastris, malagmatis & acopis. Lateris doloribus per se inuncta & imposita auxiliatur.


EX GALENO.

Cortex eius uincementem habet adstrictoriā facultatem usque adeo, ut & intertrigines bellissimè sanet, & uentrem potus sistat. Sed & ambustis cicatricem inducit. In folijs arboris, ut quæ multo sunt cortice humidiora, uis inest uulnerum glutinatoria. Resina eius desiccatur & calefacit.

EX PLINIO.

Laricis folia trita & decocta in aceto, dentium dolori profunt. Cinis corticum

t 2 inter-




LARIX

Lärchbaum.

A intertrigini & ambustis medetur, Potus alutum sistit. Vrinam mouet. Suffitu uul-
uas corrigit. Resina larigna tussi efficax habetur, polletq; contra uiscerum ulcera.

DE MELISSOPHYLLO CAP. CLXXXIX

NOMINA.



ΜΕΛΙΣΣΟΦΥΛΛΟΝ, ἢ μελίφυλλον Græcis, Apiastrum siue Cîtra-
go Latinis, officinis Melissa dicitur. Germanis *Welissent / We-* *Melissa.*
lissentraut / Honigblum. Melissophyllum non alio nomine ap- *Melissophyllum*
pellatum est, nisi quod apes eius folio magnopere delectentur: *unde dictum.*
neq; enim *μελισσόφυλλον* aliud quam apum folium significat. Me-
liphyllon uerò, qua uoce Nicander usus est, mellis folium indi-
cat. Sic itaque nominari cœpit, quod hinc apes mellis materiam colligant. Pari ra-
tione Latini Apiastrum haud dubiè dixerunt, quod ea herba apes plurimum læ- *Apiastrum.*
tentur, adeò ut si ea aluearia confricentur perunganturue, detentum in eis examen
non fugiat. Citraginem autem ab odore Citri; nares enim si consulantur Citrium *Citrugo.*
mâlum olebit.

GENERA.

Duo sunt ex uulgarium herbariorum sententia Melissophylli genera. Vnum
uerum; alterum adulterinum, quod Germani *Wanzenkraut* nominant, ut paulò
post dicemus.

FORMA.

Folia & cauliculi ueri Melissophylli, Balloti seu Marrubio nigro similia sunt, ma-
iora tamen & tenuiora, nec ita hirsuta, citri mâli odore. Perperam hodie officinæ
B pro uera Melissa utuntur herba passim in hortis proueniente, quam Germani, ut
diximus, quia cimices olere uidetur, *Wanzenkraut* nominant. Fœdus itaq; cum
huius herbæ odor sit, non est cur apes ea delectentur, neq; ei florenti insident, sed
eam potius fugiunt. Contrà illa quam pro uera pictam damus unicè oblectantur,
quod illius tam gratus odor sit, ut in ædibus strata, eas gratissimo odore compleat.

LOCVS.

Nascitur in syluis uerum, adulterinum autem in hortis.

TEMPVS.

Carpitur æstate, Iunio potissimum mense, quo floribus prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Melissophyllon ex secundo ordine calefacientiũ censetur, desiccat uerò non æ-
què, sed ipsum quispiam in hoc primi ordinis esse posuerit.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Folia cum uino pota aut illita, contra scorpionũ, phalangiorũ, canumq; morsus
profunt. Decoctũ eorundem, si eo perfundantur, idem potest. In infestationibus ad
ducendos menses utile est. Dentes eodem in dolore colluuntur. Dysentericis inie-
ctum prodest. Fungorũ strangulationibus, folia cum nitro pota succurrunt. Tor-
minibus auxiliant. Dantur in eclegmate orthopnoicis. Illita cum sale strumas dis-
cutiunt. Vlcera purgant. Articulares dolores illita mitigant.

EX GALENO.

Melissophyllon Marrubio facultate simile est, sed plurimũ ab eo uinciẽ: quam-
obrem nec utitur illo quispiam. Superuacaneum siquidem foret præsentẽ Marru-
bio, cuius tantus est ubiq; terrarum prouentus, uelle uti Melissophyllo. Cæterum
si cui forẽ ad manum quandoq; Marrubium non fuerit, illo ad quæcunque utili-
cebit, modo quanto ab hoc exuperetur cognitum habuerit.

EX PLINIO.


Melissophyllo siue Melittæna si perungantur aluearia, non fugient apes: nullo

t 3 enim



MELISSOPHYLLUM
VERUM.

Welshen.



MELISSOPHYLLVM
ADVLTERINVM.

Wanzenkraut.

C enim magis gaudent flore. Copia istius examina facillimè continentur. Idem præsentissimum est contra ictus earum uespærumq; & araneorum, item scorpionum, remedium. Item contra uuluarum strangulationes addito nitro. Contra tormina è uino. Folia eius strumis illinuntur, & sedis uitij cum sale decocta. Succus fœminas purgat, & inflationes discutit, & ulcera sanat. Articularios morbos sedat, canisq; morsus. Prodest dysentericis ueteribus, & cœliacis, orthopnoicis, lienibus, ulceribus thoracis. Caligines oculorum succo cum melle inungi eximium habetur.

EX SYMEONE SETHI.

Ad stomachi ex frigidityte morsus, & à nigra bile tristitias & timores qui sine ratione ex illa fiunt, confert. Hilaritatem efficit, & ad melancholicū ac pituitosum humorem prodest. Fertur quod industriam afferat, & quod ante somnum sumptum, bona somnia faciat, contraria ratione cum Brastica, quæ mala insomnia affert. Bu bones lædit.

DE MARATHRO CAP. CX.

NOMINA.

Marathrum cur
appellatum.

Fœniculum.



ΑΡΑΘΡΟΝ græcè, Fœniculum latinè, officinæ antiquum & latinum nomen retinuerunt, Germanicè *Genchel* dicitur. Marathrum Græcis dictum putant à marcescendo, quod ad cōdienda plurima cum inaruerit cōmendatissimum sit. Fœniculum autem dici existimant, quod satum magno cum fœnore semen reddat.

FORMA.

D Fœniculum ferulacei generis est, hominisq; plerunq; proceritatem superat, caule geniculato, fungosa intus medulla, leui exterius cortice & herbaceo, folia Abrotini, sed longiore molliori, iucundo odore, umbella rotunda, ampla, lutea, in orbem radiatim circinato, in qua semen nudum dependet, radice candida, longa & odorata.

LOCVS.

Pæssim in hortis fatum prouenit. Sua etiam sponte interdum ceu Anethum nascitur.

TEMPVS.

Colligitur caule turgescente. Floret Iunio & Iulio mensibus.


TEMPERAMENTVM.

Fœniculum tam ualenter exalfacit, ut ex tertio ordinè excalefacientium censeri possit. Exiccat uerò non æquè, sed ipsum quispiam in hoc primi esse ordinis posuerit. Proinde lac procreat, quod, si admodum desiccaret, non sanè efficeret.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Fœniculi herba comesta mammas lacte replet. Idem potest semē potum, aut decoctum cum ptisana. Comæ decoctum subditum impositumue, renum & uesicæ uitij utile: quippe quod urinam ciere potest. Contra serpentium ictus in uino potum prodest. Menfes ducit. In febribus nauseam, & stomachi ardorem ex aqua frigida potum, sedat. Radices contritæ & cum melle illitæ, morsibus canum medentur. Succus caulibus & folijs expressis in sole siccatus, medicamentis quæ ad excitandam oculorum aciem cōficiuntur, utiliter adijcitur. Extrahitur etiam succus ex semine uiridi, folijs, ramulisq; ad eadem utilis. Radix in prima germinatione exprimitur. In occidentali Iberia liquorem gummi similem reddit. Caulem medium dum herba floret incolæ demerunt, igniq; admovent, quo facilius uī caloris exudans gummi remittat. Hoc efficacius succo est ad medicamenta oculorum.

EX GALE-



FOENICVLVM

Fenchel.

C

EX GALENO.

Fœniculum lac procreat. Suffusis auxiliatur. Vrinæ mensesq̃ cit. In condimentis assiduus Anethi usus, Fœniculi uerò & in obsonijs. Apud nos in hoc reponunt, non secus ac Pyrethrum & Terebinthum condientes, ut in totum annum usui sit, quemadmodum & cepas & rapas & alia huiusmodi quadam in solo aceto, alia in oxhalme asseruantes.

EX PLINIO.

Ad scorpionum ictus & serpentium, semine in uino potu ualet. Succus & auribus instillatur, uermiculosq̃ in his necat. Idipsum condimentis propè omnibus inferitur. Oxyporis etiam aptissimè. Quin & crustis subditur panis. Semen stomachum dissolutum adstringit. Nauseam ex aqua tritum sedat. Pulmonibus & iecinoribus laudatissimum. Ventrem sistit cum modicè sumitur, urinam excitat, & tormina mitigat decoctum, lactisq̃ defectu potum mammas replet. Radix cum pti sana pota renes purgat, siue decocto succo, siue semine sumpto. Prodest & hydro-picis radix ex uino cocta; item conuulsis. Illinuntur folia tumoribus ardentibus ex aceto. Calculos uesicæ pellunt. Genituræ abundantiam quoquo modo haustum facit. Verendis amicissimum, siue ad fouendum radice cum uino cocta, siue contrita in oleo illitum. Multi tumoribus & sugillatis cum cera illinunt. Et radice in succo uel cum melle contra canis morsum utuntur. Et contra multipedè ex uino.

EX SYMEONE SETHI.

Lac procreat, & suffusis remedio est. Vrinam cit, & menses ducit.

DE MELANTHIO CAP. CXCI.

D

NOMINA.

Nigella.
Melanthion una
de dictum,



EA ANΘION Græcis, Papauer nigrum, Nigella & Gith Latinis dicitur. Officinæ omnes Nigellam appellant. Melanthion autem & Nigella, à nigro seminis colore hæc herba haud dubiè dicta est.

GENERA.

Esti apud Dioscoridem aliosq̃ ueteres una duntaxat Nigellæ species reperitur, nobis tamen domesticas & hortenses tres uidere contigit, quarum duæ quidem habent semina nigra, tertia uerò subflauum. Inter eas quæ habent semina nigra, primâ schwarz Komnich germanicè appellauimus, alteram autem schwarz Coriander, quod folia eius Coriandri folijs non dissimilia sint. Tertia, quod ad folia & flores attinet, primæ per omnia similis est, in semine tantum quod flauescit, ut diximus, diuersa. Herbarij huius temporis Nigellam citrinam nominant. Præter has tres iam cōmemoratas est quarta, quæ syluestris Nigella dicitur, quod scilicet sua sponte in aruis nascatur. Germanis wild schwarzer Coriander nominatur. Videtur autem esse potius tertium genus Cumini syluestris.

FORMA.

Melanthion. Melanthion frutex est pusillus, ramulis tenuibus, altitudinæ palmorum duorum uel amplior, folijs paruis Senetionis herbæ similibus, multo tamen exilioribus, capitulo in cacumine, exiguo ceu Papaueris, oblongo, intercurrentibus internè distinctionibus loculosis quinque aut sex, in summitate extrinsecus corniculatis, quibus semen nigrum, acre, odoratum includitur. Syluestre alteri hortensi ferè simile est, folia siquidem anethi habet, flores primo similes, nisi quod colore sint elegantiores. Capitulum planè Aquileiæ respondet, atque in se semina nigra & odorata continet.


LOCVS.



MELANTHIVM HOR
TENSE PRIMVM.

Schwarz Kummich.

504



NIGELLA HORTENSIS
ALTERA.
Schwarz Coriander.



MELANTHINUM
SYLVESTRE.

Wilder schwarzer Coriander.

C

L O C V S.

Melanthion domesticum non nisi in hortis satum prouenit. Syluestre autem, ut dictum est, in agris sua sponte prouenit.

T E M P V S.

Melanthion floret Iunio mense, Iulio autem & Augusto semine pragnans est.

T E M P E R A M E N T V M.

Melanthium excalefacit atque desiccatur tertio ordine.

V I R E S. E X D I O S C O R I D E.

Capitis doloribus illitum fronti Melanthiū, & incipientibus suffusionibus cum irino tritum & naribus infusum prodest. Tollit lentigines, lepras, cedemata uetusta, duritiesq; cum aceto illitum. Circumscarificatos clauos excutit cum uetere uino impositum. Dentium doloribus cum aceto & teda decoctum, si eo colluantur, succurrit. Rotundos uentris lumbricos expellit, ex aqua umbilico illitum. Tritum autem & in linteo colligatum & olfactum, destillatione laborantes adiuuat. Pluribus diebus potum, urinam, menses & lac prouocat. Difficultatem spirandi cum uino potum finit. Phalangiorum moribus drachmæ pondere cum aqua hauustum auxiliatur. Suffitu serpentes fugantur. Tradunt largius epotum enecare.

E X G A L E N O.

Tenuium est partium Melanthium, unde destillationes sanat calidum in linteo admotum, atque assiduò olfactum. Quinetiam si intrò in corpus sumatur, uel maxime flatus extinguit. Hinc constat essentiae ipsum esse tenuis, & ad unguem à caliditate elaboratae. Propterea sanè etiam amarum est. Itaque mirum non est si lumbricos interimat non esum modo, sed etiam foris impositum. Neque sanè etiam mirandum si lepras, clauos, myrmecias ejiciat. Sic uerò etiam orthopnoeam iuuat, & menses prouocat, qui ob crassitiem aut uiscedinem retenti fuerint. In summa, ubi incisione, extersione, desiccatione, excalefactione est opus, praestantissimum id remedium est.


E X P L I N I O.

Melanthion medetur serpentium plagis & scorpionum. Illini ex aceto & melle reperio, incensòq; serpentes fugari. Bibitur drachma contra araneos. Destillationem narium discutit tusum in linteolo olfactum. Capitis dolores illitum ex aceto, & infusum naribus mitigat. Cum irino oculorū epiphoras & tumores lenit. Dentium dolores coctum cum aceto. Ulcera oris tritum & cōmanducatum. Lepras & lentigines ex aceto tritum emendat. Difficultates spirandi addito uino potum. Duritias tumoresq; ueteres & suppurationes illitum. Lac mulierum auget continuis diebus sumptum. Colligitur succus ut Hyoscyami. Oculos purgat, urinam & menstrua ciet. Similiter largius uenenum est, quod miremur, cum semen gratissimè panes etiam condiat. Quinimo linteolo alligatis tantum granis triginta, secundas trahi reperio. Aiunt & clauis in pedibus mederi tritum in urina. Culices suffitu necare; item muscas.

E X S Y M E O N E S E T H I.


Est tenuium partium, lumbricos in uentre necat, flatus discutit, pituitamq; incidit. Ad orthopnoeas & defluxus capitis facit odoratum, praesertim postquam calefactum fuerit. Dicitur uerò quod si teratur, & cum aceto uentri imponatur, etiam sic lumbricos necare. Et si cum melle fermentetur, & calida aqua hauriatur, calculos in renibus & uesica minuit, urinam cit, menses ducit, & ueluti remedium contra uenena est, si quis ipsum ieiunus assumat.

D E M A L A



MALVA
HORTENSIS.

Gartenmalve.



MALVA SYLVE
— STRIS PYMILA.

Genspappel.



MALVA SYLVESTRIS
ELATIOR.

Kosspappel.

C

NOMINA.

Malua quare
dicta.
μαλολήειν.



ΑΛΑΧΗ græcè, Malua latinè, officinis latinum nomen retinuit, Germanicè Pappel dicitur. Malua autem Græcis ab emollienda aluo nomen traxit: μαλολήειν enim mollire significat. Quinetiam Latinis Varro

Maluam quasi moluam, quod aluum molliat, dictam esse contendit. Antiqui enim ea utebantur in acetarijs cum Lactuca ad subducendam aluum. Vnde Martialis libro decimo ait:

Exoneraturas uentrem mihi uillica maluas

Attulit, & uarias quas habet hortus opes.

G E N E R A.

Maluarū genera esse duo Dioscorides & Galenus tradunt. Vna enim hortensis, Hortensis altera syluestris Malua dicitur. Hortensis, quæ in hortis sata prouenit, Germanis *Malua*. *Admische Pappel*/uel *Ernros*/quod scilicet mæsis tempore floreant, uel *Herbstros* nominatur. Huius iterum uaria sunt genera: alia siquidem rosas purpureas, & has uel simplici uel multiplici foliorū textura constantes, ut pictura monstrat: alia candidas & iterum foliorū textura differentes producit. Nos una pictura quatuor *Syluestris*. hæc hortensis Maluæ genera complexi sumus. Syluestris non quæ in syluis, aut asperis locis, sed quæ in incultis locis sua sponte nascitur, intelligi debet: id quod *χρυσάνα*, græca uox *χρυσάνα*, qua Dioscorides utitur, maximè docet. Hæc enim Græcis incultam & inelaboratā terram significat, qualis in semitis, pratis, alijsq; huiusmodi ruris & agri partibus est. Erratica hæc seu syluestris Malua itidem in duas distribuitur species: quædam enim pumila est, & humi serpens, hanc Germani *Genßpappel*/ *Râß* oder *Nasenspappel* uocant. Quædam altius attollitur, & ferè arborescit, hanc germanicè *Rosspappel* nominant.

D

F O R M A.

Hortensis. Hortensis Malua grandescit in arborem, eiusq; scapus tanta magnitudine proficit, ut baculi usum præbeat. Folia huic ampla, circinata rotunditatis, multis in ambitu segmentis. Caudex simplex, luxuriosæ proceritatis attollitur, à medio ferè ad uerticem pulcherrimis floribus decoratus, breui admodum pediculo dependentibus, qui uenustate rosas non cedunt, & si suppeteret odor, de principatu certarent. Colore constant purpureo, uermiculatoue & candido. Capitula quædam breuibus innixa petiolis, & leuiter in mucronem fastigiata primum è caule profiliunt, ipsæ paulatim intumescuntibus, prægnantia florū inuolucra fatiscunt, in quibus dehiscen-
Syluestris pumila. tes rosæ sese pandunt, & explicant in folia quinq; interdum struclili quadam serie, ut diximus, numerosa, calycibus apices paucos cõplexis, qui lutei medijs emicant, quibus decidentibus erumpunt purpurea stamina. His factus succrescit multipliciter tunicatus, atq; in umbilici formam numero semine coagmentatus, in quibus cum decussa sunt folia, reliquarum Maluarū modo semina recluduntur. Syluestris pumila & humi repens, folio rotundo, pingui, & in ambitu serrato constat: caule magno, floribus ex candido purpurascens, radice candida. Syluestris pro-
Syluestris procerior. altior folio magis laciniato nascitur, floribus ex cœruleo purpureis, radice candida.

L O C V S.

Hortensis in hortis sata prouenit. Syluestris autem locis incultis, pinguibus potissimum, & humidis.

T E M P V S.

Hortensis floret Iulio & Augusto præsertim mensibus: neque enim flos is ut rosa fugax est, sed diu uigor uitæq; durat. Syluestris pumila per totam æstatem, & in maximam autumnii partem durat. Arborescens autem Iunio & Iulio mensibus, floribus quammaximè abundat.

T E M P E R A -

TEMPERAMENTVM.

Malua syluestris digerentis paululum, & emollientis leuiter est facultatis. Hortensis uerò quanto plus habet aqueæ humiditatis, tanto facultate imbecillior est. Fructus eius tanto ualidior est, quanto & siccior. Inter Lactucā, Betam & Maluam id est discriminis, nempe quod sicciora sint syluestria, satiuia humidiora. Permissū *Syluestria satiuia sicciora.* est Maluæ succo aliquid glutinosum, quo Lactuca caret. A refrigerandi facultate manifestè abest, ut ante sumptionē cernere licet, si ex ambobus particulatim oleribus, quemadmodū facitare homines consueuerunt, cataplasma ad calidum quempiam affectum, qualis est erysipelas, componas, molliuscula folia diligenter tundens donec ad leuorem redacta sint exactissimum. Tum nanque cognosces Lactucam manifestè refrigerare, Maluam uerò modicum, & quasi tepidum quendam calorem obtinere. Facile hoc olus deorsum labitur, non tantum quia humidum est, sed etiam quia glutinosum. Si horum trium olerum succos inter se compares, tenuis & absterforius Betæ, crassior glutinosiorq; Maluæ, in utriusq; medio Lactucæ statuetur. Hæc Galenus lib. ij. de alimentorū facultatibus.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Esui aptior hortensis multò quàm syluestris. Stomacho noxia, aluum bonam efficit, præsertim caules, intestinis & uesicæ utiles. Folia cruda illita, & cum modico sale addito melle cōmanducata, egilopas sanant. Verum in inducenda cicatrice, ea sine sale utendum est. Contra apum uesparumq; ictus illita prodest. Et si cruda tritaq; cum oleo antea se inunxerit aliquis, non feritur. Achoras, furfuresq; cum urina illita sanat. Sacris ignibus & ambustis decocta folia tritaq; utiliter cum oleo imponuntur. Eius decoctum uulvas in fessione mollit. Prodest erosionibus intestinorum, uulvæ sedisq; clystere infusum. Ius decoctæ cum radice sua omnibus letalibus uenenis auxiliatur, si continuò à bibentibus reuomatur. Contra phalangiorum morsus remedio est. Lac proritat. Semen eius admixto Loti syluestris semine potum cum uino uesicæ dolores lenit.

EX PLINIO.

Maluæ contra omnes aculeatos ictus efficacior uis, præcipuè scorpionū, uesparum similiūq; & muris aranei. Quin & trita cum oleo qualibet earum peruncti antè, uel habentes eas non feruntur. Folium impositum scorpionibus torporem affert. Valent contra uenena. Aculeos omnes extrahunt illitæ crudæ, aut cum tanetho potæ. Decoctæ uerò cum radice sua, leporis marini uenena restringunt: & *† aliis aceto:* ut quidam dicunt, si uomatur. De eisdem mira & alia traduntur, sed maxime, si quotidie quis succi ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis cariturum. Ulcera manantia in capite sanant, in urina putrefactæ lichenas, & ulcera oris cum melle. Radix decocta furfures capitis & dentium mobilitates. Eius quæ unum caulem habet, radice circa dentem qui doleat punge, donec desinat dolor. Eadem strumas & parotidas panòsque, addita hominis saliuia, purgat citra uulnus. Semen in uino nigro potum, à pituitis & nausæis liberat. Radix mammarum uitij occurrat, adalligata in lana nigra. Tusim in lacte cocta, & sorbitionis modo sumpta, quin diebus emendat. Stomacho inutiles Sextus Niger dicit. Olympias Thebana, abortiuas esse cum adipe anseris. Aliqui purgari feminas, folijs earum manus plenæ mensura, in oleo & uino sumptis. Vtique constat parturientes substratis folijs celerius solui, protinus à partu reuocanda, ne uulua sequatur. Dant & succum bibendum parturientibus ieiunis, in uino decocta hemina. Quin & semen tritum adalligant brachio, genitale non continentium. Adeoque eæ Veneri nascuntur, ut semen uniuersalis aspersum genitali, feminarum audivitates augere ad infinitum Xenocrates tradat. Item tres radices iuxta

- C** adalligatas, tenasmo & dysentericis utilissimè infundi. Item sedis uitijis, uel si foeantur. Melancholicis quoque succus datur cyathis ternis tepidus, & infanientibus quaternis. Decoctæ comitialibus heminæ succi. Hic & calculosis, & inflatione, & torminibus, aut opisthotonico laborantibus tepidus illinitur. Et sacris ignibus & ambustis decocta in oleum folia imponuntur, & ad uulnerum impetus cruda cum pane. Succus decoctæ neruis prodest, & uesicæ, & intestinorum rofionibus. Vuluas & cibo & infusione mollit in oleo. Succus decoctæ pori meatus suaues facit.

EX SYMEONE SETHI.

Ventriculum facile subit, non solum propter humiditatem, uerumetiâ glutinositatem, atq; inprimis si cum oleo & garo offeratur, uino quo editur tempore irrorata. Vesicam, thoracè, pulmonemq; iuuat, & raucam uocem lenit. Syluestris malua, ut ferunt, comesta, dolores ex uesparû morsu tollit. Si quis morsus à uespis aut apibus, succo Maluæ, præsertim syluestris, perungatur, confestim dolore leuatur. Dicitur etiam quod huius decoctum potum, lapides conterit, somnum conciliat, facilemq; partum præstat, si mulier ea crebrius utatur. Illita inflammationes lenit, eaq; quæ indurata sunt emollit. Illud Maluæ peculiare est, ut imposita icribus uesparum & apum, dolores leuet.

DE MYRICE CAP. CXCI.

NOMINA.

Tamariscus.



ΥΠΙΚΗ Græcis, Myrice & Tamarix Latinis, officinis Tamariscus, Germanis Tamariscet & Porst nominatur.

GENERA.

- D** Dioscorides duo Tamaricis genera facit. Vna enim syluestris est, qualis est ea quæ in plerisq; Germaniæ locis prouenit, quamq; hic pictam damus. Altera satia, quæ priori in cæteris similis est, nisi quod fructifera est, & minimè, ut illa, sterilis.

FORMA.

Syluestris arbutum frutæxue humilis est, ramis ex herbaceo fuluoq; colore uariiegatis, folijs Sabinæ aut Ericæ, flore muscoso, qui demum in pappos euolat. Satia cætera similis est syluestri, fructum tamen gallæ non dissimilem profert, qui gustu inæqualiter adstringit.

LOCVS.

Proxime paludes, residues stagnantesq; aquas nascit. Syluestrisq; copiosa in Germania ad Rhenum & Isarum, insignes fluuios, prouenit. Satia in Syria & Ægypto, ubi procerissimas æquat arbores, gignitur.

TEMPVS.

Perpetua coma frondet.

TEMPERAMENTVM.

Myrice abstergentis est ac incidentis facultatis, absq; perspicua desiccatione; habet uerò etiam adstrictionē nonnullam. Cæterum fructus & cortex non paucam sortita est adstrictionē, adeo ut gallæ omphacitidi seu immaturæ proxima sint, nisi quod acerbitas euidentis est in galla, sed Myrices fructui temperatura inest inæqualis: immista est enim naturæ eius multa partium tenuitas, atque uis abstergendi, quod sanè gallæ haud inest. Porro Myricæ combustæ cinis admodum debecatoriæ facultatis est, plurimam abstergendi facultatem habens, pauxillam adstringendi.


VIRES.

EX DIOSCORIDE.

Fructu uice gallæ in oris oculorumq; medicaminibus utuntur. Cruentis sputis in potu

TAMARIX

Tamarisch.



C potu, cœliaciis, fœminarū fluxionibus, morbo regio, & phalangiorū morſibus prodeſt. Oedemata illitus reſſimit. Cortex eadem quæ fructus poteſt. Decoctum ſoliorum cum uino potum, lienem minuit. Ad dolorem dentium in collutionibus ſalutare eſt, & mulierum fluxionibus in deſeſſionibus. Aptè his in quibus pediculi & lendes abundant circumfunditur. Cinis lignorum eius appoſitus profluuiū ex utero ſupprimit. E trunco eius nonnulli potorios calices fabricant, quibus in lienocalices potorio ex trunco talis pro poculo utuntur, quò datus in ijs potus proficiat.

maricis.

EX GALENO.

Myrice prodeſt admodū lieni indurato, decoctis cum aceto aut uino radicibus, ſiue folijs, ſiue extremis ramulis. Sanat uerò etiam dentium dolores.

EX PLINIO.

Lenæus ſanari ea carcinomata in uino decocta tritaq̃ cum melle dicit. Ad lienem præcipua eſt, ſi ſuccus eius expreſſus in uino bibatur. Adeoq̃ mirabilem eius anti-pathiam cōtra ſolum hoc uiſcerum faciunt, ut affirmant, ſi ex ea alueis factis bibant ſues, ſine liene inueniri. Et ideo homini quoque ſplenetico cibum potumq̃ dant in uas ex ea factis. Lignum & flos & folia & cortex in eoſdem uſus adhibent, quam remiſſiora. Datur ſanguinem reiſcientibus cortex tritus, & contra profluuiā fœminarum, cœliaciis quoq̃. Idem tuſus impoſitusq̃ collectiones omnes inſihibet. Folijs exprimitur ſuccus. Ad hæc eadem & in uino decoquantur: ipſa uerò adiecto melle gangrenis illinuntur. Decoctum eorum in uino potum, uel impoſitum cum roſaceo & cera ſedat. Sic & epinyctidas ſanant. Ad dentium dolorem auriumq̃, decoctum eorum ſalutare eſt. Radix ad eadem, ſimiliter & folia. Hæc amplius ad ea quæ ſerpunt imponuntur cum polenta. Semen drachmæ pondere aduerſus phalangia & araneos bibitur. Cum altilium uerò pingui furunculis imponitur. Efficax & contra ſerpentium iſtus, præterquam aſpidum. Necnon morbo regio, phthiria, ſi, lendibusq̃ decoctum inſuſum prodeſt, abundantiamq̃ mulierum ſiſtit. Cinis arboris ad omnia eadem prodeſt.

DE MECONE RHOEADE CAP. CXCIII.

NOMINA.

M H K Ω N ρήας Græcis, Papauer rhœas, hoc eſt, fluidum aut erraticum Latinis, Papauer rubeum officinis & herbarijs, Germanis à ſtrepitu quem ludentes pueri harum folijs concauo pugno impoſitis, altera palma incuſſa ædunt, Klapperroſen/ quaſi dicas crepitaculares roſas, & Rhœas unde diſ Glitschen/ & wild Roſen/ ac Roſenroſen appellant. Rhœas autem à flore, qui ei protinus decidit, dictum eſt.

Papauer rubeū.




Rhœas unde diſ
ctum.

FORMA.

Folia Erucae, aut Cichorio ſimilia, & incifa habet, longiora tamen & aſpera. Caulis lanuginosus, rectus, aſperus, cubitalis. Florem puniceum, & aliquando candidum, ſimilem ſylueſtris Anemones flori. Caput oblongum, minus tamen quàm Anemones. Semen ruſum. Radicem oblongam, ſubalbam, minoris digiti craſſitudine, amaram. Ex qua deliniatione omnibus perſpicuū ſit, herbam quam Papauer rubeum hodie uulgò nominant, eſſe Rhœada, quod ſit folio Erucae, laciniaſto, ſcabro, & longiore: caule lanuginoso, recto, aſpero, cubitali: flore ſylueſtris Anemones puniceo, nonnunquā albo, oblongo capite: ſemine ruſo, radice longa, ſubalbida, minoris digiti craſſitudine, guſtu amara. Errant itaque qui Anemonem eſſe arbitrantur, quod folia eius, quæ Coriandri ſunt, euidentiffimè reclamant. Nos Rhœadis utriuſque picturas damus, Vnius, atque adeo primi, quod Erucae folia habet, alterius quod Cichorij.

Papauer rubeū
nō eſt Anemone.

LOCVS.



PAPAVER ER
RATICVM PRIMVM.

Klapperrosen.



PAPAVER ERRATI
GVM ALTERVM.

Roinrosen.

LOCVS.

Nascitur in aruis & segetibus passim.

TEMPVS.

Vere & æstate dum frumenta messem appetunt, floret; quo etiam tempore decerpitur.

TEMPERAMENTVM.

Refrigerat, ut alia genera Papaueris.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Huius Papaueris quinque sexue capita cum tribus vini cyathis decocta donec ad duas reducantur, potui dabis quibus somnum accersere uolueris. Semen acetabuli mensura cum aqua multa potum, aluum leniter emollit. Ad idem præstandum mellitis & dulciarijs immiscetur. Folia cum calycibus illita inflammationes sanant. Eorundem perfusione & fotu somnus allicitur.

EX GALENO.

Papauer quoddam Rhœas nuncupat, quod scilicet celeriter flos eius defluat. Huius semen ualidius refrigerat, ita ut nequaquam eo quis innoxie solo uti possit, ueluti fatiuo melli admiscens. Admodum uero ita sumptum somnum conciliat. Sed & pusillum eius inspergunt ijs quæ ex melle conficiuntur bellarijs, placentis & panibus.

EX PLINIO.

Aluum exinaniunt capita quinque decocta in uini tribus heminis: pota somnum faciunt.

EX RECENTIORIBVS.

Sacro igni medetur. Mulierum menstrua profluua compescit. Sanguinem e naribus fluentem iecori impositum sistit. Lingua ex decocto eius lota, ardorem faucium sanat. Pudendorum tumores detumescere facit. Temporibus illitum, phreneticis somnum conciliat. Calidos oculorum dolores linteo impositum mitigat. Unde rursus omnibus liquet, Papauer hoc rubrum non esse Anemonem, quod scilicet hæc ipsa contrarias plane facultates obtineat.

DE MECONE SATIVO CAP. CXCV.

NOMINA.



ΗΚΩΝ *ἡμω* græcè, Papauer satiuum latinè dicitur. Officinæ antiquum nomen retinuerunt. Germanicè *Wagfomen* oder *Wân* uocatur. Dictum autem Græcis *μίσω* à *μίσω*, hoc est, non ministrando, quod

Meccon quare appellatur.

suis fungi munijs uescentes non patiatur.

GENERA.

Satiui Papaueris duplex genus, album uidelicet, cuius flos & semen candidum: & nigrum, quod semine nigro constat. Nos utrumque genus una pictura complexi sumus.

FORMA.

Folijs constat longis, per ambitum ferratis, nulloque pediculo cauli adherentibus: floribus uel candidis, uel ex candido leniter purpureis: capitibus oblongis, in quibus semen atrum uel candidum.

LOCVS.

Passim in hortis satum prouenit.

TEMPVS.

Æstate floret, ac subinde semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Refrigerat, sicut omnia alia Papaueris genera, in quarto ordine.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Comunis ipsis refrigerandi uis est: proinde folia & capita in aqua decocta fotu

x somnum



PAP AVER
SATIVVM.

Wagfomen.

A somnum accerfunt. Bibitur & decoctum contra uigilias. Capita trita & cum polenta cataplasmatibus mixta, ignibus sacris & inflammationibus profunt. Oportet autem uiridia ipsa tundere, & in pastillos conformare, siccatosque reponere ac uti. Capita per se etiam ad dimidias in aqua decocta, dein iterum cum melle dum humor derisetur crassefcatque decocta, eclegma medicamentum efficiunt, dolorē mitigans in tussi, fluxionibus arteriarum & coeliacis affectionibus. Efficacius redditur adiecto Hypocistidis succo & Acacia. Papaueris nigri semen tritum cum uino bibitur contra fluxiones alui & foeminarum profluvia. In peruigilijs fronti temporibusque cum aqua illinitur. Eiusdem liquor plus refrigerat, inspissat, siccaturque. Erui quantitate sumptus dolorem leuat, somnum conciliat & concoquit. Tussi atque coeliacis affectibus auxiliatur. Maiori autem copia haustus nocet, lethargicos efficiens, & interimit. Ad dolores capitis cum rosaceo perfusus facit. Aures dolentibus cum amygdalino, myrrha & croco instillatur. In oculorum inflammationibus cum tosto oui luteo & croco. Igni sacro & uulneribus cum aceto, podagris cum lacte mulieris & croco sedī pro balano subditus, somnum allicit.

EX GALENO.

Satiui Papaueris semen panibus utiliter ceu dulciarium inspergitur, non secus ac Sesamum. Candidius nigriore praestat, uimque refrigerandi habet, ideoque somnificum est. Si uero liberalius sumatur, soporem etiam inducet, aegreque concoquetur. Tussim praeterea ex thorace & pulmone compescit. Confert aduersus tenues ex capite destillationes. Corpori nullum notatu dignum exhibet nutrimentum.


EX PLINIO.

Candidi semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur. Calyx ipse teritur & bibitur somni causa. Semen elephantis medetur. E nigro Papauere lacteus succus scapo inciso exprimitur, qui densatur, & in pastillos tritus in umbra siccatur, non ui soporifera modo, uerum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnum: opion uocant. Semine eius trito in pastillos, e lacte utuntur ad somnum. Item ad capitis dolores cum rosaceo. Cum his aurium dolori instillatur. Podagris illinitur cum lacte mulierum. Sic & folijs ipsis utuntur ad sacros ignes. Item uulnera cum aceto. Ego tamen damnauerim collyrijs addi, multoque magis quas uocant lexypyretas, quasque pepticas & coeliacas. Nigrum tamen coeliacis in uino datur.

EX SYMEONE SETHI,

Melius est album quam nigrum. Somnificam uim habet, & difficilis est concoctionis, parumque nutrit. Si autem cum melle edatur, semini genitali adiicit. Prodest & thoraci, & asperae arteriae, actussi. Ventrem sistit, etsi quidam falso putauerunt ipsum mouere, cum contrariam habeat uim. Laedit caput, si copiosius sumatur, idemque aggrauat. Sunt qui ipsum conterunt, & uigilantiū fronti imponunt, in hoc ut somnum conciliet. Caeterum nigrum Papauer frigidius est, & magis somniferum, adeo ut si quis eo immodice utatur, somno profundo similiter lethargicis capiatur.

Cum rosaceo impositum capiti, eiusdem dolores a calore ortos sanat. Dicitur etiam quod illitum cum lacte muliebri & croco, podagricos iuuat. Huius lachryma uenenum est. Nigri autem succus est uocatum opium.



PAPAVER
CORNICULATUM.

Gelb ölmagen.

NOMINA.



ΜΗΚΩΝ κορατίνης Græcis, Papauer corniculatum Latinis, officinis Papa- Papauer corni-
uer cornutum, Germanis Gelb ſchnagen appellatur. Corniculatum à tinit.
fructu, quem producit, cornu modo inflexo nominatum est.

FORMA.

Folia habet candida, hirsuta, Verbasco similia, per ambitū Papaueris syluestris modo ferrata: caulem etiam similem, florem luteum pallidumue, fructum paruum ut cornu inflexum, scenigræci corniculo similem, unde & nomen inuenit. Semen pusillum, nigrum quale Papaueris. Radicem in superficie terræ herentem, nigram, crassam.

LOCVS.

Dioscorides in maritimis & asperis locis prouenire ait. In Germania tamen nostra non nisi satum fuerit nascitur.

TEMPVS.

Iunio floret mense, Semen autem circa messes legitur.

TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccum esse, facultates eius, & in gustu nitrositas, satis ostendunt.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix ad dimidias cocta in aqua & pota, ischiadas, & iecinoris affectus sanare potest. His etiam qui crassas & araneosas faciunt urinas prodest. Semen acetabuli mensura cum aqua mulsa potum, aluum leniter purgat. Folia præterea floresque cum oleo illita crustas emarginant. Eadem inuncta iumentorum argema ac nubeculas emendant.

EX GALENO.

Papauer corniculatum nominatum quidem est à fructu leuem inuersionem habente, ueluti & scenum græcū, ut bouis cornu simile esse uideatur. Vim habet incidendi & abstergendi. Proinde radix herbæ in aqua decocta ad dimidium, iecinoris affectus adiuuat. Folia & flores, sordida admodum & maligna ulcera iuuant. Sed ab his abstinere oportet ulceribus iam purgatis: adeo enim abstergere ualent, ut & puræ quoque carnis non nihil eliquent. Hoc facultatum robore non sordes duntaxat, sed & crustam ulceribus detrahit.

EX PLINIO.

Semen aluum purgat dimidio acetabulo in mulso. Folia trita cum oleo, argemas iumentorum sanant. Radix acetabuli mensura cocta in duobus sextarijs ad dimidias, datur ad lumborum uitia & iecinoris. Carbunculis medentur ex melle folia.

DE MORO. CAP. CXCVII.

NOMINA.




ΜΟΡΕΑ, ἡ συκαμυρία Græcis, Morus Latinis, officinis & uulgaribus herbarijs Morus celsi, Germanis Maulberbaum appellatur.

Morus celsi.

FORMA.

Morus arbor notior est quam ut describi desideret. Folia autem rotunda fere habet, nisi quod in summo sint acuminata, in extremitatibus ferrata, & ad Menthæ hortensis primi & secundi generis folia accedentia. Flores lanugineos, fructum statim ab ortu candidum, cum pubescit rubrum, ubi maturuit atrum. Non est certe silentio transeundum, quod Mori folijs quadraginta fere diebus à Vergiliarum exortu usque ad solstitium pasti uermiculi, qui σήψα Græcis, Latinis bombyces ac Seres nominantur, sericem uellus, quo turget uterus, pedibus explicantes faciunt: nulla enim in re alia natura sagacior deprehendit, nec ars aliquid ab ijs accipisse uidebitur, in quo ingeniosus laborauerit, si tam multas dum id uellus perfici-

Seres uermiculi unde nutriantur, & eorundem miranda metamorphosis.



MORVS

Maulberbaum.

A tur naturæ mutationes, & artis dum ad uitæ usum disponitur labores æstimerius. Appetente siquidem uere oua, piscium ouis haud dissimilia, linteolo chartæ uē adhaerescencia, quæ proximo autumnō prodixerunt, radijs solis exponuntur, aut calido in loco, hypocauſto nimirum, seruantur. Quo fit ut uermiculi excludantur exiguī, qui mox Mori folijs nutriuntur, quoad grandiores facti fuerint: tum statim penulæ cuiq; chartaceæ, uel potius inuolucra conficiuntur, quibus inclusi mirabili naturæ opere lanitio sese inuoluunt, ac congesto glomeri se condentes, postquam suum nendi obierunt munus emoriuntur, adeò ut semestris tantum illis apud nos uita sit. Mortuis testacea subinde tunica inducitur, qua aliquot diebus obducti reuiuiscunt, ac ascitis sibi alis in uolucres papilionēs degenerant, qui assidue inuicem insidentes coeuntesq; tandem relictis ouis milij forma & colore, quibus sua rediuiua proles sequente anno renascitur, iterū moriuntur, atque adeo cum nullius præterea sint usus abijciuntur. Oua autem ad ueris usq; initia seruantur. Hanc mirificam metamorphosin quam nō rarò summa cum admiratione ac delectatione sum contemplatus, non potui non cōmemorare, quò studiosis uermiculorum istorum qui Mori folijs pascuntur natura prorsus perspecta esset.

LOCVS.

Nascitur in hortis quibusdam, Amat autem in primis loca calida fabulosaq; Gaudet folsione & stercore.

TEMPVS.

Nouissima urbanarū germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima *Morus sapientissima arborum.* Proinde cum hanc germinare uiderimus, frigus minimè timendum erit.

TEMPERAMENTVM.

B Immaturus Mori fructus ubi exaruerit admodū adstringit. Maturus autem mediocriter adstringit. Cortex radicis arboris amaritudinis cuiusdam & purgantis facultatis particeps est. Folia & germina quodammodo media temperie inter adstrictionem & purgatoriam facultatem sunt prædita.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Mori fructus aluum soluit. Facile corrumpitur. Stomacho inimicus est. Præstat hoc idem eius succus. Decoctus autem æreo uase, aut insolatus, magis adstringit. Admixto mellis exiguo, ad fluxiones, nomas & tonsillarū inflammationes facit. Augetur uis eius adiecto scissili alumine, galla, croco & myrrha, item tamaricis semine, iride & thure. Mora uerò immatura sicca tusaq; Rhois uice obsonijs miscet, & celiacos iuuant. Radicis cortex decoctus in aqua & potus aluum soluit. Latos uentris lumbricos expellit: ijs quoq; auxiliat qui aconitū hauserūt. Folia trita & cum oleo illita, ambustis igne medentur. Decocta in aqua cœlesti cum uitis & nigræ fici folijs capillos tingunt. Succus foliorum cyathi mensura potus, phalangiorum moribus auxiliatur. Corticis & foliorum decocto colluuntur utiliter in dolore dentes. Colligitur per messem succus, circūfossa & secta radice arboris: inuenitur enim postridie concretus, qui in dolore dentium utilis est. Tubercula discutit, & aluū purgat.

EX GALENO.

Mori fructus maturus uentrē quidē subducit: immaturus arfactus medicamentum fit satis cōstringens, adeò ut ad dysenterias & celiacos affectus, aliosq; omnes qui ex fluxionum sunt genere efficax sit. Contunditur autem & obsonijs miscetur, ueluti Rhois fructus: aut si cui ita uideatur, ex aqua aut uino bibitur. Porro quod maturorum succus ad stomatica medicamenta sit utilis, propter eam uidelicet quæ inest illi adstrictionem, neminem latet. Præterea ad alia complura particularia, quæ mediocrem poscunt adstrictionē, competit. At immatura præter acerbitatē aciditate etiam participant. Tota quoq; arbor in omnibus suis partibus mistam aliquam obtinere facultatem ex cōstringente & purgante compositam uidetur. Attamen in radicis cortice purgatoria cum quadam amaritudine exuperat, adeò ut & latum

Culmbricum interficiat. In alijs autem partibus constringens uincit. In folijs tamen & germinibus media quodammodo cōprimētis & subducentis facultas est. Cæterum Mora ubi in uentriculum purum, & prima fuerint ingesta, citissimè per intestina transeunt, & alijs cibis suo ueluti ductu uiam struunt. Verum secundo loco assumpta, aut prauum in uentre humorē inuenientia, celerrimè alijs unà cum cibis corrumpunt, extraneā quandam atq; inexplicabilem corruptelam inducentia similiter Cucurbitis. Tamen si enim fugacibus hæc omnia sint esculentis innocentiora, corruptione tamen nisi uelociter deorsum concedant, non secus ac Pepones, uitiantur. Porro quando uentriculi os squalidum calidumq; erit, tum sicut peponibus, ita & Moris utendum. Tale nanq; iecur etiam tunc esse necesse est. Immatura Mora ab arbore decerpta, siccataq; in hyemem reponunt, ut sibi medicamē ex ijs parent; utile ad dysenteriam, aluiq; diuturnum fluorem persanandū. Quod quidem facile descendat fortè eis usuuenit sola substantiæ humiditate & lubricitate, fortè etiam admistione acrioris facultatis, quæ stimulandæ ad excretionem aluo sit satis. Nam adstringens qualitas adeò nihil ad deiectionem opitulatur, ut etiam reprimere stipareq; sit nata. Proinde Moris exiguum quandam eius facultatis portiunculam inesse cōhicio, cuius permagna in purgantibus medicamentis habetur: quæ facit non solum ut facile deiciantur, uerumetiā ut diutius morata in uentre corrumpantur. Quod si corruptionem effugiant, omnino quidem humectant, sed non planè refrigerant, nisi frigida accipiantur. Parcissimè corpus alunt, similiter ut Pepones, haud tamen uomitum cient, nec stomacho ut illi aduersantur.

DE MYRRHIDE CAP. CXCVIII.

D

NOMINA.

Cicutaria.

Error de duplici
Cicutaria.

ΥΠΡΙΣ ἡ μύρρη Græcis, Myrrhis Latinis, uulgaribus herbarijs Cicutaria, quod scilicet caule & folijs Cicutæ simillima sit. Hac similitudine quidam decepti, ueram esse Cicutam putauerunt, cum tamen ab ea, uiribus potissimū, diuersissima sit. Germanis Wilderzoffel appellatur.

FORMA.

Cicutæ caule & folijs similis est, radicem obtinet longam, teneram, rotundam, odoratam, in cibo non insuauem. Hæc tota Dioscoridis deliniatio, nulla prorsus reclamante nota, herbæ cuius effigiem damus pictam suffragatur. Siquidem caule striato, folijs & flore Cicutæ simillima est, adeò ut eam nonnulli à Cicutâ discernere nesciant. Radicem etiam habet longam, teneram, rotundam, cibo iucundam & odoratam.

LOCVS.

Pasim in hortis & pratis nonnullis prouenit.

TEMPVS.

Maior mense loca in quibus nascitur huius floribus quasi candicant.

TEMPERAMENTVM.

Ex secundo est ordine exalfacientium, adiuncta partium tenuitate.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Phalangiorū morsibus radix Myrrhidis succurrit cum uino pota. Menses purgat & secundas educit. Cocta in sorbitione tabidis utiliter datur. Ferunt præterea aliqui eam bis tertia die potam ex uino in pestilentialibus constitutionibus, à morbo seruare incolumes.

EX GALENO.

Radix eius menses mouet, quæq; in thorace & pulmone sunt expurgat.

EX PLINIO.

Cit menstrua & partus cum uino. Aiunt quoque eandem potam in pestilentia salutare.



MYRRHIS

Wildfennel.

C salutarem esse. Subuenit & phthisicis in sorbitione. Auiditatem cibi facit. Phalangiorum morsus restringit. Vlcera quoque in facie aut capite succus eius in aqua triduo macerata sanat.

DE MELIOTO CAP. CXCIX.

NOMINA.

Sertula cur
dicta.
Corona regia.



ΕΛΙΑΝΤΟΣ Græcis, Melilotus, Sertula campana, & Corona regia Latinis dicitur. Meliloti nomen officinæ retinuerunt. Sertulam uero dixerunt, quod flos eius coronamenti dicatus sit, & quia ex ea antiquitus coronæ & sarta factitata sint, Coronam autem regiam, quoniam luteis floribus supernè coronetur.

GENERA.

Vulgaris Melilotus. Tria Meliloti hodie faciunt genera. Primum uulgarè, statim à radice fruticosam, cubitalem, folio scenigræci minuto ac lentè fimbriato, flosculo luteo, odoris suauis, tereti per ramos diffuso semine. Hoc quanquam tertio generi, quod nos uerum esse putamus, folijs & floribus simile sit, tamen cum nullam gustu præ se ferat adstrictionē, quam summè requirunt Dioscorides, Galenus & alij ueteres medici, & præter amaritudinē haud exiguam acrimoniā habeat, sit ut inter Melilotos, meo quidem iudicio, rectè cōnumerari non possit. Hinc est quod nos infra, hanc alio nomine dignati sumus, Saxifragamque luteam appellauerimus. Alterum aspectu ca-
no, Croci flore, folijs Trifolij, minutissimis, ut paulò post fusius dicemus. Hoc sanè genus nos Melilotum germanicā uocauimus, quod illa, & non prior, in Germania nostra pro uera Meliloto sit usurpanda, ob adstrictionem illam manifestam quam gustu præfert. Accedunt folia quæ pingua sunt, & flores Croci colorē referentes,
D quos Dioscorides requirit. Sententiā nostram confirmat antiquus manuscriptus herbarius, qui hanc pro Meliloto pingit. Neque obstat quod hæc herba non admodum odorata sit: fatemur enim non esse laudatissimam Melilotum, sed eam quam Germania nostra profert. Nam quum Plinio lib. xxi, cap. xi, teste, Melilotus ubique nascatur, suam quæuis habeat ferè regio necesse est. Nihil igitur mirum si huic herbæ non adsint singulæ notæ, quas illi ueteres Græci & Latini attribuunt. Satis autem est ei mistam quandam, nempe adstringentē & digerentem inesse facultatem, haud secus quàm optimæ. Germani hanc herbā nominant Unser frauen schüch-
Italica Melilotus lin, uel wilden flec. Tertium genus nos optimam & legitimam esse arbitramur Melilotū, quam nos maioris discriminis causa Italicam nuncupauimus, quod mos sit patrius Germaniæ nostræ, omnia ferè peregrina uocare Italica. Germanicè itaque haud ineptè welscher Steinfleec nominabitur.

FORMA.

Melilotus Germanica. Vulgaris Meliloti descriptionē inuenies suo loco. Germanica, herba est humilis, palmi altitudine, folio pratensis Trifolij, pingui & cano, flore pisi, minore tamē,
Italica. luteo, semine in siliquis, radice rufa. Italica, quam è Campania allatam in Germaniam arbitror, caulem habet subrufum, rotundū, folium scenigræci, in ambitu serratum, flore luteo, odorato, semine in siliqua lunata, ut pictura luculenter ostendit. Tota etiam herba odorata est, ut hinc etiam conijcere liceat ueram esse Melilotum.

LOCVS.

Germanica passim in pratis Germaniæ, montosis potissimum, nascitur. Italica in Germania, nisi fata fuerit, non prouenit. In Campania uerò circa Nolam, Dioscoride teste, copiose nascitur.

TEMPVS.

Floret ferè per integram æstatem utrunque genus. Siliquas tamen in fine Iulij & Augusto mense proferunt.

TEMPE-



MELILOTVS
GERMANICA,

Unser frauen schüchlin.



MELILOTUS
ITALICA.

Welscher Steinklee.

TEMPERAMENTVM.

A Mixtæ est facultatis: habet enim quiddam adstringens, sed & discutit & maturat: copiosior enim in ea est substantia calida quam frigida.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Melilotus adstringendi facultatē obtinet. Mollit omnes inflammationes, præcipue autem oculorū, uteri, sedis & testium in passo decocta & illita. Aliquando autē addito oui luteo assato, aut fœnigræci farina, aut lini semine, aut polline molario, aut capitulis Papaueris, aut Intybo. Recentes meliceridas per se cum aqua, & achoras cum creta Chia & uino aut galla illita sanat. Stomachi dolorē cum uino cocta, & cruda cum antedictis leuat. Aurium etiam dolores crudæ expressus succus, & cum passo instillatus sedat, Capitis dolorem lenit, cum aceto & rosaceo inspersa.

EX PLINIO.

Melilotos oculis medetur cum lacte, cut cum lini semine. Maxillarū quoque dolores lenit, & capitis cum rosaceo: item aurium ē passo, quæque in manibus intumescunt uel erumpunt. Stomachi dolores in uino decocta, uel cruda tritaque. Idem effectus est ad uulvas. Testes uerō & sedem prociduum, quæque ibi sunt uitia, recens ex aqua decocta, uel ex passo. Adiecto rosaceo illinuntur ad carcinomata. Deferuescit in uino dulci, Peculiariter & contra meliceridas efficax.

DE MANDRAGORA CAP. CC.

NOMINA.

B **M**ΑΝΔΡΑΓΟΡΑΞ, ἡ κηληρία Græcis, ἀνθρωπομορφος Pythagoræ, Latinis canina aut terrestris mālus, officinis Mandragora, Germanis Alraun dicitur. Qui Circæam uocarunt, nomen illi à Circe fecerunt, quoniam creditur radix eius ad amatoria conducere. Pythagoras haud dubiè ab humana forma, quam radix eius referre uidetur, Anthropomorphon appellauit. Hinc sumpta occasione, agyrtæ & impostores illi circūforanei radices humana effigie insignitas circumferunt, quas Mandragoras esse testantur, cum tamen constet eas esse fictitias, & manu factas ex cannarum radicibus humana specie sculptis, posita plantatis. Nascuntur autem subinde radiculæ paruæ, quæ repræsentant capillos, barbam, pectinis pilos, & ex terra eum acquirunt colorem, ut radices esse appareant. Sunt & alia multa quæ nebulones illi fabulantur ut pecuniam ab imperitis extorqueant, quæ commemorare in præsentia nihil attinet. Terrestris mālum Romanam dixerunt, quod mālā proferat, nec in altum ut reliquæ arbores surgat.

GENERA.


Duo Dioscoridi & Plinio Mandragoræ sunt genera. Mas candida est, μάσας Mas. Græci uocant. Huius hic effigiē, citra tamen poma, quæ habere non potuimus, damus. Fœmina nigra, Græcis θειδανίας à similitudine foliorum appellata. Theophrastus tamen lib. vi. de historia plantarū, cap. ij. tertium quoddam genus Mandragoræ constituere uidetur, cuius fructus sit μέλας, καὶ παχύδενος, καὶ ἀνωδύνης τῷ χυμῷ, hoc est, niger, acinosus, & sapore uinosus. Et nisi hoc genus à priorib. diuersum esse statuas, discrepare inter se non leuiter Theophrastū & Dioscoridē necesse est fatearis. Nam Dioscorides palam asserit poma priorum duorū generum uitellis ouorū esse similia, & pallida: contrā Theophrastus nigra, acinosa, ut diximus, & sapore uinosa esse tradit. Accedit quod idem Theophrastus eodē loco Mandragoræ caulem tribuat, perinde atque Plinius, quem Dioscorides penitus aufert: ut hoc nomine necesse sit hæc omnia ad tertium hoc genus Mandragoræ referre, quod nos tamen infra in ter Solani genera recensēbimus, ubi etiam eius picturam offendes.

FORMA.

Fœmina angustiorib. & minoribus quam Lactuca folijs est, grauiter odoratis & Fœmina.


y uirosis,

530



MANDRAGORA
MAS.

Mraun menne.



A uirosis, per terram sparsis, iuxtaq; folia pomis uitellis oui similibus, pallidis, odoratis, in quibus semen quale pyri, radicibus magnis, binis ternisue, sibi inuicem impli-
citis, in superficie nigris, intus candidis & crassi corticis. Caulem uerò non fert.
Maris folia sunt magna, candida, lata, læuia ut Betæ. Mâla duplo maiora quàm fœ-
minæ, croci colore, cum aliqua grauitate odorata, quæ comedentes pastores qua-
dantenus soporantur. Radix supradictæ similis, maior tamen candidiorq;. Orba-
ta & hæc est caule.

LOCVS.

Prouenit in syluis & umbrosis locis. Nunc in hortis etiam plantatur.

TEMPERAMENTVM.

Mandragora uincentem habet facultatem refrigeratorem, adeò ut tertij sit or-
dinis refrigerantium. Veruntamen nonnihil etiam caloris inest, & in pomis humi-
ditatis. Radicis cortex non tantum refrigerat, sed & deficcatur.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Succus colligitur è cortice recentis radicis tuso & prælis subiecto, quem insola-
tum cum iam cõcreuerit, in fictili uase reponere oportet. Colligitur itidem è pomis
succus, ignauior tamen. Delibratur radicis cortex, & traiectus lino ad usum suspen-
ditur. Quidam Mandragoræ radices in uino ad tertias decoquunt, & traiectũ per
colum ius seruant, utentes cyathi unius mensura in peruigilijs, & doloribus, & in
his quos sine doloris sensu secare aut urere uoluerint. Potus obolorum duorũ pon-
dere cum' mulsa aqua Mandragoræ liquor, pituitam, nigramq; bilem ueratri mo-
do purgat. Verum maiore copia potus uitam adimit. Miscet medicamentis ocula-
ribus, & ijs quæ dolores finiunt, pelsis quoq; emollientibus. Per se semioboli pon-
dere appositus, menses & fœtus trahit. Sed pro balano subditus somnũ facit. Ra-
dix ebur emollire fertur, si senis horis cum eo decocta sit, & in quam uoluerit aliquis
formam fingi & formari faciem reddere. Folia recentia, oculorũ & quas ulcera exci-
tarunt inflammationibus cum polenta illita profunt. Discutiunt eadem omnẽ duri-
tiem, abscessus, strumas, tuberculaq; quinq; aut sex diebus leniter cõfricata. Stigma-
ta sine ulceratione delent. Folia condita sale seruantur in eodẽ usus. Radix autẽ
trita ex aceto ignibus sacris, & serpentium ictibus ex melle aut oleo medetur. Stru-
mas atque tubercula ex aqua dissicit. Articulorũ dolores cum polenta sedat. Con-
ficitur citra coctionẽ uinũ è cortice radicis. Ternæ minæ in uini dulcis metretâ con-
ijciuntur. Dantur ex eo terni cyathi, ijs qui secari, aut uri debent, ut antẽ dictum est.
Siquidẽ nullo tunc afficiuntur dolore, eò quod somno quodam pressi torpescant.
Mâla olfactu, & comesta soporem afferunt. Potest idem & eorũ succus. Nimiũ ta-
men eorundem usus obmutescere facit. Semen mâlorum potum uterum purgat,
appositumq; cum sulphure ignem non experto rubra fœminarum profluvia sistit.
Colligitur ex radice liquor, ea scarificata multifariam, & eo quod erumpit, in ca-
uum uas recepto. Est autem liquor succo efficacior. Sed non ferunt omnibus locis
liquorem radices, idq; experientia ostendit.

EX GALENO.

Soporem conciliandi uim habent Mandragoræ poma, Radicis cortex ualentis-
simus est, reliquum quod intus est imbecillum existit.

EX PLINIO.

Succus fit & è mâlis & è caule, deciso cacumine, & radice punctis aperta aut de-
cocta, utilis hæc uel surculo. Concisa quoque in orbiculos seruatur in uino. Succus
non ubiq; inuenitur, sed ubi potest, circa uindemias quæritur. Odor grauis eius,
sed radicis & mâli grauior. Mâla matura in sole siccantur. Succus ex ijs sole densa-
tur: item radicis tusa, uel in uino nigro ad tertias decoctæ. Folia seruantur in murijs
efficacius, aliàs recentium succus pestis est: sic quoque uires noxiæ. Grauedinem

C afferunt etiam olfactu, quanquā mala in alijs terris mandantur, nimio tamē odore obmutescunt ignari. Potu quidem largiore etiam moriuntur. Vis somnifica pro uiribus bibentium. Media potio cyathi unius. Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones punctionesq; ne sentiantur. Ob hæc satis est aliquibus somnū odore quassisse. Bibitur & pro Elleboro duobus obolis in mulso. Ad strumas radix Mandragoræ ex aqua bibi. Articulis prosunt folia cum polenta, uel radix recens tusa cum cucumere syluestri, uel decocta in aqua. Cum cerato apostemata & ulcera tetra, folia Mandragoræ recentia sanant, Radix uulnera cum melle aut oleo.

DE MALIS INSANIS CAP. CCI

NOMINA.



VAE māla insana hodie appellantur, & à Neapolitanis Melanzana, ab alijs amoris poma, à Germanis uerò Melanzan/num ueteribus cognita fuerint asseuerare non ausim. Non latet tamen Hermolaum in Collario suo in ea esse sententia, ut putet esse tertiā Mandragoræ speciem, quam Morion uocant. Quam tamen sententiam cur non probem, facit in primis Theophrastus, qui lib. vi. de historia stirpium cap. ij. eius fructum esse nigrum, acinosumq; scribit, qualia mala insana non sunt. Dein quod Morij fructus letalis sit, mala uerò insana minimè, ut paulò post dicemus. Mala autem insana dicta sunt, nō quod letalia sint, sed quod difficulter concoquantur. Amoris autem poma, quod propter elegantiam & pulchritudinem digna sint quæ amentur.

Mala insana non sunt tertia Man- dragore species.

Mala insana cur dicta.

Amoris poma quare uocata.

GENERA.

Duo sunt malorum insanorum genera. Aliqua enim purpurea ferè tota, aliqua uerò lutea, aut candorem aliquem præ se ferentia. Primi generis poma germanicè braun Melanzan/alterius autem, geel Melanzan uocantur.

FORMA.

Mala insana in frutice nascuntur, qui Personatiam propèmodum caulè & folijs refert. Differunt autem huius folia à Personatiæ, quod longiora, magisque laciniata sint. Flores habet purpureos, speciosos, sex folijs è calathò stellatim radiatis, fructus oblongi mali forma & magnitudine, in quibus semen siliquaestro non dissimile. Radicem multis capillatam fibris luteamq;.

LOCVS.

In hortis apud nos feruntur, sed frequenter in fictilibus & pensilibus fenestrarū hortis. Et eodem cultu quo cucumeres & melones gaudent.

TEMPVS.


Floret Augusto & Septembre mensibus, ac subinde fructum profert.

TEMPERAMENTVM.

In his malis haud dubiè ut in cucumere esculento, aut fungo, frigida & humida temperies superat.

VIRÈS.

Nullum, quod sciam, in medicina usum habent. Eduntur autem à nonnullis ex oleo, sale & pipere fungorū modo cocta. Alij ubi paululum inferbuerunt igni, in orbiculos uel taleolas digerunt, & in acetarijs ex oleo, uel pipere & aceto comedunt. Salgamarij in muria acida seruant, cibo per hyemem & uer ori grato, sed tamen qui ægrius concoquatur. Quid multa: delicatiorum & omnia degustare uolentium cibis est malum insanum. Quare qui sanitatis studio aliquo tenentur, ij statim nomine ipso territi, usum illorum euitabunt.



MALA INSANA.

McLantzan.

Y 3

C

NOMINA.

Nenuphar.

Nymphæa cur
dicta.

ΥΜΘΑΙΑ Græcis, Nymphæa Latinis, officinis Nenuphar bara uoce nominatur. Germanis Seeblüm / Wassermâhen. Nymphæa autem nomen sibi uendicasse uidetur, quod aquosa amet loca: uel, ut ex ueteribus aliqui fabulati sunt, à Nympha, quæ zelotypia Herculis intabuit & mortua est, inq̃ palustrem hanc plantam mutata.

GENERA.

Candida. Duo eius genera. Vna enim à flore candido, Lilij simili, candida appellatur. *Lutea.* Germanicè weiß Seeblüm. Altera itidem à floribus, qui lutei sunt, lutea nominatur. Germanicè geel Seeblüm. Possent etiam radicibus discerni, cum prior nigra, altera uerò candida cōstet, adeò ut hoc nomine prima candida, altera autem nigra diceretur. Multò uerò consultius est à floribus, quàm radice discrimen sumere, quòd illi nunquam non oculis expositi sint, radices autem non nisi effossæ in-
tueri possint.

FORMA.

Prima, folia Cīborio similia habet, minora tamen & longiora, quadantenus super aquam eminentia, aliqua tamen etiam sub aquis, plura ab una radice prodeuntia. Flos candidus, Lilio similis, in medio quod croceum sit obtinens. Hic cum defloruerit rotundus, & m̃lo circumferentia, aut Papaueris capiti similis, colore niger fit. In quo sanè semen clauditur nigrum, latum, densum, gustu glutinosum. Caulis illi læuis, minimè crassus, niger, Ægyptiæ fabæ similis. Radix nigra, aspera, clauæ persimilis. Hæ singulæ notæ alteri Nenuphari uocato quadrant. Folio enim conspicitur orbiculato, læui, herbaceo, amplo, in stagnantibus aquis supernatante; flore candido, Lilio simili, in medio croceum habente, & cum defloruerit capite Papaueris, in quo semen latum, amarum, pingue. Caulis gracilis est & læuis, Radix nigra & ampla, dulcis, nodosa, clauæ formam repræsentans. Altera folia antedictæ similia habet, sed radicem albam & asperam: florem luteum, splendentem, rosæ similem. Quæ itidem notæ in uniuersum omnes alteri Nenuphari, quæ luteis est floribus, respondent.

LOCVS.

Nascitur in paludibus & aquis stagnantibus.

TEMPVS.

Flores in fine Maij & Iunio mense colliguntur. Radices autem in autumnio efodiuntur.

TEMPERAMENTVM.


Nymphæa tum radix, tum semen refrigerandi & citra morsum desiccandi uim obtinet.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix prioris sicca cum uino pota, cœliacis & dysentericis prodest. Lienem absumit. Stomachi uesciæq̃ doloribus illinitur. Alphos ex aqua exterit. Alopecias cum pice imposita sanat. Eadem contra Veneris infomnia bibitur, siquidē ea compefcit. Paucis diebus, si quis continuò bibat, genitale infirmat. Idem semen potum efficit. Alterius quæ lutea dicitur, radix & semen contra muliebria profluuiâ ex uino nigro bibuntur.

EX GALENO.


Nymphæa radix & semē, uentris profluuiâ cohibent, semenq̃ genitale siue per somnia, siue alio pacto immodicè profluens retinēt. Iuuât dysentericos. Ceterū Nymphæa quæ candidâ radicē habet, potentioris est facultatis, ut & muliebri profluuiio medea.



NYMPHAEA
CANDIDA.

Weiß Seebämen

536



NYMPHAEA
LUTEA.

Geel Seeblijmen.

A medeatur. Verum & hæc, & ea quoque quæ atram habet radicem, ex uino nigro austero bibitur. Porrò nonnullam etiam abstergendi uim obtinent, ita ut alphas & alopecias sanent. Ad alphas uerò macerantur aqua, ad alopecias pice liquida. Sed ad hæc aptior est ea cuius radix nigra est, sicut ad alia, cuius alba.

EX THEOPHRASTO.

Nymphæa trita plagæ impolita sanguinem sistere traditur. Vtilis & ad difficultates intestinorum pota.

EX PLINIO.

Venerem in totum adimit Nymphæa, semel in quadraginta dies pota. Insomnia quoque Veneris à ieiuno pota, & in cibo sumpta. Illita quoque radix genitalibus, inhibet nō solum Venerem, sed effluentiam genituræ: ob id corpus alere, uocemq; dicitur. Semen cum uino potum dysentericis auxilio est. Tenesmo radix eiusdem ex uino bibitur. In uino quoque pota lienem consumit. Dolores uesicæ sedat ex uino. Manantia sanat ulcera. Maculas omnes emendat. Trita plagis imponitur. Viceribus, priuatim ijs quæ calceamento facta sunt, prodest arida infricata.

DE NAPHY CAP. CCIII.

NOMINA.



A ΠΥ, ἡ σινωνι græcè, Sinapis & Sinapi latinè uocatur. Officinæ nomen retinuerunt. Perperâ tamen faciunt, quod altero genere pro Eruca, quam suo loco depinximus, utunt. Germanicè *zam oder Gartensenff* nominatur. Sinapis autem nomen è Græciâ uenit in Latium, censetq; dictum Athenæus lib. ix. Dypnosoph. Sinapi, ὅτι σινετοῦ τοῦ ὀπτιοῦ ἢ τῆ ὀδύνης, hoc est, quod olfa

Officinæ error.

Sinapis inde dicta.

Napy curuon calium.

B ctum luminibus officiat. Pleraq; Græciâ Napy nominat quasi Naphy, ut idem eodem in loco interpretatur, quoniam non sine natura sit, sed acri & proinde incommoda donetur. Alij Napy per priuationem uidelicet *νηπιον*, quasi immitè dici uolunt, quoniam acrimoniæ uehementis particeps sit.

GENERA.

Sinapis duo inueniuntur genera, folijs, floribus & semine distantia. Primum si quidem genus rapitiâ frondem exprimit, floremq; luteum obtinet, ac semen album profert. Nos à floribus luteis germanicè *geelen Gartensenff* nominauimus. Alterum in Eruca folium laciniatur, floreq; albicante, & semine uelco pulloq; constat. Nos genus hoc ab albicantibus floribus *weissen Gartensenff* appellauimus, ut esset huius aliqua ab Eruca nomenclatura diuersitas, quam Germani simpliciter *weissen Senff* uocant.

FORMA.

Primum caulem habet hirsutum, longum, ramosum, folia rapi, minora tamē & asperiora, flores luteos, siliquis rotundas ac hirsutas, plenas semine candicante. Alterum genus itidem hirsuto caule præditum est, minore tamen, folijs Eruca, maioribus tamen ac latioribus, laciniatis, floribus albicantibus, crucisq; effigiem referentibus, siliquis teretibus & oblongis, semine pullo rufescentēue referentis.

LOCVS.

Vtruncq; in hortis satum prouenit. Et quamuis nullo cultu pleruncq; germinet, terram tamen aratam & congestitiam magis amat.

TEMPVS.


Floret utrunq; Iunio ac Iulio mensibus, eodemq; tempore semen in siliquis suis profert.

TEMPERAMENTVM.

Sinapi calefacit & desiccatur quarto ordine.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Calfaciendi, extenuandi & extrahendi uim habet. Cōmanducatū capitis pituitā elicit.



SINAPI PRI
MVM GENVS.

Geeler gartensenff.



SINAPIS ALTE
RVM GENVS.

Weiß Gartenschiff.

Cit. Succus eius hydromeliti mixtus contra tonsillarum præduros tumores, ac ueterem callosamq; arteriæ scabritiæ conuenienter gargarizatur. Tritum naribus admotum, sternutamenta ciet. Comitilibus quoq; auxiliatur. Fœminas uulvæ strangulatu oppressas excitat. Lethargicis, deraſo capite, illinitur. Ficiſ ammiſtum & impositum donec rubefcat locus, ad coxendicum cruciatus, lienes, & omnis generis diuturnos dolores confert, cum permutandæ paſſionis cauſa ex alto in cutis ſuperficiem aliquid trahere uoluerimus. Alopecijſ illitum medetur. Faciem purgat. Sugillata cum melle, aut adipe, aut cerato delet. Ex aceto contra lepras, & feras impetigines perungitur. Aridum contra febrium circuitus bibitur, aut potui polentæ modo inſperſum. Extrahentibus emplaſtris, ſcabiemq; extenuantibus utiliter ammiſcetur. Grauitati aurium & ſonitui, tritum cum fico impositum prodeſt. Succus ad hebetudines oculorum & palpebrarum ſcabritiem illinitur, Exprimitur autem ex uiridi adhuc ſemine ſuccus, & in ſole ſiccatur.

EX PLINIO.

Sinapi Pythagoras principatum habere ex his, quorum ſublime uis feratur, iudicauit: quoniam non aliud magis in nares & cerebrum penetret. Ad ſerpentiũ iſtus & ſcorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum uenena diſcutit. Contra pituitam tenetur in ore donec liqueſcat, aut gargarizatur cum aqua mulſa. Ad dentium dolorem manditur. Ad uuam gargarizatur cum aceto & melle. Stomacho utiliſſimũ contra omnia uitia, pulmonibusq;. Excreationes faciles facit in cibo ſumptum. Datur & ſuſpirioſis. Item comitalibus tepidum cum ſucco cucumerũ. Senſus atque ſternutamenta capitis purgat, aluum mollit, menſtrua & urinam ciet. Et hydropicis imponitur. Cum fico & cumino tuſum ternis partibus comitali morbo. Et uuluarum conuerſionẽ ſuſſitum excitat odore aceto mixto. Item lethargicos: & ſi uehementior ſomnus lethargicos premat, cruribus aut etiã capiti illinitur cum fico & aceto. Veteres dolores thoracis, lumborum, coxendicũ, humerorum, & in quacunque parte corporis ex alto uitia extrahenda ſunt, illitum cauſtica ui emendat puſtulas faciendo. At in magna duritiã ſine fico impositum; uel ſi uehementior urigo timeatur, per duplices pannos. Utuntur ad alopecias cum rubrica, pſoras, lepras, phthiriaſes, tetanicos, opithotonicos. Inungunt quoq; ſcabras genas aut caligantes oculos cũ melle. Succusq; tribus modis exprimitur in ſicili, caleſcitq; in eo in ſole modicẽ. Exit & è cauliculo ſuccus lacteus, qui ita cum induruit, dentiũ dolori medetur. Semen ac radix cum immaduere muſto, conteruntur, manuſq; plenæ menſura ſorbentur ad firmandas fauces, ſtomachum, oculos, caput, ſenſusq; omnes. Mulierũ etiã laſſitudines, ſaluberrimo medicina genere. Calculos quoque diſcutit, potum ex aceto. Illinitur & liuoribus ſugillatiſq; cum melle & adipe anſerino, aut cera Cypria. Fit & oleum ex ſemine madefacto in oleo expreſſoq;, quo utuntur ad neruorum rigores, lumborumq; & coxendicum perfrictiones.

EX SYMEONE SETHI.

Sinapi uim habet diſſoluendi & diſcutiendi humiditates quæ in capite & ſtomacho ſunt. Confert etiã lienis affectib; à humiditate & flatu procreatis. Item quartanis morbis, qui ex aduſta pituita contracti ſunt: ad hæc & podagris à pituita factis. Officit uerò uiſui, & calido capiti, ac iecori. Adiuuat concoctionẽ & diſtributionẽ ciborum craſſarũ partium. Minuit quæ in uentriculo ſunt humiditates. Illitum lepris, eas in melius mutat. Linguas etiã humiditate grauatas ſiccatur. Si cum melle ſumatur, tuſſes reſoluit. Cum caricis uerò iſchiadicis illitum, & lienofiſ utile eſt; trahit enim quæ intus ſunt ad corporis ſuperficiem. Suſſitum uerò & incenſum, ſerpentes fugat,



C

NOMINA.

Oleander.
Rhododaphne
cur dicta.



Rhododendros
quare.

HPION, ἢ ῥοδοδένδρον, ἢ ῥοδιδένδρον Græcis, Nerion & Rhododendron Latinis, officinis & barbaris Oleander, Germanis Olander dicitur. Rhododaphnen autem Græci dixerunt à rosæ floribus & lauri folijs, quæ fruticis huius præcipuæ sunt notæ. Nec refert quod Dioscorides amygdalæ folijs eius folia cōparauerit, lauro enim & amygdalæ nō dissimilis magnopere foliorū figura est. Fecit idem rosæ flos & arbor, ut eadē gens Rhododendrū nominauerit.

FORMA.

Notus frutex, amygdalæ longiora & crassiora folia habens, florem rosarum figura, fructum amygdalæ similem, ueluti cornu, qui dehiscens lanæa natura plenus est, pappis acanthinis simili. Radix illi est acuminata, longa, lignosa, gustanti salsa,

LOCVS.

Nascitur in hortis, maritimis, & secundum amnes locis.

TEMPVS.

Quo mense floribus & fructu prægnans sit Nerion, non satis constat: neque enim uel flores uel fructus eius nobis uidere licuit. Hinc est quod etiam pictura quam exhibemus ipsam careat.

TEMPERAMENTVM.

Neriū Arabes calefacere in principio tertij ordinis, & in secundo siccare tradunt.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Flores & folia canes, asinos, mulos & quadrupedes plurimos enecant: hominū uerò cum uino pota contra uenenatorū morsus præsidia salutaria sunt, præsertim si rutæ cōmiscueris. Infirmiora uerò animantia, ut oues, caprasq̃, si aquam biberint in qua folia eius maduerint, moriuntur.

D

EX GALENO.

Nerium aut Rhododaphne notus omnibus est frutex. Foris quidem illitus discutiendi uim obtinet. Intrò autem in corpus assumptus, perniciosus ac uenenosus non tantum hominibus, uerumetiam plerisq̃ pecudibus.

EX PLINIO.

Rhododendros ne nomen quidem apud nos inuenit latinum: Rhododaphnen uocant, aut Nerium. Mirum, folia eius quadrupedum uenenum esse, hominī uerò contra serpentes præsidium, ruta addita, & è uino pota. Pecus etiam & capræ si aquam biberint in qua folia ea maduerint, mori dicuntur.

DE OXYACANTHA CAP. CCV.

NOMINA.

Berberis.

Oxyacantha un
de dicta.




ΞΥΑΚΑΝΘΑ Græcis, Oxyacantha Latinis, officinis Berberis, Germanis Paisselbeer / Saurich / Erbsel / Versich uocatur. Haeddubiè Græci à spinarum acuminatis cuspidibus Oxyacanthan dixerunt.

FORMA.

Syluestri pyro similis arbor est, sed minor & nimis spinosa. Fructum fert Myrto similem, plenum confectūmue, rubentem, fractu facilem, intus nucleos habentem. Radicem multifidam & altam. Huius deliniationis notæ, nulla prorsus reclamante, arbori quam uulgò Berberim barbara uoce nominant, adamsim respondent. Nanque arbuscula est pyri syluestris aspectu, sed humilior, ramis ex interuallo spinosis, folio lentè per ambitum aculeato, acinis rubentibus, in pediculo iuxta & racemo pendulis, gustu acido & subaufero, duobus intus granis, radice numerosa,

LOCVS.



OXYACANTHA

Vernich.

Z 2

C

LOCVS.

Multis nascitur locis, syluis nempe, frutetis, campestribus, montanis, siccis & aquosis.

TEMPVS.

Germinat ineunte uere, ab occasu autem Vergiliarū fructifera. Per Septembrē itaque ac Octobrem menses carpitur, campos syluasq; exornans.

TEMPERAMENTVM.

Oxyacantha adstringit & desiccatur, atque adeo quorundam sententia frigida & sicca in secundo est ordine. Fructus tamen tenuium est partium, & paululum quiddam incisuum habet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Huius fructus potus & comestus, alui profluuium, & muliebrem fluxum sistit. Radix trita & illita aculeos & spicula extrahit. Abortum facere tradunt, si sensim uenter ter radice feriat aut perungatur.

EX GALENO.

Oxyacanthus arbor ut pyro syluestri similem habet speciem, ita & facultates minime dissimiles. Quin & ipsi fructus, Pyri quidem syluestris prorsum atq; absolute austerus est, Oxyacanthus autem tenuium partium est, & modicē incidit. Porro arboris huius fructus, pyri syluestris similis non est, sed Myrti potius fructui, rubens scilicet & rarus. Habet uerō & nucleos. Ceterum non tantum elus, sed & bibitus omnes fluxionum affectus cohibet atque sistit.

† & sp̄s uidetur
legendum, ut est
apud Dioscor.

EX RECENTIORIBVS.

E baccis uinum exprimitur eodem ferē usu, quo uinum ex m̄lo punico. Condiuntur item acini uel melle uel saccharo ad restringendā sitim, depellendamq; febricitantium malaciam, quorū morosum nimis palatum cibum ferre quemcunq; respuit, Elanguescens appetentiā grato huius acore recreatur.

DE OSYRIDE CAP. CCVI.

NOMINA.



Linaria quare
dicta.

ΣΥΡΙΣ Græcis, Osyris Latinis, officinis Linaria, nonnullis herba urinalis appellatur. Germanicē *Glachstraunt* / *Lyntraunt* / *Harntraunt* / *Unser frawen flachß* / *Wildflachß* / *Krotensflachß* / *Labeltraunt*. Linariam autem dixerunt recentiores à folijs quæ Lini faciē referre uident.

FORMA.

Virgultum sarmentū nigrum est Osyris, tenues uirgas lentasq; habens. In quibus foliola sunt terna & quaterna, modo quina, interim & sena, ceu Lini nigra initio, dein colore mutato subrubescentiā. Iam si rem diligenter expendas, nullam deliniationis notam Osyridi traditā, in Linaria dicta hodie deesse reperies. Siquidē hæc cauliculis fruticat nigricantibus, & qui ob suum lentorem haud faciliē franguntur, tenuibus, atris quoque folijs, Lini faciē. Concolori denique semine tantisper dum maturescit, postquam ematuruit rubescente. Senescentes quoque ramuli nigritiam in ruborem uertunt. His accedit antiqui & manuscripti herbarij testimonium, qui Linariam eam esse herbam tradit, quæ Dioscoridi Osyris dicitur, floremq; habere luteum inquit. Respondet etiam per omnia pictura.

LOCVS.

Pasim in campestribus prouenit.

TEMPVS.

Floret æstate tota & autumnō.

TEMPE



OSYRIS

Garnkraut.

C

TEMPERAMENTVM.

Linaria non est
frigida.

Olyridi amara inest qualitas, & obstructions aperiendi, adeoque ut calida sit necesse est. Amara namque, Galeno lib. iiii. cap. x. de simpl. medicament. facult. teste, qualitate prædita, omnia calida sunt. Sic etiam eodem autore lib. v. cap. xi. eiusdem tractationis, singula quæ poros & meatus expurgant, ab infarctibus liberant medicamenta, calida sunt & tenuiū partium. Vehementer itaque errant, qui Linariam frigidam & humidam esse asserunt. Et certè præter ea quæ iam dicta sunt, uel hoc uno argumento erroneam illorum sententiam confutare omnium maximè licebit. Cum etenim Linariæ urinam mouendi facultatem inesse scribant uulgares etiam herbari, colligitur illam non esse frigidam & humidam, quando Galeno libro iam citato cap. xii. attestante, omnia quæ urinam ducunt ex acrimia atque adeo calidorum & siccorum sint genere.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Huius decoctum potum morbo regio affectos iuuat.

EX GALENO.

non hæc enim
 non solum scopas,
 ut quidam arbi-
 tratur, uerume-
 tiam non *scopas*,
 Suida et Pharo-
 rino testibus, hoc
 est comptoria et
 uenustatis facie
 medicamentis quo-
 ei dixerit: et gra-
 rum sanè nune-
 ro Olyris est, que
 cit amara sit, ex-
 tergere etiã que
 sunt in corpore,
 facie potissimũ,
 maculas potest
 Hinc recte Plin-
 ius ex eius folijs
 mulieribus, ut po-
 te que plus alijs
 comere et uenu-
 stare faciem so-
 lent, flegmata
 fieri tradit.

Ofyridi, ex qua medicamenta ad exterendam leuigandamq; cutem, Græci *κρηματι* uocant, fieri solent, amara inest qualitas, & obstructions expediendi facultas. quare & in iccinore consistentes obstructions adiuuat.

EX AETIO.

Oxyris est herba subfruticosa, tenuibus uirgulis, fractioni renitentibus, folijs Lino similibus, nigris primo, postea subrubefcentibus, gustu amaris, unde regio morbo conferunt.

E X P L I N I O.

Smegmata mulieribus ex Oxyridis folijs faciunt. Radicum decoctū potum, sanat arquatos. Eadem priusquā maturefcit ſemen concifa, & ſole ſiccata, aluum fiſtunt. Poſt maturitatē uerò collectæ, & in ſorbitione decoctæ, rheumatifmis uentris medentur, & per ſe trita ex aqua cœleſti bibuntur.

DE OCIMO▷ CAP▷ CCVII▷


NOMINA.

Ozimum, quod Græcis, Ocimum Latinis, recentioribus Græcis βασιλικόν, id est, regium appellatur, quod nomen apud omnes nostræ ætatis herbarios & officinas usurpatur. Sunt tamen quibus Ocimum gariophyllatū nominetur. Germanicè Basiliën/uel Basilgram dicitur, Ocimum autem quibusdā à nascendi celeritate dictum est, siquidem à satū tertio statim die emicat. Quod uerius Ocymo uidetur conuenire, quod pabuli & farraginis quoddam genus est, sic nominatū ab ὠκὺς græca dictione, quæ citò significat. Proinde sunt qui significantius per ζ scribendū ducant Ozimum, ab ὀζω, quod redolere denotat, quoniam herba tota suauissimū spiret odorem. Ab eodem odore, quod basilica & regia domu dignum sit, Basilicum hodie nuncupatur.

GENERAL.

Sunt qui duo Ocimi cōminiscantur genera: unum latiora folia habens, quod priuatim Basilicum; alterum angustiora, quod Ocimum gariophyllatum appellant. Nos tria tibi exhibemus ex uno promiscuè semine nobis nata. Primū maioris discriminis ratione Ocimū exiguū, Germanicè *klein Basilien*/nominauimus. Alterum mediocre, Germanicè *mittel Basilien*. Tertiū magnum, Germanicè *groß Basilien* uocauimus. Neq̃ enim nisi folijs solis distare uident̃, quæ in primo genere exigua admodū sunt, in altero uerò paulò latiora, in tertio primi respectu latissima, Odor autem omnibus tribus unus idemq̃ est.

FORMA.



O C I M U M
EXIGVVM.

Klein Basilien.



OCIMUM
MEDIocre.

Witrel Basilien.

OCIMUM
MAGNUM,

Groß Basilien.



C

FORMA.

Ocimum pedali altitudine profilit, furculosum, ramulis rotundis, folio Mercu-
rialis, diluti uiroris. Floret particulatim, primò parte inferiore, demum superiore:
flosculo candido, semine pullo nigròue, cui cortex obducitur. Radix una descendit
in altitudinem, crassior & lignosa, cæteræ à lateribus funduntur exiles ac prolixæ.

LOCVS.

Pasim in figulinis uasis mulieres extra fenestras ædium fouent Ocimū. In hor-
tis etiam satum prouenit.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus floret, dein semen producit.

TEMPERAMENTVM.

Ocimum ex secundo est ordine calefacientium, cum excrementitia quadam hu-
miditate.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Copiose comestum oculorum aciem heberat, aluum emollit, flatus mouet, uri-
nam cit, lac euocat, ægrèq; in uentre mutatur. Illitum cum polentæ farina, rosaceo
& aceto, inflammationibus, mariniq; draconis & scorpionis ictibus auxilio est. Per
se autem cum uino Chio oculorū doloribus. Oculorum caligines succus eiusdem
abstergit, eorundemq; fluxiones exiccat. Semen potum quibus atra bilis gignitur,
difficultati urinæ, in flatibusq; conuenit. Olfactu per nares attractum, copiosa sternu-
tamenta mouet. Quod idem herba efficit. Porro instante sternutamento oculos
comprimere oportet. Sunt qui Ocimum cauent minimeq; comedunt, quandoqui-
dem manducatū, & in sole positum uermes gignat. Libyes autem adiecerunt, quod
si feriantur à scorpione qui Ocimum ederint, nullo dolore conflictari.

D

EX GALENO.

Ocimum excrementitiā humiditatem habet, proinde nec cōmodum est quod in
corpus sumatur. Cæterum foris illitum, ad digerendum & concoquendū utile est.
Pleriq; hoc etiam ut obsonio utuntur, ex oleo & garo offerentes. Vitiosioris autem
succus est. Admentuntur ob hoc quidam dicentes, si tritum sicili nouo indatur, ce-
lerrimè intra paucos dies scorpiones gignere, præsertim ubi quis quotidie ollam
soli expositam calfecerit. Sed hoc sanè à uero abest. Id porro uerè de eo dixeris, praui
succus, stomacho inimicum, & concoctu pertinax olus esse.

EX PLINIO.

Ocimum Chrysippus grauiter increpuit, inutile esse dicens stomacho, urinæ,
oculorum quoq; claritati. Præterea insaniam facere, & lethargos, & iccinoris uitia,
ideoq; capras id aspernari: hominibus quoq; fugiendum censet. Adijciunt quidam,
tritum si operiatur lapide, scorpionē gignere: cōmanducatum, & in sole positum,
uermes afferre. Alij uerò, si eo die feriatur quispiam à scorpione qui ediderit Oci-
mum, sanari non posse. Quinimò tradunt aliqui, manipulo Ocimi cum cancris de-
cem marinis uel fluuiatilibus trito, cōuenire ad eum scorpiones à proximo omnes.
Diodorus in empiricis, etiam pediculos facere Ocimi cibum. Secuta ætas alacriter
defendit, nam id esse capras, nec minus quàm mentham & rutam scorpionū terre-
strium ictibus, marinorumq; uenenis mederi cum uino, addito aceto exiguo. Vsu
quoq; cōpertum, deficientibus ex aceto odoratum salutare esse. Item lethargicis,
& inflammatis refrigerationi. Illitū capitis doloribus cum rosaceo, aut myrteo, aut
aceto. Item oculorum epiphoris impositum ex uino. Stomacho quoq; esse utile, in-
flationes & ructum ex aceto dissoluere sumptum. Aluum sistere impositum. Uri-
nam ciere. Sic & morbo regio & hydropicis prodesse. Choleras eo & destillationes
stomachi inhiberi. Ergo etiam coeliacis Philistio dedit, & coctum dysentericis & co-
licis Plistonius. Aliqui & in tenasmo, & sanguinē excreantibus, in uino. Contra du-
ritiam præcordiorū illinitur mammis. Extinguit quoq; lactis prouentum, Auribus
utilissi.

A utilisimū infantium, præcipuè cum adipe anserino. Semen tritum & haustum naribus, sternutamenta mouet, & destillationes capiti quoq; illitum. Vulusas purgat in cibo ex aceto. Verrucas mixto atramento sutorio tollit. Venerem stimulat.

EX SYMEONE SETHI.

Basilica ocima olfacta cor & caput iuuant. Si aqua irrigantur, humidiora fiunt, & somnum conciliant. Semen eorum cardiacis affectibus succurrit. Animi incero-rem ex atra bile ortam, in hilaritatem & lætitiā mutat.

APPENDIX.

Vides in referendis Ocimi facultatibus non parū inter se dissentire Dioscoridē, Galenū & Plinium, ita ut uix pugnantes illorum sententias conciliare possis. Quare cōsultum erit ut hic, quemadmodū in alijs etiam, Galeni amplectaris opinionē, qui quodammodo inter hos medius interiectus, cōmendat exteriorem eius usum in ijs quæ *συμπεφυκεὶ διαφύεσθαι*, id est, concoctionem & discursionē desiderant; damnat uerò internum, ob excrementitiū humorem quo grauat & lædit interanea. Et ad hunc etiam scopum respiciens, plerasq; alias Dioscoridis & Plinij contradictiones tollere poteris.

DE ORIGANO CAP. CCVIII.

NOMINA.



ORIGANOS Græcis, Origanus uel Origanum Latinis, officinis nomen suū retinuit, Germanis Wolgemüt/Dosten/Braundosten/ uel Bergmünz nominatur. Origanum uerò quod montibus gaudeat appella-

Origanum unde dictum.

Herodianus quod uisum exacuat nomen duxisse testatur, ab *ὄρεα* uidere, & *γυνώ* clarifico, quasi aciem oculorum illustrans. Theodorus grammaticus nomen ex aduerso datū putat, à *ρίγναι*, quod est algeo, fieri *ρίγανον*, quasi rigens, censet, & tandem ascita litera principe, o, in Origanum esse confectum, contrario tamen sensu, quod minimè refrigeret.

GENERA.

Origani genera seu rectius cognomina quatuor esse constat. Est enim Heracleo-
ticum, Onitis, Tragoriganū, & sylvestre. Primum ab Heraclea Ponti dictum, cæ-
tera à pecoribus cognomina desumpserunt. Onitis, quod ab asinis impeteretur,
acin cibo gratum esset. Tragoriganū, quasi hircinum Origanum, non alia forsitan
ratione quàm quod eius pabuli uoluptate animal hoc caperetur. Sylvestre, quod si-
ne cultura, & sua sponte proueniat, cognominatum fuit. Cæterum quum in tanta
cum nomenclationū tum historiæ ambiguitate uarietateq; tam Græcorum quàm
Latinorum nō facile sit quicquam in solidum de his statuere, satis sit unum genus,
sylvestre nimirum & uulgare, pro omnibus pictum exhibere, quòd, ut Paulus ait,
utcunque nominibus distinguantur, una tamen omnium sit facultas, adeoq; in re
admodum incerta, multum operæ aut laboris temerè insumere minimè necessa-
rium putauī.

Heracleoticum.

Onitis.

Tragoriganum.

Sylvestre.

FORMA.

Origanum uulgare fruticulus est, tam folijs quàm ramis Serpyllo syluestri simi-
lis, comante supra cacumen umbella, in qua flores haud secus quàm in Serpyllo in
albo purpurei, odore iucundo præditi emicāt. Ex qua sanè deliniatione satis liquet,
Origanum hoc uulgare, Tragoriganū, uel saltem eiusdem speciem quandam esse,
quod hoc ut Dioscorides refert, folijs & ramulis syluestri Serpyllo simile existat.

Vulgare.

LOCVS.

Montibus cliuosisq; locis gaudet Origanum nostrum, passimq; in his propter
sepes nascitur.

TEMPVS.



ORIGANVM SYLVESTRE
SEV VVLGARE,

Wolgemüt.

TEMPVS.

A Floret Iulio mense.

TEMPERAMENTVM.

Omnes Origanī species, Galeno & Paulo testibus, calefaciunt & exiccant in tertio ordine.

VIRE. EX DIOSCORIDE.


Heracleoticū exalfacit, unde decoctum eius cum uīno potum uēnenatorū mōribus prodest: cum passō autem ijs qui cicutam, aut meconiū: cum oxymelite ijs qui gypsum aut ephemerū hauserunt. Ruptis, conuulsis, hydropicis cum fico manditur. Aridū acetabuli mensura potum cum aqua mulsā, atros humores per aluum ducit, mensesq; ciet. Linctū ex melle tussibus medetur. Prurigines itidem, scabies, regiumq; morbū, decoctum eius cum in balnea descensum est, iuuat. Succus eiusdem adhuc uirentis, tonsillas, columellas, orisq; ulcera sanat. Per nares cum oleo iri no infusus trahit. Cum lacte aurium dolores mitigat. Conficitur ex eo & cepis, & rhu obsoniorū uomitorium medicamentū, omnibus ijs in gre Cyprio sub Canis ar denti aestu per quadraginta dies insolatis. Herba uerò substrata serpentes fugat. Onitis eadem quæ Heracleoticū Origanum præstat, non tamen eadem efficacia. Syluestre priuauim folijs & floribus cum uīno potis, uenenatorū moribus auxiliatur. Omnia autem Tragorigani genera calefaciunt, urinā mouent, bonam faciunt aluum, si decoctū eius bibatur: biliosa enim deiciunt. Lienosis cum aceto pota utilia: cum uīno autem his qui Ixiam hauserunt. Menses ducunt. Tussientibus, peripneumonicis, ex melle in eclegmate dantur. Est & efficax potio, quare cibum fastidientibus, & stomacho male affectis, & acida ructantibus datur. Item ijs quibus ^{† ad ias reple} maris iactatione nausea, & hypochondriorū calor excitatur. Oedemata cum po- ^{tionē}
B lenta illita discutunt.

EX GALENO.

Origanus Heracleotica efficacior est Onitide. Syluestris uerò utraq; ualentior. Omnes autem incidendi, extenuandi & calfaciendi facultatem obtinent. Tragoriganus quippiam etiam adstrictionis assumpsit.

EX PLINIO.

Origanī priuatim usus contra torsiones stomachi in tepida aqua, & cruditates. Contra araneos scorpionesq; in uīno albo. Luxata & contusa in aceto & oleo & lana. Tragoriganū urinam ciet, tumores discutit, contra uiscum potū uipereq; ictum efficacissimū, stomachoq; acida ructanti & præcordijs. Tussientibus quoque cum melle datur, & pleuriticis, & peripneumonicis. Heraclium serpentes fugat. Percussis eius datur decoctū. Potu urinā ciet. Ruptis, conuulsis medetur cum Panacis radice. Hydropicis cum fico, aut cum hyssopo, acetabuli mensuris decoctū ad sextā. Item scabiem, pruriginē, pforas, in descensione balnearū. Succus auribus infunditur cum lacte mulieris. Tonsillis quoq; & uuis medetur. Capitis ulceribus. Venena opij & gypsi extinguit decoctū, si cum cinere & uīno bibatur. Aluum mollit acetabuli mensura. Sugillatis illinitur. Item dentiū dolori, quibus etiā & candorē facit cum melle & nitro. Sanguinē narium sistit. Ad parotidas decoquitur cum hordeacea farina. Ad arterias asperas cum gallo & melle teritur. Ad lienem folia cum melle & sale. Crassiores pituitas & nigras extenuat coctum cum aceto & sale sumptum paulatim. Regio morbo tritum cum oleo in nares infunditur. Lasi perunguntur ex eo, ita ut ne uenter attingatur. Epinyctidas cum pice sanat. Furunculos aperit cum fico trita. Strumas cum oleo & aceto & farina hordeacea. Lateris dolores cum fico illitum. Fluxiones sanguinis in genitalibus tum-
sum ex aceto illitum. Reliquias purgatio-
num à partu.




ORCHIS MAS LA
TIFOLIA.


Ungeöffnet Knabenkraut männl.

ORCHIS MAS
ANGUSTIFOLIA.

Gesprengt Knabenkraut
männl.

aa 2





ORCHIS FOE
MINA MAIOR.

Das grösser Knabentraut
weiblin.



ORCHIS SIVE CYNOSORCHIS
FOEMINA MINOR.

Knabenkraut weiblich
das kleiner.

aa 3

C

NOMINA.

Testiculus
canis.Orchis cur
dicta.

Cynoforchis.



ΠΧΙΣ κυνὸς ὄρχις Græcis, Orchis & Cynoforchis Latinis, 1 testiculus canis officinis, Germanis Knabenkraut uocatur. Orchis dicta hæc herba est, quod radices sibi inuicem haud secus atque duo testiculi cohæreant. Cynoforchis uerò, quod canum testiculis similem radicem habeat.

GENERA.

Orcheos duo esse genera animaduertimus, marem nimirum & femina. Mas in uniuersum maior quam femina proceriorque est, ut pictura ipsa pulchre dedit. Estque duorum generum. Vnum latioribus folijs & candicantibus ferè floribus, quod Orchin marem latifoliam uocauimus. Alterum quod angustioribus folijs, & maculosis magis, floribusque purpureis constat. Nos maioris discriminis rationem habentes, Orchin marem angustifolia nuncupauimus. Femina itidem duorum est generum; una enim maior, altera minor est, ut pictura satis demonstrat.

FORMA.

Folia habet circa caulem & ima eius parte per terram strata, oleæ molli similia, angustiora tamen, leuia & longiora. Caulem dodrantali altitudine, in quo purpurei flores. Radicem bulbo similem, oblongam, duplicem, in modum oliuæ angustam, superiorem alteram, inferiorem alteram; & hanc quidem mollem ac rugolam, illam uerò plenam.

LOCVS.

Nascitur locis, Dioscoride autore, petrosis & arenosis. In Germania certè nostra in hortis & pratis, locisque fabulosis copiose prouenit.

TEMPVS.

In Maio & Iunij principio carpitur.

TEMPERAMENTVM.

Radix eius maior calida & humida est, gustantibusque dulcior esse apparet. Minor admodum elaborata est, ad calidius sicciusque tendit.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix editur ut bulbus cocta. Fertur de ea, si maiorem edant uiri, mares generari; minorem uerò femina, feminas. Addunt etiam in Thessalia mulieres paruam cum caprino lacte bibendam dare, ut ad uenerea excitent; aridam uerò ad inhibendam atque dissipandam. Alterum etiam alterius potu resolui.

EX GALENO.

Radix maior Orchies multam uidetur habere humiditatem excrementitiam & flatuosam: quapropter pota Venerem excitat. Altera uerò, minor uidelicet, contra non modo non stimulat ad coitum, sed planè cohibet ac reprimat. Eduntur bulborum more assæ.


EX PLINIO.

Tumores & uitia partium earum erumpentia, cum polenta illita radix sedat, uel per se trita. Eadem ex lacte ouillo neruos intendit, & ex aqua remittit.



TRIORCHIS SERA
PIAS MAS.

Ksabentkraut merule das kleiner.



TRIORCHIS
FOEMINA.

Ragwurtz weible.

NOMINA.



ΠΡΙΞ *σεράπιος, ἢ τριόρχις*, Paulo & Aëtio testibus, Græcis dicitur. Orchis
sive testiculus Serapias Latinis. Officinæ eius cognitionē non habent.
Germanicè *Agwur* dicitur. Serapias autem ab Andrea medico ob

*Serapias quare
dicta.*

multos radicis usus, ut inquit Dioscorides, appellata est. Sunt qui à Sa-
rapi Alexandrinorū deo nominatā uelint, propter lasciuiā impudentē, qua is deus
Canopi, ubi templum & cultu & religione excellens habebat, colebatur: de quo
Strabo in xvij. suæ Geographiæ libro. Triorchis uerò, manifesto ex ea appellatio-
ne argumento, quod non duabus, sed tribus testiculatis radicibus in terra nitatur,
Qua una quidem re facilè à prioribus discriminantur Orchibus.

*Triorchis cur
dicatur.*

GENERA.

Duo esse Orchis Serapiadis seu Triorchis genera, res ipsa satis monstrat. Et si
enim in folijs ac radicibus nihil aut parum discriminis habeant, tamen in floribus
manifestè differre uidentur. Nam alterum genus, quod nos marem uocauimus,
floribus constat purpureis, & parumper albicantibus. Alterum uerò, quod nos ut
certius à priori discerneretur, fœminam nominauimus, flores obtinet diuersis co-
loribus distinctos, purpureo uidelicet, candido, uiridi ac nigricante, inferioreq; par-
te fuci planè effigiem exhibent.

Triorchis mar.

*Triorchis fœ-
mina.*

FORMA.

Folia habet Porro similia, oblonga, latiora & pinguiora, in alarū cauis inflexa. Cat-
liculos dodrantes, subpurpureos flores. Radicem minimis testiculis similem.

LOCVS.

Prouenit in pratis & campestribus.

TEMPVS.

In fine Maij mensis & initio Iunij hoc genus apparet, dein nusquam inueniri
potest.

TEMPERAMENTVM.

Valentius quàm primo ordine exiccat.

VIRE. EX DIOSCORIDE.


Radix illita tumores distijciendi uim obtinet, atque ulcera expurgat. Herpetas
cohibet. Fistulas abolet, inflammatione laborantia illita mitigat. Sicca nomas com-
pescit, ulceraq; putrescentia & maligna oris sanat. Cum uino pota aluum sistit. Fe-
runtur de hac etiam quæcunque de Cynosorche dicta sunt.

EX GALENO.

Orchis Serapias ad Venerem nō similiter accōmodus est. Oedemata illitus dis-
cutit, & ulcera sordida purgat, & herpetes sanat. Siccatus multò magis desiccatur,
adeò ut & putrescentia contumaciaq; ulcera sanet. Habet etiam quippiam subad-
stringens, ac proinde uentrem in uino potus sistit.

EX PLINIO.

Eius radices sanant oris ulcera, thoracis pituitas, aluum sistunt è uino potæ.



NOMINA.



OENANTHE, ὀνάνθη Græcis, Oenanthe Latinis, Filipendula officinis, & Saxifraga rubra, Germanis rot Steinbrech nominatur. Oenanthe autem dicta haud dubiè est quod cum uino floreat. Leucanthōn uerò à florum quos producit candore. Filipendulam à numerosis illis & rotundis in radice capitibus tuberibusue, quæ quasi ex filo quodam pendere uidentur, appellatam esse constat.

Saxifraga rubra
Oenanthe quare dicta.
Filipendula.

FORMA.

Folia Pastinacæ syluestris habet, flores candidos, caulem crassum, dodrantalem, semen Atriplicis, radicem magnam, multa habentem capita rotunda. Ex qua descriptione palam apparet, Oenanthen eam esse herbam quam atlas nostra Filipendulam uocat, quod nulla prorsus sit nota quæ illi non conueniat. Folijs enim Pastinacæ erratica est, quæ planè eius herbæ quæ uulgò Petroselinon hodie appellatur folijs similia sunt. Hinc est quod in uulgaribus herbarijs scribatur folia Petroselino similia habere: quamuis Staphylino legendum esse putem. Manuscriptus etiam herbarius Filipendulam folia Dauci agrestis habere tradit. Flores denique illi albi, caulis crassus, dodrantalis, Atriplicis semen. Radices quoque multa, quinque interdum aut sex, nonnunquã etiam plura capita rotunda, tanquam à filo pendentia, ut ait antiquus herbarius, habentes: ita ut hinc esse Oenanthen abundè constet. Sed demus non esse, nihil tamen inde periculi erit, quod scilicet Oenanthe eadem quas Filipendula, sicut ex paulò post dicendis patebit, facultates obtineat.

LOCVS.

Nascitur in petris & montibus asperis. Tubingæ certè in monte Austriaco nominato copiosissimè prouenit, & in sylua non procul ab arce eius oppidi distante.

TEMPVS.

Iunio mense floret, quo sanè tempore quia facile ex floribus agnoscitur, carpi potest. Radices tamen inter autumnii initia colligendæ erunt.

TEMPERAMENTVM.

Amara admodum est Filipendula, ita ut non temerè hanc recentiores calidam & siccam in tertio ordine statuant.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Oenantes semen, caulis & folia cū mulso ad secundas eiiciendas bibuntur. Radix cum uino contra stranguriam conuenit.

EX PAVLO.

Oenanthe secundas eiicit, urinæ stillicidio, morboq; regio medetur.


EX PLINIO.

Caulis eius & folia cum melle ac uino nigro pota, facilitatem pariendi præstant, secundasq; purgant, Tussim è melle tollunt. Vrinam cient, Radix uesicæ uitij medetur.

EX RECENTIORIBVS.

Filipendula in lotij stillicidio & urinæ remoratu, neque non renum doloribus, atque lapide eorundem, cōuenit: Eadem stomachi inflationes discutit, medetur & suspiriosis & anhelantibus, & omnibus morbis quos causa frigida concitauit, Farinam eiusdem cibus comitialium inspergunt.

DE OXY.



OXY S

Santre Klee.

NOMINA.



ΞΥΞ græcè, Oxys Plinio & Latinis, Trifolium acetosum & Alleluya officinis, uulgo Panis cuculi, uel quod cuculus auis eo uescatur, uel quia hoc erumpente, cuculus uocem suam edere incipiat. Germanis Saurer Elee/Büchlele/Büchampffer/Büchbirot/Gauchlele/Guckgauchlele & Hasentlele appellatur. Oxys uerò ab acido sapore dicta est.

Trifolium acetosum.
Alleluya.
Panis cuculi.

Oxys quare dicta.

FORMA.

Humilis herba est, longis tantum pediculis, tria summatim folia perinde atque Trifolium proferens, exigua, & in cacumine laciniata, sapore acido. Florem habet candidum, in simplici stylo inter folia proflientem; rufum in lunatis siliquis sement. Radicem in transuersum longam, geniculatā ac rufam. Antiquus & manuscriptus herbarius putat hanc herbam esse Lotus fatiua, cuius certè sententiā, quòd à Dioscoride non describatur Lotus, neq; probo neq; improbo. Cur tamen non sequat, facit quod herba quam Alleluya barbari uocant, non sit fatiua, sed passim in syluis & alijs locis umbrosis nascatur futuræ tempestatis prenuncia. Siquidem appropinquantē aliqua tempestate, arrigitur contrā tanquam tempestati colluctatura.

LOCVS.

Multis locis prouenit: nam in syluis circa petrosa & aquea loca nascentem cōspeximus. Nullibi autem copiosiore quam Tubingæ in primo statim consensu montis Auftriaci ad dextram prouenire uidimus.

TEMPVS.

Aprili atque interdum Maio mense floret, dum scilicet cuculi uox primū exauditur, atq; hinc Cuculi panem dictam esse puto, ut dictum est antea. Obseruatū autem est à nobis, atque adeo multorum aliorum experientia cognitū, quod eius herba copiosi flores, crebras illius anni pluuias, & aquarum inundationes certò portendant; pauci contrā siccitatem.

TEMPERAMENTVM.

Quum acidum in gustu saporem præ se ferat, idem cum Oxalide habere temperamentum, frigidum nempe & siccum, euidentissimum est.

VIRES. EX PLINIO.

Datur ad stomachum dissolutum: edunt & qui enterocœcen habent.

EX RECENTIORIBVS.

Vlceribus, uulneribus & fistulis, potissimum autem oris, medetur. Sitim arcet, & ut summatim dicam, easdem quas Oxalis, acetosam nostri nominant, facultates obtinet.

DE OPHRI CAP CCXIII

NOMINA.




OPHRIN hanc herbam nominare placuit, quod inuenerim plantā binis Ophris. duntaxat folijs constantem hac appellatione insigniri. Germanicum nomen nullum extorquere potuimus: neque enim ea est quæ Durchwachs/hoc est, Perfoliata uocatur, ideoq; hanc à geminis folijs Zweyblatt nominauimus.

FORMA.

Caulem à radice singularem ac rotundū emittit, per bina quæ tantum habet folia penetrantem, à cuius medio ad summum usque calyculi multi sunt, & in his ueluti linguæ dissectæ nutantes flosculi. Radix uerò illi subest tenuis, adnascens sibi radículas multas, obliquas & odoratas obtinens.

bb LOCVS.



OPHRIS

Zweyblatt.

LOCVS.

Nascitur in montibus, & nullibi maiori copia quàm Tubingæ in pede montis Austriaci prouenit.

TEMPVS.

Maior & Iunior mensibus floret, dein statim euanescit. Quapropter hoc potissimum tempore colligenda.

TEMPERAMENTVM.

Gustanti glutinosa esse apparet, & quodammodo dulcis, ideoq; calidam & siccam esse consicere licebit.

VIRE S.

Iuxta dictarum qualitatum missionem contrahendi & constringendi facultate præditam esse nemini non constat. Hinc est quod adrupta, & uulnera cōglutinanda hac herba cōmodè utantur recentiores.

DE ORMINO CAP. CCXIII.

NOMINA.



ORMINON Græcis, Orminum & Geminalis Latinis, Gallitricum officinis, Germanis Scharlach appellatur. Orminon autem Græcis haud dubiè dictum est, quia Venerem extimulat.

Gallitricum.
Orminon cur
dictum.

GENERA.

Ormini duo sunt genera. Vnum satium, quod Gallitricum simpliciter nominant, & germanicè Scharlach. Alterum syluestre, quod alio nomine Saluiam syluestrem herbarij uocant, Germani wilden Scharlach/oder wilde Salbey.

Saluia syluestre.

FORMA.

Orminum satium herba est folijs Marrubio similis, caule quadrangulo, semicubitali, circa quem eminentiæ filiquis similes prodeunt, ad radicem uersus nutantes, in quibus semen est. Ex qua deliniatione abundè liquet herbam quam hodie Gallitricum uocant esse Orminum satium: hæc enim folijs Marrubio similis est, nisi quod sunt maiora & mirificè odorata: caule semicubitali, quadrangulo, ab imo rufescente, calyculis circa caulem filiquarum effigie prominentibus, & ad radicem deorsum spectantibus, in quibus semen nigrum & oblongum includitur: flosculis in candido purpureis, aut in dilutum ruborem inclinat. Syluestre priori non admodum dissimile est, folijs satis ad Saluiam accedentibus, rugosaq; asperitate præditis: caule sesquipèdali, leniter hirsuto, in quadrangulum striato: floribus è cœruleo in purpureum uergentibus, ad aquilini rostri effigiem falcatis, calyculis pluribus in terram inclinat, in quibus ad summum quatuor semina, parua, rotunda & fuluescentia reperiuntur.

Orminum satium.

Syluestre.

LOCVS.

Satium nusquam non in hortis satum prouenit. Syluestre autem passim omnia prata exornat, suaq; sponte in ijs nascitur.

TEMPVS.

Vtrunque Iunior mense floribus & semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Orminum calidum & mediocriter siccum est, id quod amaritudo atque adstrictio in gustu satis monstrant.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Creditur semen satii cum uinopotum Venerè stimulare. Cum melle argema & oculorum albugines purgat. Illitum cum aqua cedemata discutit. Surculos extrahit. Herba ipsa illita eadem potest. Syluestre uehementiorem facultatem habet, quare unguentis miscetur.



ORMINUM
SATIVUM.

Scharlach.



ORMINVUM
SYLVESTRE.

Wilder Scharlach.

C

EX PAVLO.

Orminon Venerem stimulat, oculorum crassities cum melle repurgat, cedemata discutit, & extrahit aculeos. Syluestre domestico est ualentius.

EX PLINIO.

Semen ad Venerem stimulamdam, & ad oculorum argema & albugines ualet. Vtroque genere tuso extrahuntur aculei ex corpore, per se illito ex aqua. Folia ex aceto imposita, panos per se uel cum melle discutunt. Item furunculos, priusquā capita faciant, omnesq; acrimonias.

EX RECENTIORIBVS.

Recentiores etiam easdem facultates suo Gallitrico attribuunt: potissimum autem conferre ad albugines & oculorū caliginem tradunt, ut hinc etiam colligi possit, herbam hanc Orminon esse Dioscoridis.

DE OROBO CAP. CCXV.

NOMINA.



POBOΣ Græcis, Eruum Latinis dicitur. Officinæ græcam appellationem retinuerunt. Germanis Eruen / ad imitationem latini nominis, appellari possunt.

GENERA.

Duo sunt genera Eruū: unum enim candidum, alterum autem rufum inuenitur. Nec inter se nisi floribus & radicibus differunt, quemadmodū pictura affabre monstrat. Rufum uerò syluestre est, suāq; sponte in aruis, & inter dumeta prouenit.

FORMA.

D Exiguus frutex est, tenuis, angustis folijs, floribus uel candidis, uel in candido cœruleis aut puniceis, seminibus in filiquis sine septo cylindraceis, quemadmodū pisa, se inuicem tangentibus.

LOCVS.

Lætatur loco macro, non humido, quia plerunque luxuria corrumpitur.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, ipsidemq; semina profert.

TEMPERAMENTVM.

Desiccat quidem Eruum excessu secundo intenso, calefacit uerò primo.


VIRES. EX DIOSCORIDE.

Capitis grauitatē facit Eruum, uentrem turbat, sanguinemq; per urinā ducit si comedatur. Coctum tamen appositū boues saginat. Farina eius bonam facit aluū, urinam cit, corporis colorem cōmendat. Frequentior in esu aut potu sanguinē cum torminibus per aluum & uesicam ducit. Vlcera cum melle purgat, & lentigines, & aspredinē cutis in facie, eiusdemq; maculas & reliquū corpus. Nomas, gangrenasq; cohibet, & mammarū duritias emollit. Fera ulcera, carbunculos, fauosq; rumpit. In uino macerata canum, hominū, uiperarumq; morsus illita sanat. Cum aceto autem difficultates uring, tormina & tenesmos lenit. Prodest etiā ijs qui cibo non nutriuntur, nucis magnitudine frixa & cum melle sumpta. Decoctum eius fouendo pernio nes, & in corpore pruritus sanat.

EX GALENO.

Orobos quatenus amaritudinis est particeps, eatenus incidit, extergit, atq; obstructions expedit. Cæterū si sumatur copiose, sanguinē per urinas euocat. Hominum cibus prorsus hoc semen damnat: est enim & insuauissimū & prauū succi. Eruo autem instar lupini præparato ex melle utimur, ut medicamento crassos pulmonis thoracisq; humores expurgante. Candidum minus est medicamentosum, quàm id quod ad flauum aut pallidum colorem tendit.

DE OROBO.



571

ERVUM
SATIVUM.

Weiß Eruen.

bb 4

ERVUM
SATIVUM.

Koroder wild Eruc.



NOMINA.



ΠΕΟΣΕΛΙΝΟΝ, ἢ πετροσελίνου ἄζριον Græcis, Syluestre Petroselinum, & Apium montanū Latinis, officinis & barbaram sectantibus medicinā ^{Abiū mont mtr.} Petroselinum dicitur. Id quod hinc accidisse puto, quod linguæ græcæ ^{Petroselinū offi-} inscitia, Oreoselinum dictionem in Petroselinum mutauerint: uel quia ^{cinarum.} simpliciter enunciauerint quod cum adiectione nominandum erat Petroselinū syl- ^{Petroselinum syl-} uestre, ad differentiā nimirum Macedonici, quod uerè est Petroselinum ueterum. ^{uestre.} Germani Peterzilgen uocant. Nos teutsch Peterzilgen/oder Peterlin nominaui-
mus, ut discerneretur à Macedonico, de quo suo dicemus loco.

FORMA.

Caulem habet unum dodrantalem à radice tenui exeuntem, circa quem ramuli & capitula Cicutæ similia, multò tamen tenuiora. In his semen oblongum, acre, tenue, odoratū, Cumino simile. Ex qua sanè descriptione sole clarius apparet, Petroselinum officinarum esse Oreoselinum ueterum: caule enim uno prouenit dodrantali ex radice pertenui, qui per ambitum ramulos spargit capitulis Cicutæ, tamen multò tenuioribus: in ijs semen, acrimoniā gustu præferens, odoratum, tenue, ^{Dioscoridis lo-} Cu- ^{cus emendatur,} mino proximum. Neque obstat quod in plerisque exemplaribus Dioscoridis capitulorum Papaueris fiat mentio: error enim haud exiguus subest, quod scilicet non ^{μικρονίον παριμερής} hoc est, Papaueri similia, sed ^{κωνία} id est, Cicutæ legendum sit. Id quod in primis confirmant ea quæ scribit Plinius libro xix. capite octauo, in hunc modum: Oreoselinum est Cicutæ folijs, radice tenui, semine Anethi, minutiore tamen. Quod si tamen hæc sententiā minus arriserit, nihil moror quin dicas Petroselinum germanicum, cum forma parum admodum à uero Petroselino distet, ut palàm sit utriusque picturas intuenti.

LOCVS.

^B Nasquitur in locis petrosis & montanis, unde etiam nomen accepit. In Germania uerò nostra in hortis passim plantatur.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mense floribus & semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Calidum est in secundo gradu extenso, siccum uerò in medio tertij.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Semen & radix in uino pota urinam cient. Menfes etiam ducunt. Miscetur antidotis, necnon medicamentis urinam cientibus & excalfacientibus. Non hallucinarinos oportet, existimantes Oreoselinum esse quod in petris prouenit: aliud enim ab hoc est Petroselinum.

APPENDIX.

Vt cunque autem diligenter hoc monuerit Dioscorides, tamen cauere non potuit quin posteritas medicorum Oreoselinum esse Petroselinum certò crediderit.

EX GALENO.

Oreoselini similis Apio uis est,

EX PLINIO.

Oreoselinum urinæ & menstruis efficax, Eo etiam purgantur scemina: è uino.

**OREOSELINVM****Leutsch Petersilg.**

A

NOMINA.



H Græcis, Sorbus Latinis, est arbor cuius fructus Græcis *ἐκ γὰρ οὖνα*, Ga. *Sorbus*, Ieno teste, Latinis uerò Sorba appellantur. Officinæ latinam nomen *Sorba*, claturam retinuerunt. Germanis *Speierling*/ uel *Sporöpffel* corrupta puto uoce pro *Soröpffel* nominantur. Vel sic ab austeritate uocata sunt, quasi mæla austeræ.

GENERA.

Sorborum duo genera tradit Theophrastus lib. iij. de historia stirpium, cap. xxi. *Duo sunt genera scemînâ fructiferam, & masculam sterilem. Differre quoque fructibus idem scribit, quod aliæ orbiculatum, aliæ ouatum ferant. Fructus autem orbiculati dulciores sentiuntur, ouati sæpè numero acidiores, minusq; odorati. Plinius lib. xv. cap. xxi. in Sorbo quatuor differentias Latinos nosse memoriæ prodidit: alijs enim eorum, ait, rotunditas mæli est, alijs turbinatio pyri, alijs ouata species ceu mælorum. Quorum genus torminale appellant. Nos picturam eius generis damus, quod turbinatum pyri instar fructum ædit, qui Germanis *Sporöbirn*/ corrupta uoce pro *Soröbirn*/ aut quasi austerum pyrum dicitur.* *Plinius quatuor differentias Sorborum ponit.*

FORMA.

Sorbus arbor est procera, recto caudice, cortice leui, pinguiusculo, colore ad flauum albicante, cuius folia pediculo singulari, prolixo, neruaceoq; in uersus condita, alæ modo à lateribus exeuntia, tanquam ex omnibus unum fiat, ad neruum usque laciniatum, uerum ampliusculo interuallo distantia. Omnibus ramulis in extremo pediculi folium impar prominere, cuius accessione impar numerus efficitur. Figura laurum tenuifoliam imitantur, uerum ambitu serrata, breuioraq; sunt, nec in extremum acutum mucronata, sed in rotundius orbiculata. Flos racematim singulari petiolo, è multis minutis & candidis constans. Fructus uel orbiculatus, ut dictum est, uel ouatus, uel pyri instar turbinatus. Radices haud multas, nec altè descendentes, ualidas tamen & crassas & incorruptibiles agit.

LOCVS.

Loca amat humida, montana & frigida, eodem Theophrasto autore.

TEMPVS.

Autumno fructus suos Sorbus ostentat.

TEMPERAMENTVM.

Adstringentē obtinet qualitatē Sorbus, sed multò imbecilliorē q̃ Mespilus.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Sorba mælorum colorem referentia, necdum maturefcentia, dissecta & in sole siccata, cum manduntur aluum sistunt. Farina eorum cum mola teritur, polentæ loco in eundem usum sumitur. Potest idem & decoctum eorum.

EX GALENO.

Sorba quidem adstringunt, sed multò fortius Mespila quàm Sorba. Quamobrem aluo fluenti in cibo accommodatissimè exhibentur. Sorba maiori cum uoluptate sumuntur: prorsus enim initio nihil acerbi uti Mespila habent, sed succus eorum citra acerbitatē duntaxat austerus est. Illud porro neminem puto latere, hæc omnia parcè, non largè ut ficus, uuasq; esse comedenda. Nequaquam enim eis ut cibis, sed magis ut medicamentis egemus.


DE OPHIO.

576



SORBVM
OVATVM.

Speierling.



OPHIOGLOSSVM

Waterzünglin.

NOMINA.

ὀφιογλωσσὸν
cur diſta.



Lingua ſerpentis
kind.

HERBA hæc appoſitiſſima uoce græcè *ὀφιογλωσσὸν* appellari poteſt, non quod ſic eam ueteres aut recentiores græci nominauerint, ſed quod cum germanica nomenclatura optimè quadret. Neq; enim certò conſtat an Græcis, & ſub quo nomine herba illa cognita fuerit. Quapropter ut no uam ei inderemus appellationē neceſſum erat: meliorem uerò hac ipſa quam retulimus, inuenire haud potuimus. Latine Ophiogloſſum, aut lingua ſerpentina dici poteſt: germanicè enim *Watersünglin* uocatur, à forma & figura quam refert. E ſingulis nanque folijs ſingulari pediculo prodiit, quod ligulam ſerpentis forma ſua referre uidetur, ut pictura affabrè monſtrat.

FORMA.

Folium unicū obtinet pingue, digiti longitudine, Plantagini aquaticæ uocatae haud diſſimile, è cuius ſinu inferiore pediculus exit, cui quippiam herbacei coloris inſidet, quod ſerpentinæ linguæ uocati lapilli ſimilitudinē refert.

LOCVS.

Copioſe in monte prope Tubingã Auſtriaco nominato prouenit. Amat & alia prata in montanis ſita.

TEMPVS.

Maior menſe reperitur, ſubinde autem euaneſcit, ac nuſquam apparet.

TEMPERAMENTVM.

Citra caliditatem in ſignem exiccat, id quod guſtus ſatis docet.

VIREs.

Vulneraria eſt herba, maligna ſiquidē & curatu diſſicilia uulnera ſanat. Tumor etiam diſcutit, & ferè Symphyti facultates obtinet.

DE XANTHIO CAP. CCXIX

NOMINA.

Lappa inuerſa.
Xanthion unde
dictum.



ANθION, *ἡ φάραγον* græcè, Xanthium latine nominatur. Ab herbarijs noſtræ tempeſtatis Lappa minor & Lappa inuerſa uocatur. Germanicè *Bettlerleuſ* / oder *Bübenleuſ*. Xanthion dictum, quod *ξανθός*, hoc eſt, ſauos capillos faciat.

FORMA.

Caulem habet cubitalem, pinguem, anguloſum, & in ipſo alas multas. Folia Atriplici ſimilia, inciſuras habentia, odore Naſturtij. Fructū rotundū ceu grandem oliuam, aculeatum ut Platani pila, contactu uestibus adherentē. Ex qua quidem deliniatione nemo non uidet herbam cuius picturā damus eſſe Xanthion, quod illi omnes notæ ad amuſſim respondeant. Caule enim eſt cubitali, pingui, anguloſo, crebras fundente alas, folijs Atriplicis inciſuras habentibus, Naſturtium maniſeſtiſſimè olentibus, fructu magnæ oliuæ modo rotundo, ut Platani pila ſpinoſo, contactu uestes apprehendente. Nucleus qui in echinata pilula clauditur à pueris eſtur dulci & grato cibo.

LOCVS.

Nascitur lactis & pinguibus locis, & lacubus paludibusue exiccatis.


TEMPVS.

Fructus Autumno matureſcit, quo ſanè tempore colligi debet.

TEMPERAMENTVM.

Cum diſcutiendi uires habeat, facile colligitur temperamento eſſe calido & ſicco præditum, id quod ex ſapore etiam, qui eſt amarus & ſubacris, deprehendi poteſt.

VIREs.



XANTHIUM

Bettlersleuch.

Potest fructus antequam penitus inarescat collectus, tusus, & in fictili uase reconditus, capillos flauos reddere, si quis cum usus exigit trybli pondus ex eo sumens, tepidaq; aqua madefaciens, nitro prius capite præparato illinat. Alij cū uino tustum ipsum reponunt. Fructus etiam cōmodē tumoribus illinitur.

EX GALENO.

Xanthion uocatur etiam Phasganion, Fructus discutiendi facultatē obtinet.

DE XYLO. CAP. CCXX.

NOMINA.

Gossipion.
Cotum.
Cotonium.
Cotonum.
Xylinae ues-
tes.
Lana lignea.



YLON & Gossipium Plinio & alijs Latinis dicitur. Græci, quod sciam, eius nusquam meminerunt. Barbaris ac Arabibus Cotum & Bombax seu Bombalum, Germanis Baumwoll appellatur. Linum eius cottonium uulgō uocatur, sicut lanugo ipsa cottonū. Ab huius generis planta uestes xylinae, & lina xylina nominata sunt, Iurisconsulti lanam hanc ligneam nuncupant.

FORMA.

Frutex est exiguus, folio uitium, sed minore, floribus luteis in medio purpurascentibus, fructu barbatae nuci simili, lanugine pleno, quæ netur in linum candidissimum, mollissimumq;. Nux autem ipsa cum hiascens fatiscit, lanuginis globos repræsentat.

LOCVS.

Superior pars Ægypti in Arabiam uergens, Plinio lib. xix. capite primo teste, fruticem hunc gignit. In Creta etiam nascitur, & in Apulia, ac Maltha prope Siciliam insula. Nunc in Germaniæ nostræ hortis plantatur, ut plurima alia peregrina, nobis antea prorsus incognita.

TEMPVS.

Tam fertilis hic frutex est, ut simulatque adolebit, quod duorum mensium spacio accidit, nunquam desinat florem & fructum proferre, donec asperitate & indementia hyemis impediatur.


TEMPERAMENTVM.

Arabes, ut annotauit Serapion, fruticis huius lanuginem calidam & humidam esse statuunt.

VIRES EX ARABIBVS.

Foliorum succus medetur infantium alui profluuiū atque torminibus. Semen tussi & thoracis uitijis. Oleo seminis emaculantur lentigines & faciei pustulæ. Semen etiam eius genitale semen procreat.

DE PARTHE




XYLON

Baumwoll.

C

Cauta.

Cotula foetida.



NOMINA.

APΘENION, ἀμράκανον, χαμαίμηνλον Græcis: Partheniū, Amaracum, Solis oculus, Millefoliū Latinis: Thuscis Cauta, officinis & herbarijs Cotula foetida dicitur. Germanis Krottendill / Hundsbiln / wild Chamillen. Cæterum cogitabunt hoc loco studiosi, Amaracum de quo nunc agimus diuersum esse ab eo quem alio nomine Samplychon Græci uocant, ut suo loco fustius dicemus.

FORMA.

Folia Coriandro similia habet tenuia. Flores per ambitū candidos, in medio luteos, odore graui & subuiroso, gustūq; amaro. Hæc Dioscoridis descriptio pulchrè & per omnia herbæ illi quæ hodie uulgò Cotula foetida nominatur, respondet. Si quidem ea folijs est Coriandri tenuibus, flore per ambitum albo, intus luteo, odore graui, & sapore amaro. Folijs autem Coriandri, non quidem iam erumpentis & paulò antè enati, necdum maturescens, quæ sunt quadantenus lata & subrotunda, atque in extremitatibus incisa: sed maturi, cuius quidem in alto folia ad Chamæmeli aut Fœniculi foliorum formam accedunt, capillatq; sunt, constare scias. Sic enim utriusque folia similia sunt, ut Coriandrum Parthenij, & rursus Parthenium Coriandri prorsus referre folia uideatur. Quod ut disertè innueret Dioscorides, φύλλα λεπτά, id est, folia tenuia dixit, ut scilicet hac uoce latiora, quæ in infima sunt Coriandri parte, secluderet. Quod autem de ijs folijs Dioscorides locutus sit, ex tractandi ordine abundè liquet. De tribus siquidem herbis, Chamæmelo, Parthenio & Buphthalmo, quæ sanè inter se congeneres, atque folijs admodum similes sunt, ordine agit, quod nunquā fecisset si nulla inter has similitudo intercederet foliorum, adde etiam florum. Buphthalmū tamen folijs ad Fœniculi formam propius quàm reliquæ duæ accedit. Sententiam hanc nostram confirmat, quod aliqui Parthenium, ob similitudinē quam habet cum Anthemide, Chamæmelon dixerint. Tam similis enim est Chamæmelo, ut frequenter etiam ab imperitis pro illa carpatur. His accedit & hoc, quod ob foliorum tenuitatem nonnullis Millefolium appellatum sit Parthenium, quod fieri minimè potuisset si ad latiora Coriandri folia Dioscorides respexisset. Præterea esse Parthenium Cotulam, nomen quod illi Thusci indiderunt satis declarat: Cautam enim appellauerunt, unde diminutiū Cautula deductum est, & tandem corrupta uoce Cotula. Foetidam autem esse, grauis odor qui in ea omnium maximè sentitur, euidenter declarat. Nequaquā itaq; ea esse herba potest, quam Matricariā uulgò uocant, ut Hermolaus, & alij multi docti uiri hunc sequentes putant: quòd huius folia latiora sint, quàm ut cum Chamæmeli, Buphthalmi aut Coriandri tenuibus folijs cōparari queant, tantum abest ut similia sint. Huc accedit, quod omnium maximè euertere uidetur aduersariorū sententiam: nemo unquam ex recentioribus Matricariæ herbæ bilis & pituitæ per inferna tractricem facultatem tribuit, quam tamen Parthenio Dioscorides, Paulus & alij ueteres assignant, ut etiam hoc nomine Parthenium non possit esse Matricaria herba dicta uulgò.

Cotula uox unde deducta.

Parthenium nō est Matricaria.

LOCVS.

Nascitur inter segetes & iuxta semitas, intermixta ferè semper Chamæmelo. In hortorum etiam sepibus, Plinio teste, prouenit.


TEMPVS.

Primo statim uere, Maio potissimū mense, erumpit, ac totam æstatem durat.

TEMPERAMENTVM.

Haud instrenuè, Galeno autore qui Amaracum uocat, calcfacit, non autem uehementer desiccit. Itaq; in caliditate tertij est ordinis, in siccitate uerò secundi.

VIRES.



PARTHENIVM

Krottendill.

C VIRES. EX DIOSCORIDE.

Sicca cum oxymelite, aut sale pota, non secus atque Epithymum bilem atram & pituitam per inferna ducit. Asthmaticis & melancholicis prodest. Herba ipsa floribus demptis à calculosis & asthmaticis utiliter bibitur. Decoctum eius ad insidendum prodest in uuluae duritia & inflammatione. Illinitur cum floribus sacris ignibus, & inflammationi.

EX PAVLO.

Parthenium aridum in potu sumptum atram bilem per inferna deducit.

EX PLINIO.

Siccatum cum melle & aceto potum, bilem trahit atram. Ob hoc contra uertigines utilis & calculosis. Ad insidendum decoctum in duritia uuluarum & inflammationibus. Illinitur & sacro igni, item strumis cum axungia inueterata. Magi contra tertianas sinistra manu euelli eam iubent, dicens cuius causa uellatur, nec respicere: dein eius folium ægri linguae subicere, ut mox in cyatho aquae deuoretur.

DE POLYGONATO CAP. CCXXII.

NOMINA.

*Sigillum Salomonis.
Polygonatum
cur dictum.*



POLYGONATON Græcis, Polygonatū Latinis dicitur. Officinis, item herbarijs & uulgo, sigillum Salomonis, Germanis Weiswurz, hoc est, radix alba nominatur. Polygonatū autem à radice geniculorū frequentibus nodis ex interuallis tumente appellauerunt.

GENERA.

Duo eius genera damus. Vnum uerum, latioribus folijs: alterum multò angustioribus, quemadmodum pictura graphice ostendit. A folijs utrique nomina sunt indita.

FORMA.

Sigillum Salomonum.

Frutex est cubito altior, folia lauro similia habens, latiora tamen & leuiora, sapore mæli cotoneæ aut puniceæ: gustatum enim adstrictionē quandam resipit. Per singulos foliorum exortus candidos flores promit numero maiore quàm folia, supputatione à radice facta. Radicem habet candidā, mollem, longam, geniculis plenam, densam, graueolentem, digiti crassitudine obtinentem. Iam si singulas Salomonij sigilli notas libeat prosequi, omnes, ne una quidem reclamante, adesse comperies. Nanque in montibus gignitur, frutice cubito proceriore, folijs lauri latioribus, & læuoribus, quæ gustata quendam mæli cotoneæ aut puniceæ saporem referant cum aliqua adstrictione. Flores per singulas foliorum eruptiones exiliunt candidi, qui folia numero longè superent, à radice ad cacumen supputata. Siquidem bini, terni, aut plures ab unoquoque foliorum sinu prodeunt. Radix illi candida, mollis, longa, crebris nodis articulata, densa, grauiter olens, digitali crassitudine. Floribus excussis baccae pisi ferè magnitudine dependent, ex uiridi nigricantes, & in quendam ordinem digestæ.

LOCVS.

Nascitur in montibus.

TEMPVS.

Maior mense floret, quo etiam tempore carpi debet.


TEMPERAMENTVM.

Polygonatum mistam habet qualitatem. Est enim in eo adstrictionis pariter & acrimoniæ quippiam, necnon fastidiosæ cuiusdam amaritatis explicatu difficilis.

VIRES. EX DIOSCORIDE.


Radix illita uulneribus auxiliatur, Quinetiā uultus maculas delet & aufert.

EX GALE.



POLYGONATVM
LATIFOLIUM.

Weißwurz.



POLYGONATUM AN
GUSTIFOLIUM.

Schmale Weißwurz.

EX GALENO.

Radicem Polygonati quidam uulneribus illinunt. Sunt etiā qui illo nauos maculasq; in facie detergant.

APPENDIX.

Hodie quoq; mulieres sigillo Salomonis sibi faciem extergunt & fucant, ut plānē nullum sublit dubium, quin Polygonatum esse constanter credamus.

DE POLYPODIO CAP. CCXXIII.

NOMINA.



ΠΟΛΥΠΟΔΙΟΝ græcè, Polypodiū, Filicula latinè, officinæ græcam appellationem retinuerunt, Germanicè Engelsüß/ Baumsart/ Droyßwurz uocatur. Polypodio nomen à radice quæ polyporum modo cir-

Polypodium ur-
de dictum.
Filicula.

ros obtinet inditum est. Filiculam autem Latini à similitudine foliorū cum Filice nuncupauerunt.

FORMA.

Herba est palmi altitudine, Filici similis, subhirsuta, incisuris diuisa, non tamen adeò tenuibus. Radix illi est hirsuta, cirros polyporum modo habens, minimi digiti crassitudine. Derasa hæc intus uiridis est, acerbæ, gustu subdulcis. Parte auersa folia fuluis maculis notata, sine semine.

LOCVS.

Gignitur in muscosis petris, & in agrestibus quercuum truncis.

TEMPVS.

Radix in fine Augusti carpenda.

TEMPERAMENTVM.

Polypodium dulcem simul & austeram habet uincens qualitatē, ut facultatis sit admodum desiccantis, citra morsum tamen.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Purgandi uim obtinet. Coquitur autem cum gallina, aut piscibus, aut Beta, aut Malua ad purgationem. Arida aquæ mulsæ insparsa, bilem & pituitam ducit. Radix trita & illita luxatis confert, & ad fissuras quæ inter digitos sunt.


EX PAVLO.

Polypodiū exiccat admodum citra morsum, & potum per inferna purgat.

EX PLINIO.

Radix in usu. Exprimitur succus aqua madefacta, & ipsa concisa inspergitur olei, & Betæ, & Maluæ, uel salsamento, uel cum pulicula coquitur ad aluum leniter soluendam, uel in febris. Detrahit bilem & pituitam. Stomachum offendit. Aridæ farina indita naribus Polypum consumit. Illita luxatis medetur.

DE PRASIO.



POLYPODIVM

Engelsfuß.

A

NOMINA.



PAZION Græcis, Marrubiū Latinis, Prasium officinis uocatur. Ger- *Marrubium*,
manis Andorn das weiblīn/weiß Andorn/Marobel/Gottſvergeß. *Prasium*.

FORMA.

Frutex est ab una radice ramosus, subhirsutus, albicans, uirgis quadrangulis. Folium pollicis æquale, subrotundū, hirsutū, rugosum, gustu amarū. Semen per interualla in caulibus est. Flores asperi uerticillorū figura. Hæc deliniatio adamussim Marrubio hodie dicto respondet. Siquidem singulari radice, angulosis *Marrubium*,
ramulis fruticat, lanuginosum: folijs ferè orbiculatis, pollicis magnitudine, incanis, hirtis, amaris, lacteo flore, uerticillato cinctu caulem ex interuallo amplectente, cui succrescit teres & asperum semē.

LOCVS.

Nascitur circa domicilia collapsa, & inter rudera.

TEMPVS.

Colligitur herba in æstate, Iulio potissimū mense, dum semine est prægnans.

TEMPERAMENTVM.

Marrubiū in caliditate quidem secundi ordinis iam completi est, in siccitate uerò tertij medijs aut completi.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Huius folia arida cum semine decocta in aqua, aut uiridium expressus succus, datur cum melle asthmaticis, tussientibus & tabidis. Crassa è thorace cum iride sicca ducunt. Datur mulieribus quæ non purgantur, ut menstrua & secundas pellant. Item difficile parientibus, his qui à serpentibus morſi sunt, & qui letale quid biberunt. Vesicæ tamen & renibus nocent. Folia cū melle illita fordida ulcera purgant, *B* pterygia nomasq; cohibent. Dolores laterum mitigant. Ad eadem pollet ex folijs contusis expressus succus & sole coactus. Cum uino & melle illitus, oculorum claritatem exacuit. Morbū regium per nares expurgat, Aurium doloribus per se, aut cum rosaceo instillatus prodest.

EX GALENO.

Prasium ut gustu amarum est, ita si quis utatur consentientē huic saporis actionē habet, iecur ac lienem obstructione liberans, & thoracem pulmonemq; expurgans, ac menses promouens. Sed & illitum detergit ac discutit. Succo eius cum melle ad aciei oculorum claritatem utuntur. Quinetiam & per nares morbum regium purgant, & ad aurium dolores inueteratos adhibent, in quibus utique obstructionem dissolvere, meatumq; ipsum & explantationes membranarū expurgare necesse est.

EX PLINIO.

Huius folia semenq; contrita profunt contra serpentes, pectorum & lateris dolores, tussim ueterē. Iis qui sanguinē eijciunt eximiè utile, scapis eius cum panico aqua decoctis, ut asperitas succi mitigetur. Imponitur strumis cum adipe. Sunt qui uiridis semen, quantum duobus digitis capiant, cum farris pugillō decoctū, addito exiguo olei & salis, sorbere ieiunos ad tussim iubeant. Alij nihil cōparant. In eadē causa Marrubij & Fœniculi succis ad sextarios ternos expressis, decoctisq; ad sextarios duos, si cochlearij mensura in die sorbeatur in aquæ cyatho. Virilium uitijs tussim cum melle mirè prodest. Lichenas purgat ex aceto. Ruptis, conuulsis, neruorum contractionibus salutare. Potum aluum soluit cum sale & aceto. Item menstrua & secundas mulierū. Arida farina cum melle ad tussim siccam efficacissima est. Item ad gangrenas & pterygia. Succus uerò articulis, & è naribus morbo regio, minuendæq; bili cum melle prodest. Item contra uenena inter pauca potens. Ipsa herba sto machū & excreationes pectoris purgat. Cum iride & melle urinam ciet. Cauenda tamē exulceratæ uesicæ, & renum uitijs. Dicitur succus claritatē oculorū adiuuare.

dd DE PERISTE



MARRUBIVM

Weiß Andorn.

NOMINA.



ΕΡΙΣΤΕΡΕΩΝ, *ἑρὰ βοτάνη* græcè: Verbenaca, Verbenà, Columbaris seu *Verbenaca.*
Columbina, herba Sagminalis latinè, herbarijs & officinis Verbenà uo *Verbenà.*
catur. Germanicè *Eisenkraut*/uel *Eisenhart*/hoc est, ferraria, quod
nomen ut olim, sic hodie quoq; habet. Peristereon nomen inditū à co- *Peristereon cur*
lumbis, qui in ea uersari plurimum delectantur. Hierobotane autem, hoc est, sacra *distà.*
herba ideo dicta, quod ea olim apud Romanos domus purgabatur, familia lustra- *Hierobotane.*
batur, Iouis mensa ad sacrificiū & epulas uerrebatur, & scæciales in sacris legationibus
illa coronabantur, uel ut Dioscorides inquit, quod in expiationibus suspensa & alli
gata mirè utilis sit. Sagminalis uerò, quod inter sagmina, hoc est, gramina ex loco *Sagminalis.*
sacro, præsertim arce Capitoli, cum sua terra euulsa, primum hæc honorè haberet.

GENERA.

Duo Verbenacæ & Græci & Latini fecerunt genera, Dioscorides & alij Græci
à plantæ habitu rectam & supinam. Plinius à sexu marem & fœminam, Recta Dio- *Recta.*
scoridis, est Plinij mas, aliq; nomine Crista gallinacea, à ferratis folijs quæ gallina *Crista gallina*
cæ cristæ formam referunt, dicitur. Recta autem nominata est, quod rectis ramu- *nacca.*
lis affurgat. Supina autem Dioscoridis apud Plinium fœmina est, Romanisq; Cin-
cinnalis uocatur. Supinam uerò uocarunt, quod semper humi supinè procumbat.
Germani etiam per sexum genera illa distinguunt, uocantq; rectam Verbenacam
Eisenkraut das meime/Supinam uerò das weible.

FORMA.

Recta siue mas herba est altitudinis palmi, aliquando etiam maioris. Folia huius *Recta.*
incisa, subalbida, è caule prodeuntia, qui ei unus est magna ex parte, quemadmodū
B & radix una. Flos luteus, quo solo ferè à fœmina differre uidetur. Hæc descriptio
pulchrè Verbenacæ mari respondet: est enim herba dodrantalis, interdum uerò
procerior, quemadmodū ea est quæ in Germania nostra provenit; nunquam enim
aut rarissimè palmi altitudinè non excedit. Folia habet incisuris diuisa, albescentia,
erumpentia è caule. Singularis denique illi, ut plurimum, caulis & radix una. Su- *Supina.*
pina seu fœmina ramos profert cubitales, aliquando etiam maiores, angulosos, cir-
ca quos folia sunt per interualla quernis similia, angustiora tamen & minora, per
ambitum incisa, colore subcæsiō. Radicem habet oblongam, tenuem. Flores pur-
pureos, tenues. Cuius iterum deliniationis notæ Verbenæ fœminæ adamussim
conueniunt. Siquidem multis statim à radice angulosis coliculis constat, coma sub
tus incana, folio querno non dissimili, nisi quod minus est & angustius, multis per
ambitū incisuris; flosculo ex albore & purpura uersicolore. Quibus omnibus ma-
nuscripti codicis, qui Peristereon interpretatur Verbenam, accedit testimonium,
& communis omnium consensus, à quo sine manifestis coniecturis & rationibus
nunquam est discedendum.

LOCVS.

Vtraque in planis & aquis locis provenit.

TEMPVS.

Mas citius quàm fœmina apparet. Colligi debent, potissimū fœmina, circa Ca-
nis ortum, nam hoc tempore floret.


TEMPERAMENTVM.

Vtraque desiccatur & adstringit.

VIRE. EX DIOSCORIDE.


Rectæ Verbenacæ folia cum rosaceo, aut adipe suislo recenti apposita, uulua-
rum dolores finire putantur. Ignem sacrum cum aceto illita reprimunt. Putrescen-
tia ulcera cohibent. Vulnere glutinant, ueteraq; ex melle ad cicatricem perducunt.

dd 2 Supinæ



VERBENACA RECTA
SIVE MAS.

Eisentrautmennle.



VERBENACA SVPI
NA SIVE FOEMINA.

Eisenkraut weiblich.

dd 3

C Supinae autem folia & radix in uino pota illitaq̃, aduersus reptilia serpentesue faciunt. Eadem drachmæ pondere cum thuris obolis tribus, & uini ueteris hemina, quadragenis diebus ieiuno contra regium morbum bibuntur. Vetera cedemata, & inflammationes illita mitigant. Sordida ulcera purgant. Tota autem herba in uino decocta tonsillarum crustas abrumpit, & oris nomas gargarissata cohibet. Fertur sparso aqua triclinio qua maduerit, lætiores conuiuas fieri. Datur potandum in tertianis febribus tertium à terra geniculum cum adiacentibus folijs: quartanis, quartum.

EX GALENO.

Vim habet adeò desiccantem ut uulnera glutinet.

EX AETIO.

Verbenaca recta ad capitis dolores summo præsidio esse testatur Archigenes, si ea coronetur patiens, aut si teratur cum aceto & rosaceo & illinat, aut oleo decoquatur, ac foueatur caput. Nec tantum capitis dolores sedat, sed capillos quoq̃ fluentes compescit. Radicis decoctum calidum ore retentum dentium dolores mitigat, ac mobiles firmat, orisq̃ ulceribus medetur. Ad colicos radices semicontusas in aqua ad dimidiam decoquito, & diebus quinque decoctum potandum dato: efficacissimum id esse experientia compertum est. Facit & ad calculos atq̃ ad inchoantem elephantiasim, si cum melle propinetur. Vtere itidem ad epilepticos, & ad quotidiana, quartanaue febre laborantes. Ad podagricos uerò & coxendiciū morbo affectos uino decocta exhibetur. Succi è radice expressi collutio ad fistulas commodissima est. Et si mororum liquori ac melli mixtus exuratur, & acidus illinatur, fistulas sanat. Potest etiam melle assumi, & fistula tanquam collyrium injici, ac mirum in modum prodest.

D

EX PLINIO.

Aliunt si aqua spargatur triclinio qua maduerit Verbenaca, lætiores conuictus fieri. Aduersus serpentes conteritur ex uino. Omnibus uisceribus medetur, lateribus, pulmonibus, iecinoribus, thoraci, peculiariter autem pulmonibus, & quos ab ijs phthisis tentat. Dysenterias emendat ex aqua data carentibus febre, aut ex uino aminæo cochlearibus quinque, additis in cyathis tribus uini.

EX SYMEONE SETHI.

Verbenaca recta facit ad capitis dolores & defluentes capillos inuncta. Dentiū dolores sedat, & motos atq̃ concussos cōfirmat. Oris ulcera sanat. Decoctum eius colicos & calculosos iuuat. Pota ijs qui primum elephantia laborare incipiunt, & comitali morbo affectis succurrit. Item quotidiana & quartana laborantes similiter iuuat. Podagricos uerò & coxendicis morbo captos, uulneratosq̃ illita sanat.

DE PTERIDE CAP. CCXXVI

NOMINA.

Filix.
Pteris cur dicta.



ΠΤΕΡΙΣ, ἡ πτέρων Græcis, Filix Latinis dicitur. Officinæ latino nomine utuntur. Germanicè *Waldfarr*. Pteris autem & Pterion ab alis auiū, quarum formā in ramulis disposita eius folia referunt, Græcis dicitur: pennatus enim, & pennatis folijs frutex Filix est.

GENERA.

Pteris. Duo Filicis sunt genera, mas scilicet & fœmina. Mas Græcis simpliciter *ἡρῆεις*, Latinis Filix mas, Germanis *Waldfarr mennle* dicitur. Fœmina Græcis *θηλυπτερις*, Latinis Filix fœmina, Germanis *Waldfarr weible* appellatur.

FORMA.

FILIX MAS

Waldfarn gemeinle.

dd 4





FILIX
FOEMINA

Waldfarn weible.

A

FORMA.

Filix mascula folia habet sine caule, sine flore, sine semine, ex uno pediculo cubitali longitudine exeuntia, incisa, alarum auium modo explicita, odore subgrauia. Radicem in terræ superficie foris nigram, crassam, oblongam, adnascantias appendicisue multas habentem. Ex qua siquidem descriptione satis constat hanc quam sub hoc nomine pictam damus herbam esse Filicem masculam: hæcenim neque caulem (quod enim in ea supra terram extollitur, pediculi foliorū, non caulis rationem obtinet) neque florem, neque semen habet: folia ex uno pediculo cubitali à terra statim, aut ex stipite eius exeunt, utroque latere pinnata, subgrauis odore, Radix denique illi est per summa cespitum nigra, & ut Theophrastus ait, crassa, oblonga, multis adnatis & capillamentis fibrata, atque, ut summatim dicam, omnes illi notæ adamussim respondent. Filix foemina folia priori similia obtinet, non tamen uno singulari quæ pediculo ut illa hærentia, sed adnascens ramulos multos altiores quæ habentia. Radix illi longa, obliqua, in nigro colore subflaua, aliquando uerò rubescens. Quæ descriptio iterum per omnia cum ea herba cuius picturam exhibemus ita conuenit, ut nulla prorsus sit nota quæ illi non respondeat.

*Filix mascula.**Filix foemina.*

LOCVS.

Nascuntur ubique, sed maximè in montibus, syluis & saxosis locis.

TEMPVS.

Effodiuntur Vergilijs occidentibus, hoc est, autumno.

TEMPERAMENTVM.

Amaræ sunt Filices, paululum habentes adstrictionis, ut euidentissimum sit has calefacere & exiccare posse.

B

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Filicis masculæ radix pellit latos lumbricos pondere drachmarum quatuor cum aqua mulsa pota. Melius autem si cum Scammonia, aut ueratri nigri quatuor obolis detur: ueruntamen oportet sumentes alia præsumpsisse. Lienosis ut restituantur prodest pota. Radix etiam cum axungia illita contra ictus ab harundine factos utilis est. Eius autem hæc probatio. Peribit Filix quam per ambitum copiosior harundo coronet: & contra euanescet harundo, quam obsepiens multa Filix in orbem cinxerit. Foeminae radices cum melle in eclegmate sumptæ, latos lumbricos pellunt. Cum uino autem pondere trium drachmarum pota, rotundos lumbricos eiiciunt. Mulieribus datæ sterilitatem faciunt. Et si prægnans sumat, abortum. Sicca & in farinam trita, humidis & rjs quæ difficulter sanantur ulceribus insperguntur. Medentur iumentorum ceruicibus. Folia eius nuper prodeuntia oleum modo elixa comeduntur, aluum quæ molliunt.

EX GALENO.

Filix mas radicem habet maximè utilem: latum enim lumbricum interficit, si quis eam quatuor drachmarū pondere in aqua mulsa sumpserit. Ad eundem modum foetum quidem uiuum necare, mortuum autem eiicere mirum non est. Viceribus imposita ualenter desiccandi facultatem obtinet, nō tamen mordax est. Similem ei uim habet Thelypteris nominata.

EX THEOPHRASTO.

Thelypteris seu foemina Filix, contra lumbricos uentris & latos & graciles utilis est. Contra latos quidem cum melle mixta, contra tenues autem in uino dulci cum polenta data. Quinetiam mulieri si detur, prægnanti quidem abortum: simpliciter autem foeminis sterilitatem facere affirmant.

EX PLINIO.

C

EX PLINIO.

Vfus radice in trimatu tantum, neque antè neq; postea. Pellunt interaneorum animalia. Ex his tineas cum melle, cætera ex uino dulci triduo potæ. Vtraque stomacho inutilissima. Aluum soluit, primo bilem trahens, mox aquam. Melius tineas cum Scammonij pari pondere. Radix eius duum obolorum pondere ex aqua, post unius diei abstinentiam bibitur, melle prægustato, contra rheumatismos. Neutra danda foeminis, quoniam grauidis abortum, ceteris sterilitatem facit. Farina earum ulceribus tetris inspergitur. Iumentorum quoque ceruicibus. Folia cimicem necant, serpentem non recipiunt, ideo substerni utile est in locis suspectis. Vstæ etiam fugant nidore.

APPENDIX.

Filix semine prorsus caret.

Falsum & cõmentitium haud dubiè est quicquid neoterici aliqui de Filicis semine fabulantur: quod scilicet una solstitiali nocte floreat, eademq; hora cum defloruit maturum in terram semen cadat, ideoq; nisi quispiam tunc affuerit, nec uideri florem, nec colligi semen posse, tum quia incredibilia sunt, tum quod omnes, Theophrastus scilicet, Galenus, Dioscorides, Plinius, sterilem & sine semine dixerunt. Neq; etiam medici uel Arabes uel Persæ ad magicas uanitates nati, seminis huius meminerunt. Quapropter omnia hæc agyrtarum cõmenta esse uidentur humanæ ignorantie ad quæstum impudenter illudentium, quæ certè uel una hac ratione abundè satis confutari possunt, quod cuncta illa fieri & obseruari natali nocte diui Ioannis Baptistæ præcipiunt, cum natalis ea nox & solstitialis illa duodecim dierum numero nunc inter se distent.

D DE PEUCEDANO CAP. CCXXVII

NOMINA.

Fœniculus porcinus.

Peucedanus uis de dicta.

Pinafellus.



ΕΥΚΕΔΑΝΟΣ Græcis, Peucedanus Latinis, officinis & herbarijs nostræ ætatis Fœniculus porcinus dicitur, Germanis Narstrang/Scw-fenchel/oder Schwefelwurz/quod lachryma è radice sulphuri aut thuri similis exudet. Peucedanum autem nomen inuenit à pinu, quæ Græcis πίνος dicitur, cui folio par est. Hinc posteriores Latini Pinafellum eum uocauerunt.

FORMA.

Officinari Peucedanus non est genuina.

Caulem emittit tenuem, macilentum, Fœniculo similem. Comam habet circa radicem copiosam & densam. Florem luteum, radicem foris nigram, intus albam, graui odore, crassam, liquore plenam. Hæ sanè omnes notæ, nulla prorsus reclamante, huic quam pictam exhibemus herbæ conueniunt. Officinæ, quæ non rarò adulterinas pro genuinis uendunt herbas, Peucedanum ostendunt radice non succosa, sed lignosa, nec graui odore, sed iucundo: unde satis cõstare potest uerum non esse.

LOCVS.

Gignitur in montibus opacis, potissimum in monte prope Tubingam, cui olim arx imposita fuit, in itinere uersus Rotenburgum sito.

TEMPVS.

Floret Iulio & Augusto mensibus, atque deinceps semen producit. Radix foditur exitu autumnii.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit ordine secundo iam completo; desiccatur uerò tertio iam incipiente.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radice adhuc tenera Peucedani cultello incisa liquor effunditur, profluensq; statim in umbra reponitur: in sole siquidem languescit. Facit cum colligit capitis dolores & uertigines, nisi quis antea rosaceo nares præungat, & caput irrigat. Radix assata inutilis



PEVCEDANVS

Garstrang.

C inutilis fit. Colligitur & ex caulibus & ex radice sicut è Mandragora liquor atq; succus. Minus tamen efficax succo liquor, & uelocius expirat. Interdū etiam cōcreta inuenitur lachryma thuri similis, caulibus radicibusq; adhærens. Ex aceto & rosaceo inunctus lethargicis, phreneticis, uertiginosis, comitialibus, diuturnis capitis doloribus, resolutis, ischiadicis, conuulsis: in uniuersumq; neruorū affectionib. ex oleo & aceto inungitur. Strangulatu uulua laborantes olfactus, soporeq; profundo correptos reuocat. Suffitu serpentes fugat. Aurium doloribus cum rosaceo instillatus prodest. Causis dentium erosio inditus eorundem dolores mitigat. Contra tulsim in ouo sumptus facit. Difficultati spirandi, torminibus & inflationibus subuenit. Aluum leniter mollit. Lienem minuit. Difficiles partus egregiè adiuuat. Ad uesicæ renūq; dolores & distentiones potus confert. Aperit uuluam. Radix ad eadem utilis est, sed inefficacior. Eius decoctum bibitur. Sicca trita sordida purgat ulcera, ossiumq; squamas detrahit, ueteraq; cicatrice obducit. Ceratis malagmatisq; calcificiendi uī præditis miscetur. Eligi debet recens, non cariosum, solidum, odoris plenum. Succus ad potiones amaris amygdalis, aut ruta, aut pane calido, aut anetho dissoluitur.


EX GALENO.

Peucedani radice quidē maximè, sed tamen etiam succo & liquore utimur. Sunt autē hæc omnia eiusdē specie facultatis, sed ualentior liquor, admodū exalfaciens & digerens. Quare affectibus omnibus circa neruos consistentibus conuenire creditur, tum morbis in pulmone & thorace ex crassitudine atque uiscositate humorū factis. Et intrò quidem in corpus sumpta, sed tamen etiam olfactu prosunt. Porro quod incidat atque extenuet, sæpe etiam dentium perforatorū dolores cauitati impositus protinus sedauit, quia uidelicet est tenuiū partium, & exalfactorius. **D** etiam lienes induratos iuuat, nempe incidendo, digerendo & extenuando crassos humores. Sed & radice ad hæc uti licebit, quæ & squamas ab ossibus celerrimè detrahit, quia uidelicet ualidè desiccet, minus tamen quàm succus exalfaciens. Et ulceribus malignis arida illita optimum est remedium; ipsa enim expurgat, carnem generat, & ad cicatricem perducit.

EX PLINIO.

Peucedani radices conciduntur in quaternos digitos officis cultellis, funduntq; succum in umbra, capite prius & naribus rosaceo perunctis, ne uertigo sentiat. Et alius succus inuenitur caulibus adhærens, incisisq; manat. Probatur crassitudine mellea, colore ruffo, odore suauiter graui, feruens gustu. Et hic in usu & radix, & decoctum eius pluribus medicamentis. Succo tamen efficacissimo, qui resoluitur amaris amygdalis, aut ruta, bibiturq; contra serpentes, & ex oleo perunctos tuetur. Idem pectoris doloribus subuenit. Pituitam & bilem detrahit Peucedani radix. Eadem decocta lienī & renibus prodest. Perungunt & radicē sudoris causa eliciendi, quoniam caustica uis ei est. Peucedano ad recentia uulnera tanta uis est, ut sanem ossibus extrahat. Cum semine Cupressi bibitur, si sanguis per os redditus est, fluitq; ab infernis. Strangulatus uulua nidore ustum recreat, laxanturq; suffocationes eo: sed quidam ammiscunt in uino semen Cupressi cōtritum. Potum cum coagulo uituli marini æquis portionibus comitiales sanat. Succus infantium rami-
ci, & umbilicis eminentibus inungitur. Stranguriæ cum melle medetur.

Item semine lethargici excitantur, & ut perhibent ex
euphorbio naribus tactis Peuce-
dani succo,



60t

PERSICA

Pfirsichbaum.

cc

C

NOMINA.

Persica cur
dicta.

ΠΕΡΙΚΗ μυρία Græcis, Persica mālus Latinis: antiquum nomen herbarij uulgares retinuerunt: Germanis Pfersichbaum appellatur, Persica fortè dicta, quod ex Perside primum aduecta sit,

FORMA.

Persica folijs amygdalæ maioribus constat: flore subpuniceo, pomo carnosissimo, succulento, foris lanuginoso, dura intus & scabra nuce, in qua nucleus qualis amygdalis.

LOCVS.

Pasim in hortis, uineis potissimum, nascitur. Gaudet autem aquosis.

TEMPVS.

Floret primo statim uere, fructus uerò eius autumnii ferè exitu maturefcit, celerimè marcescens.

TEMPERAMENTVM.

Persica arbor in germinibus & folijs uincens amaram qualitatem habet, ut hoc nomine calidam esse nemo dubitare possit. Fructus eius in secundo ordine frigidus & humidus existit.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Persica poma stomacho grata sunt, matura bonum faciunt aluum, cruda uerò aluum constringunt. Siccata uehementius adstringunt. Siccorum decoctum haustum stomachi & uentris fluxiones sistit.

EX GALENO.


Folia Persicæ trita & super umbilicum imposita lumbricos necant. Alioquinè etiam discutiens medicamentum est. Pomorum uerò eius succus & ueluti caro facile corrumpitur, omninoque noxam infert, quapropter haud post alios cibos ultimoque, sicut nonnulli solent, illa offerri oportet: nam in summo natantia corrumpuntur. Huius uerò, quod omnibus commune est, meminisse oportet: quæcumque uitiosis succi, quæ humida & lubrica sunt, facileque descendunt seceduntque, præ alijs comedenda esse: sic enim & ipsa celeriter subeunt, & alijs præeunt, ac quasi iter muniant. Postremo autem sumpta, unà secum alia quoque in corruptionem trahunt.

EX PLINIO VALERIANO.

Persicorum cibus est quidem stomacho inutilis, eò quod citò succus eius inacescat, & caro æque in digestionem uitietur, uerum minimè grauis, dum non diutius in intestinis moratur, & ad ima semper exitu celeri festinat. Persicorum cibus negatur à medicis membra nutrire. Sed & Galenus suadet nunquam omnino post cibum sumere, corrumpi affirmans si cibis cæteris innatent. Persicorum folia trita & imposita uentris animalia perimunt & expellunt. Eadem sicca & in puluerem trita, recentes plagas cruentorum uulnorum claudunt. Nucleus persicorum capitis dolorum oleo & aceto tritus illinitur: quamuis quidam cum solo rosaceo terere maluerint. Gummi gutta quam Persici truncus illachrymat, fluenti aluo medetur. Eadem mixta cum uino etiam in uesica lapillos frangit. Trita ex aceto impetigines reprimunt. Decocta cum croco tumores faucium mitigant. Asperam arteriarum canalem leuiorem facit. Excreantibus sanguinem miro modo subuenit. Thoracis obstrictos sinus refferat: uitia pulmonis expurgat.

APPENDIX.

Flores Persicæ saccharo conditi, instar rosarum aut uiolearum, aluum haud leuiter mouent atque subducunt.



PEPLOS

Wolffmilch.

603

cc 2

C

NOMINA.

Esula rotunda.



ΕΡΛΟΣ Græcis, Peplos Latinis, officinis & uulgo Esula rotunda, Germanis Teufelsmilch appellatur.

FORMA.

Exiguus frutex est albo liquore plenus: folijs paruis ut Rutæ, latioribus tamen. Tota eius coma dodrantalis, rotunda, humi fusa: semine sub folijs paruo & rotundo, minore quàm candidi papaueris, Radice una, ex qua totus frutex prouenit.

LOCVS.

Nascitur in hortis & uineis.

TEMPVS.

Colligitur mensesibus, siccaturq; in umbra, & continuè uertitur.

TEMPERAMENTVM.

Idem cum Tithymallis habet temperamentū, atque adeo ex quarto calefacientium ordine est.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Herba ipsa multos habet usus, radix uerò inutilis. Semen eius tusum, feruidaq; aqua madefactū reconditur. Pituitam & bilem acetabuli pondere cum hydromelitis cyathopotū ducit, Obsonijs mixta herba aluū conturbat, Conditur in muria.

EX GALENO.

Peplos frutex liquorem similem Tithymallis habet, cum in alijs, tum quia purgat ceuilli.

EX AETIO.

Pituitam ac bilem ducit acetabuli mensura cum mulsæ cyathopotū bibitum Pepli semen. Sale etiam herba maceratur, flatuq; discutit, ut Hippocrates asserit. Summo pere igitur confert flatuosis affectibus, qui in melancholia dominantur, item diuturnis lienis & uteri & coli flatibus, tumefactisq; cedematibus in abdomine.

EX PLINIO.

Semine Pepli potio aluus soluitur, bilis ac pituita detrahitur. Media potio est acetabuli mensura, in aquæ mulsæ heminis tribus. Et cibis inspergitur obsonijsq; ad molliendam aluum.

DE PILOSELLA CAP. CCXXX

NOMINA.



Pilosella unde dicta.

Von nomine ueteribus Græcis aut Latinis nominata sit hæc herba, ingenuè fateor me ignorare. Neq; enim est *μυδός* Dioscoridis. Cum itaque græco & latino nomine destitueremur, barbaro uti nobis necesse fuit, nisi planè herbam hanc uulneribus glutinandis mirè utilem, præterire uoluissimus. Herbarij itaq; nostræ ætatis à copiosis pilis quibus uestitur, Pilosellam, Germani *Wenßölin* uocant.

GENERA.

Maiores. Duo eius herbæ genera reperiuntur, in nullo ferè nisi floribus distantia. Vnum genus maioribus folijs, & quæ se à solo sustollunt, floribusq; luteis, maior Pilosella nominatur, Germanis propriè *Tagelstraut*. Alterū minoribus folijs, in terra sessilibus, floribus purpureis, & quasi in pappum euanescentibus, Germanis *Wenßölin* / oder *Wassensätlin* peculiariter appellatur. Sic etiam suam Pilosellam manu scriptus herbarius in maiorem & minorem digessit.

FORMA.

Herba est folijs in terram graminis modo sparsis, pilosis, albicantibus à terra, supernè



PILOSELLA
MAIOR.

Nagelkraut.

PILOSELLA
MINOR.

Neußerlin.



A supernè uirentibus, floribus luteis aut purpureis, radice in exilitatē multam extenuata. Ex qua descriptione sole clarius sit, eam herbam quæ à Græcis Myosotis, à *Myosotis non est Pilosella.* Latinis autem Auricula muris dicitur, non esse Pilosellam: nam, ut reliqua taceam, neque maior neque minor Pilosella cœruleum flosculum uelut Anagallis obtinet: *Auricula muris non est Pilosella.* ut non parum errant herbarij nostri temporis qui Pilosellam alio nomine Muris auriculam appellari tradunt.

LOCVS.

Nascitur utrunque genus locis montosis & collibus terrenis. Maior autem inuenitur etiam in asperis & incultis agrorum limitibus.

TEMPVS.

Maior & Iunior potissimū mense florent. Minor tamen Pilosella paulò post initia Iunij mensis disperit, & nusquam subinde inuenitur.

TEMPERAMENTVM.

Esse calidas & siccas Pilosellas gustus palam declarat: habent enim adstrictionē cum exigua quadam acrimonia coniunctam, ut hoc nomine ad purificanda ac subinde glutinanda uulnera sint mirificè utiles.

VIRESEX RECENTIORIBVS.

Ferunt foliorum farinam uulnera mirum in modum glutinare. Herbarum recentis succum exprimunt ad cohibendos quartanæ febris horrores. Eodem tingunt gladiorum aciem, ut omne ferrum aliud domet, secetq̃: ferrum enim quod huius succo cōmaduit tantam contrahere duritiam, tamq̃ magnū induere robur produnt, ut chalybis aciem respuat. Has certè omnes facultates manuscriptus herbarius Pilosellæ adscribit. Recentiores huius herbarum radicem Maior mense effossam, siccata, & in puluerem redactam, ac subinde potam, aut in cibo datam, efficacissimū esse ad uersus ramicem remedium tradunt.

DE PIMPINELLA CAP. CCXXXI.

NOMINA.



T appellata sit Græcis aut Latinis herba hæc quam hodie uulgo herbariorum & officinæ Pimpinellam uocant, nondum nobis certò scire licuit. Sunt qui Pampinulam & Bipennulam nominent. Germani *Pimpinula.* *binellen* & *Bibernellen* appellant.

GENERA.

Duū est generum Pimpinella. Vna maior, radice admodū longa, folijs multifariam scissis, Sisaro haud dissimilibus, caulibus angulosis, floribusq̃ in summo exiguis & candidis. Altera minor, caulibus rufescentibus, folijsq̃ minoribus, & non dissectis multifariam, sed ferratis tantum, aliàs priori per omnia similis.

FORMA.

Herba est folio mucronato, dissecto, aut in extremitatibus ferrato, caulibus ab eadem radice binis aut trinis, angulosis, & interdum rubentibus, in quorum summo nascuntur flores minuti & candidi, & ijs decidentibus semen exiguum Oreoselinī semini simile. Radice crassa, longa, & subrubente, acri admodum.

LOCVS.

Lucis & opacis locis minus, in pratis autem maius, affatim citra cultū erumpit.


TEMPVS.

Æstate in autumnum usque floret.

TEMPERAMENTVM.


Quum acrimoniam non exiguam in gustu præ se ferat, haud dubiè in secundo ordine calida & sicca erit, imò secundum calefaciendū ordinem excedere credibile est, & ad tertium ferè accedere.

PIMPINELLA
MAIOR.
Groß Bibinel.



PIMPINELLA
MINOR.

Klein Bibinell.



C VIRES EX RECENTIORIBVS.

*Sanguisorba nō
est Pimpinella.*

Pimpinellæ succus bibitur contra serpentium morsus. Ex uino pota calculos terit. Stranguriā etiam decocta leuat. Succus eius potus omne uenenum discutit. Aqua eius ignis uī expressa oculorū caliginem discutit. Hæ sunt facultates quas illi antiquus herbarius tribuit. Alij tradunt succum eiusdem faciei maculas detergere posse. Est autem radicis Pimpinellæ tum usus præcipuus, quum sæuientis populatim pestilentia contagia arcere conamur: unice enim uenenis aduersatur, & corpora ab hac lue uindicat, ut adfirmant, si tantum in ore teneatur. Quod certè non potest ea quam hodie Sanguisorbā uocant herba. Quare mirum in modū errant, qui hanc cum Pimpinella confundunt, ut fusius suo dicemus loco.

DE PASTORIA BURSA CAP. CCXXXII.

NOMINA.

*Bursa aut pe-
ra pastoris cur
dicta.*



QVO nomine herba quam uulgo Pastoriam bursam appellat græcis & latinis medicis dicta sit, ignorare me ingenuè fateor. Sunt qui peram etiam pastoris nominent, à folliculis in exigua uulgæ similitudinem compressis, turbinata cordis effigie. Germanis Descheltraut & Hirtenschel uocatur.

FORMA.

Herba raro pede altior, ramosa, Erucae folia habens, at minora. Flores exiguos, candidos, Semen in uulgis minutum & nigrum. Radicem candicantē & oblongā.

LOCVS.

Nascitur propter uias passim, & in parietinis.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus legitur.

TEMPERAMENTVM.

Refrigerat & adstringit.

VIRES EX RECENTIORIBVS.


Ex aceto trita collectionum inflammationes refrigerat, ac eò confluentes humores cohibet. Imponitur sacris ignibus, & quibus stomachus æstuat. Succus eius purulentis auribus infunditur. Cruenta sanat uulnera. Medetur dysentericis, sanguinem excreantibus, neque non muliebri profluuiō. Manuscriptus herbarius addit hanc sanguinem enaribus profluentem sistere mirificè posse. Herbam quoque manu tantum gestatam, mox idem efficere tradit. Quid multa? mirè efficacis est in comprimendis omnibus sanguinis eruptionibus.

DE PEDE



PASTORIA
BURSA.

Deschelkraut.



PES LEONIS

Synon.

NOMINA.



QVAM uulgus herbariorū Pedem leonis nominat, non est Dioscoridis Leontopodion, id quod descriptio satis monstrat. Quo uerò nomine Græcis & Latinis appellata sit, mihi nondum constat. Sunt ex barbaris qui Alchimillam, alij etiam qui plantam leonis nominant. Sic autem dicta, quod folia habeat instar leonini pedis lata & rotunda. Germanis *Synnarv* / *Löwentapen* / *Löwenfuß* / & *vnser frawen mantel* uocatur.

Leontopodion
Dioscoridis non
est Pes leonis her
bariorum.
Alchimilla.
Pes leonis cur
dicta.

FORMA.

Dodrantal est herba, folia lata, crispa & rotunda octo serratis incisuris distincta, non tamen ad pediculos usque, qui statim è radice exeunt, fissa habens. Flores item exiguos & luteos profert. Radicem digito crassiore, & sesquipalmo longiorem, subrubescentem.

LOCVS.

Pasim in pratis, in alto potissimum sitis, nascitur.

TEMPVS.

Maior mense erumpit, ac inter Iunij initia floret.

TEMPERAMENTVM.

Folia & radix adstrictione uehementi participant, atque adeo exiccant. Recentiores id ipsum in secundo efficere ordine tradunt.

VIRESEXRECENTIORIBVS.

Vulneribus glutinandis aptissima est. Decocto enim illius lauanti utiliter omnia uulnera. Linteam quoque in eo madefactum illis comode imponitur. Mulierum mammas impenso laxas linteam decocto eiusdem intinctum & impositum, duras solidasque efficit. Decoctum denique hoc epotum interanea uulnera, rupturasque glutinat. Et quod dictum mirum est, tanta eius plantae in glutinando uis est, ut ramices intestinorum, in pueris potissimum, sanare possit.

DE POLYGONO MARE CAP. CCXXXIII

NOMINA.



POLYGONON ῥῖζον græcè: Proserpinaca, Seminalis à seminis multitudine, & Sanguinalis à cohibendo sanguine nominatur. Officinis Corrigiola & Centumnodia. Germanice *Weggras* / *Denngras* / *Weg-dirt* appellatur. Polygonon à geniculorum frequentia, & multitudine dictum est.

Seminalis eia
dicta.
Sanguinalis.
Corrigiola.
Centumnodia.

FORMA.

Herba est ramis tenuibus, teneribus, copiosis, geniculis intersectis, in terra graminis modo repentibus. Folijs Rutæ similibus, longioribus tamen, iuxta singula folia semine, unde masculum uocatur. Flore albo aut puniceo.

LOCVS.

Nascitur pasim, quotidieque pedibus conculcatur, sua sponte in aggeribus & semitis proueniens.

TEMPVS.

Æstate floret, quo etiam tempore legitur.

TEMPERAMENTVM.


Vti adstrictione quandam obtinet Polygonum, ita sanè uincit in eo aqueum frigidum, ut uidelicet secundi sit ordinis medicaminum refrigerantium, aut etiam quodammodo in initio tertij. Est etiam exiccatorium.

VIRESEXDIOSCORIDE.

Vim habet adstringendi & refrigerandi succus Polygoni potus. Prodest sanguini

ff

nem ex-



POLYGONVM
MAS.

Weggras.

A nem expuentibus, & alui defluxionibus, cholericis & urinæ stillicidio. Urinā enim euidenter ducit. Cum uino potus uenenatorū morsibus auxiliatur. Valet etiam ad febrium circuitus una hora ante accessiōē sumptus. Muliebri profluuiū appositus sistit. Aurium doloribus, & purulentis auribus instillatus confert. Cum uino decoctus melle adiecto, eximie ad genitalium ulcera facit. Folia contra stomachi ardorem, sanguinis reiectionem, herpetas, ignes sacros, inflammationes, cedemata, & uulnera recentia illinuntur.

EX GALENO.

Polygonū ijs sanè quibus stomachus æstu feruet extrinsecus illitum auxiliatur: ueluti etiam ignes sacros & calidas phlegmonas iuuat. Porro tale cum sit, & fluxiones reprimat, & hac ratione uidetur exiccatorium esse. Quare cum herpetum, tum ulcerum, aliorumq; bonum est remedium: efficacissimū autem inflammatione & fluxione laborantium partium. Est & cruentorum uulnery glutinatoriū. Sed & aurium ulceribus prodest; & si uel satis puris insit, hoc tamen etiam desiccet. Eisdem ob facultates & muliebri profluuiū, & dysenteria, & sanguinis eiectiones, & undecunque aliunde immoderatiores impetus sistit. Refert Dioscorides quod & urinam protocet exhibitum stillicidio affectis. Non tamen affectum exactè discriminat in quo dari ipsum expediat.

EX PLINIO.

B Succus eius infusus naribus supprimit sanguinem, & potus cum uino, cuiuslibet partis profluuiū excreationesq; cruentas inhihet. Vis eius spissare ac refrigerare. Semen aluum largius sumptum soluit, urinam ciet, rheumatismos cohibet: qui si non fuere, non prodest. Stomachi feruori folia imponuntur. Vesicæ dolori illinuntur, & ignibus sacris. Succus & auribus purulentis instillatur, & oculorū dolori per se. Dabatur & in febribus ante accessiones, duobus cyathis in tertianis quartanisue præcipue. Item cholericis, dysentericis, & in solutione stomachi.

DE PEGANO CAP. CCXXXV

NOMINA.



HTANON καπνιδιον græcè, Ruta hortensis latinè: officinæ retinuerunt nomen latinum: Xauten & Weintrauten germanicè uocatur. Peganon Græci, Plutarcho libro tertio sui symposij teste, à facultate, quod calore siccitateq; genituram coagulare, dixerunt: πηγνυδαι enim coagulare, & quasi in glaciem contrahere est. Hinc uterum gestantibus inimica etiam coronis inserta putatur.

Peganon utide
dictum.

FORMA.

Frutex est Ruta hortensis grauissimi odoris, semper ferè uirens: folio exiguo, penè rotundo, cæsi coloris, denso, surculosis ramis: flore luteo, angulosis calycibus, in quibus semen album continetur.

LOCVS.

Prouenit passim in hortis, amat aprica & sicca loca.

TEMPVS.


Floret æstate, semen autem Autumno maturescit, quo etiam tempore carpendum uenit.

TEMPERAMENTVM.

Gustū non solum acri, sed & amaro est, ex tertio ordine excalfacientium, & strenuè desiccantium.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vrit, calfacit, exulcerat, urinam mouet, menstruaque ducit. Aluum sistit pota
ff 2 & co.



RUTA HOR
TENSIS.

Weinraut.

A & comesta. Letalium uenenorū antidotum est, si semen acetabuli mensura in uino bibatur. Folia per se ante cibum sumpta, & cum nucibus iuglandibus, aridisq; ficis, inefficacia uenena reddunt. Contra serpentes similiter sumpta prosunt. Geniturā tam in cibo quā in potu extinguit. Coctum cum anetho sicco, tormina sistit. Facit etiā ad lateris thoracisq; dolores, difficultatē spirandi, tussis, pulmonis inflammationem, coxendicum, articularumq; cruciatus, rigores circuitibus certis repetentiū febrium, uti prādictū est, pota. Ad inflationes coli, uteri & recti intestini, decocta cum oleo & infusa. Vuluæ strangulatu liberat trita cum melle, si à genitali usq; ad sedem imponatur. Feruēfacta cum oleo & pota, lumbricos excutit. Articularū doloribus cum melle, aque inter cutem, quæ hypofarca dicitur, cum ficis illinitur. Eisdem pota auxiliatur, in uino decocta ad dimidias partes, & si ea abstergantur. Cruda, saleq; condita ac comesta, uisus aciem exacuit, & oculorū dolores cum polenta illita sedat. Cum rosaceo & aceto capitis doloribus succurrit. Sanguinis narium profluvia trita & imposita sistit. Testium inflammationibus cum Lauri folijs illita, & exanthematis cum myrto & cerato prodest. Cum uino autem, pipere & nitro conficta, albæ uirilgini medetur. Cum iisdem illita thymos & myrmecias tollit. Cum melle & alumine imposita lichenibus prodest. Succus in malicorio calfactus & instillatus aurium doloribus succurrit. Oculorū hebetudinibus cum succo Fœniculi & melle inunctus subuenit. Ignes sacros, herpes & achores cum aceto, cerussa & rosaceo inunctus sanat. Ceparum & alliorum acrimoniam cōmanducata domat.

EX GALENO.

Ruta incidere atque digerere crassos lentosq; humores potest. Ob eam autem uim & urinas mouet. Quinetiā tenuium est partiū, flatusq; extinguit. Quare ad inflationes prodest, ac Veneris appetitum cohibet. Discutit atq; exiccat strenuē: est enim ex eorum medicamentorū numero quæ ualenter exiccant.

EX PLINIO.

Quęcunq; Ruta & per se pro antidoto ualet, folijs tritis & ex uino sumptis. Contra aconitū maximē & ixiā. Item fungos, siue in potu detur, siue in cibo. Simili modo contra serpentū ictus, utpote quū mustelæ dimicaturæ cum his, Rutam prius edendo se muniant. Valent & cōtra scorpionū ictus, & araneorū, apum, crabronū, uesparū aculeos, & cantharidas, ac salamandras, canisue rabiosi morsus, acetabuli mensura si succus ē uino bibitur, & folia trita uel cōmanducata imponunt cum melle & sale, uel cum aceto & pice decocta. Succo uerò perunctos, aut etiā habentes, negant feriri ab his maleficijs. Serpentesq; si uratur Ruta, nidorem fugere. Efficacissima tamen est syluestris radix cum uino sumpta: eandem adijciunt efficaciorē esse sub diopotam. Pythagoras oculis noxiam putauit falso, quoniam sculptores & pictores hoc cibo utuntur oculorū causa. Cum pane quoq; uel nasturtio satiuæ atq; syluestris propter uisum. Vt aiunt, multi succo eius cum melle attrito inuncti discusserunt caligines, uel cum lacte mulieris puerum enixæ, uel puro succo angulis oculorū tactis. Epiphoras cum polenta imposito. Lenit autem capitis dolores pota cum uino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si uerò sint cephalæa, cum farina hordeacea, uel aceto. Eadem cruditates discutit, mox inflationes, dolores stomachi ueteres. Vuluas aperit, corrigitq; conuersas, illita in melle roto uentre & pectore. Hydropticis cum ficu, & decocta ad dimidias partes, potaq; ex uino. Sic bibitur & ad pectoris dolores laterumq;, & lumborū, tussis, suspiria: pulmonū, iecinorū, renum uitia: horrores frigidos. Ad ctāpula grauedines decoquuntur folia poturis. Et in cibo uel cruda uel decocta conditæue prodest. Item torminibus in Hyssopo decocta, & cum uino. Sic & sanguinem sistit interiorem, & narium, indita: sic & collutis dentibus prodest. Auribus quoque in dolore succus infunditur, custodito ut diximus modo. E syluestri uerò contra tarditatē & sonitum cum rosaceo, uel cum lau-

reo oleo, aut cumino & melle. Succus & phreneticis ex aceto tritæ instillatur in tempora & cerebrum. Adiecerunt aliqui & Serpyllum, & Laurum, illinentes capita & colla. Dederunt & lethargicis ex aceto olfaciendū. Dederunt & comitialibus bibendum decoctæ succum in cyathis quatuor ante accessiones, quarum frigus intolerabile est. Alsiolisq; crudam dari in cibo. Vrinam quoque uel cruentam pellit. Feciminarū etiam purgationes, secundasq; etiam emortuos partus, ut Hippocrati uidetur, ex uino dulci nigro pota. Itaque illitam & uuluarum causa etiam suffire iubet. Diodes & cardiacis imponit ex aceto & melle cum farina hordeacea. Et contra ileum decoctæ farina in oleo, & uelleribus collecta. Multi uerò & contra purulentas excreationes sicæ drachmas duas, sulphuris unam & dimidiam sumi censent. Et contra cruentas, ramos tres in uino decoctos. Datur & dysentericis cum caseo in uino contrita. Dederunt & cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum. Ex alto laplis seminis tres uncias, ex olei libra, uiniq; sextario. Illinitur cum oleo coctis folijs partibus quas frigus adusserit. Si urinam mouet, ut Hippocrati uidetur, mirum est quosdam dare uelut inhibentem potui contra incontinentiā urinæ. Psoras & lepras cū melle & alumine illita emendat. Item uitilignes uel rugas, strumas, & similia, cum hircino & adipe suillo, ac taurino seuo. Item ignem sacrum ex aceto & oleo, uel psimmythio. Carbunculum ex aceto. Nonnulli laserpitii unā illini iubent, sine quo epinyctidas pustulas curant. Imponunt & mammis turgentibus decoctam, & pituitæ eruptionibus cum cera. Testium uerò epiphoris cum ramis lauræ teneris, adeò peculiari in uisceribus his effectu, ut syluestri Ruta cum axungia ueteri illitos ramices sanari prodant. Fracta quoque membra semine trito cum cera imposito. Radix Rutæ sanguinem oculis suffusum, & in toto corpore cicatrices aut maculas illita emendat. Ex reliquis quoque quæ traduntur, mirum est, cum feruentem Rutæ naturam esse conueniat, fasciculum eius in rosaceo decoctum addita uncia aloës, perunctis sudorē reprimere. Itemq; generationes impediri hoc cibo, ideo profluuiio genitali datur, & Venerē crebrò per somnia imaginantibus. Præcauendum est grauidis, abstineant hoc cibo, necari enim partus inuenio. Eadem ex omnibus satis quadrupedū quoq; morbis in maximo usu est, siue difficilē spirantibus, siue contra maleficorum animalium ictus, infusa per nares ex uino: aut si sanguisugam exhauserit, ex aceto, & quocunque in simili morborum genere, ut in homine temperato.

EX SYMEONE SETHI.

Incidit crassos & tenaces humores, perq; urinam uacuat, & ad inflationes conducit, appetentiamq; Veneris compescit, ac strenuē exiccat. Ad inflatas aquas inter ceterum, & anasarcam, morfos à uipera, succum Papaueris aut aconitum bibentes, colicosq; pota & iniecta. Traditur quod comesta uisum acuet, ob id antiqui pictores hanc alsiduē degustabant. Nonnulli & succum eius melli cōmiscentes, medicamentum ad oculorū aciem acuendam cōficiunt. Succurrit difficultati urinæ si cum oleo coquatur, & ea uesica foueatur. Item difficulter spirantes cum melle data, confestim iuuat. Lethargicis pota, & per clysteres iniecta remedium fit. Intestina corroborat, non solum caliditate, sed proprietate quadā. Fertur etiam quod si prægnans mulier ex eius succo bibat, abortiat. Et si in dies quindecim folia assumat, idem facit. Obstructiones iecoris & lienis tollit. Si ieiunus quisquam ipsam assumpserit, eo die à ueneno non lædetur.



POTENTILLA

Genseric.

Potentilla.
Tanacetum syl-
uestre.



VO nomine Græci & Latini hanc herbam appellarint, à nullo, quod sciam, adhuc proditum est. Recentiores herbarij Potentillam, aliqui ob similitudinē Agrimoniam & Tanacetum sylvestre nuncupant. Germani, quod herba illa anseres in cibo delectentur, *Genferich* uocant.

FORMA.

Herba Eupatorio, quod Agrimoniam hodie uocant, haud dissimilis. Caules ex una radice multos profert, humi stratos. Folia Eupatorio similia, supernè uiridia, infernè candicantia. Flores luteos singulari pediculo pendentes. Radicē extrinsecus rufescentem, intus candidam.

LOCVS.

Nascitur passim circa semitas & loca aquosa, atque in fluuiorum ripis ac marginibus.

TEMPVS.

Æstate floret, quo etiam tempore legi debet.

TEMPERAMENTVM.

Potentilla nō est
humida.

Quum folia eius & radix adstringant, temperamento à Pentaphyllo seu Quinquefolio nihil differre uidetur. Quare hæc, potissimum autem eius radix, ex tertio ordine desiccatoria est, minimumq; euidentis caliditatis habet. Errant itaq; mirum in modum recentiores, qui hanc humidam esse statuunt, nulla alia moti ratione quàm quod in humidis locis proueniat: quasi uerò Nasturtium aquaticum, quod Silybrium cardamine Dioscoridi uocatur, haud obstante quod in aquosis nascitur, non etiam in tertio desiccat ordine. Debuisset certè illos ab hac sententia deterere non leuis illa adstrictio, quæ certissimus est siccitatis index: adstringentia enim, Galeno libro quarto de simpli. medicament. facult. capite sexto teste, terrena sunt & crassa corporis consistentia, atque adeo sicca.

VIRE S.

Herbarij Potens-
tillam cum Tan-
ceto confuderūt.

Recentiores Potentillā fluxionibus & puncturis oculorū prodesse, recentia uulnera glutinare, & exedentia sanare, mulierū menstrua cōpescere, artus & membra cōfirmare, rectè tradunt: nam id ipsum posse, adstrictio, quæ in hac herba haud modica est, abundè docet. Et cum habeat Quinquefolij temperamentū, eius etiam facultates obtineat necesse est. Dentiū itaq; dolorē finit. Exedentia oris ulcera sanat. Dysentericis & alui profluuijs, coxendicis articularumq; doloribus subuenit. Sanguinis eruptiones sistit, aliaq; potest quæ à Dioscoride Quinquefolio tribuuntur. Quod uerò adiiciunt hanc etiā lumbricos exterminare posse, id minus rectè faciūt. Ea siquidem facultas non huic, sed illi inest herbæ quæ uerè Tanacetū dicitur, quæ

quidem est tertia, ut suo diximus loco, Artemisiæ species. Proinde non sine magno errore, Potentillam cum ea quæ propriè Tanacetum uocatur herba confuderunt.



PRUNELLA

Braunellen.

C

NOMINA.

Prunella.



ONDVM nobis constat quo nomine hæc herba ueteribus tum Græcis tum Latinis appellata sit. Vulgus tamen medicorū & herbariorū Prunellam nominant. Germani *Braunellen* oder *Gortheyl*.

FORMA.

Caules habet in medio striatos, pingues & hirsutos; folia Ocimo similia, coloris herbagei, & acuminata. Flores in summis caulibus spicatos, Lauandulæ uocatæ herbæ non dissimiles. Radicem tenuem, multis capillamentis fibratam.

LOCVS.

Nascitur passim in pratis.

TEMPVS.

Maior & Iunior mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse constat, id quod ex gustu patet; glutinosa enim admodū, & modicè amara est.

VIREs.

Vulnerariam esse herbam euidentissimū est. Succum eius cum aceto & rosaceo mixtum, uehementes capitis dolores sedare recentiores uno consensu tradunt, si tempora ex eo inungantur, Aphthas & oris ulcera, fauciumq; uitia succus eiusdem sanat.

DE PENTAPHYLLO CAP. CCXXXVIII

D

NOMINA.

Quinquefolium
unde dictum.



ΠΕΝΤΑΦΥΛΛΟΝ Græcis, Quinquefoliū Latinis & officinis, Germanis *Sünssfingertraut* oder *Sünssblatt* appellatur. Nomen à numero foliorū habet; in unoquoq; enim pediculo quinque esse deprehendunt.

GENERA.

Maius Pentaphyllum.

Et si Dioscorides unum duntaxat Pentaphylli genus faciat, tamē nos ad nostras respicientes terras tria eius genera in uniuersum produximus. Vnū quod maius appellauimus, prorsus ad Dioscoridis picturā accedēs, ut hoc nomine uerū esse Quinquefoliū putemus. Estq; duū generū; unum quod pallidos seu candidos flores obtinēt, hinc est quod Quinquefoliū maius candidum appellauerimus, Germanicè *groß weiß Sünssfingertraut*. Alterum floribus ornatur auri colorē emulantibus, seu luteis. Nos ut discernemus à priori, Quinquefoliū maius luteum nominauimus. Dioscorides etiā hæc duo genera innuere uidetur, cum inquit florem habere uel candidum uel auri æmulū. Tertiū minus diximus, quod priori haud dissimile est, non tamen passim ut illud quinque folia obtinens. Hoc, cum non haberemus aliud nomen quo ipsum appellaremus, inter Quinquefolij genera connumerare placuit. Videtur uerò Hippocrates etiam duo Quinquefolij genera nouisse, unū humilior, alterū procerius, ut hoc nomine nobis etiā liceat minus & maius statuere.

Minus.

FORMA.

Maius Quinquefolium est uerum Pentaphyllum.

Ramulos habet festucarū instar graciles, dodrantales, & in ijs semen. Folia Menthe similia, in singulis pediculis quina, rarè plura, per ambitum serræ modo incisa; florem in candido pallidum, auri æmulū. Radicem subrubrā, oblongam, Elleboro nigro crassiorē. Ex qua sanè descriptione omnibus liquet, maius Quinquefoliū esse legitimum. Ex una siquidem radice subrubra & oblonga, ramulos profert tenues, ac prorsus festucaceos, & in ijs semen, folia Menthe, quina in singulis pediculis, per ambitum serræ modo crenata, florem luteum, aut aureum. Quibus accedūt naturalis locus (in riguis enim nascitur) & immensa adstringendi facultas; quæ quidem singula ue-



QVINQVEFOLIUM
MAIVS CANDIDVM.

Grosß weiß Fünffingerkraut.

624

QVINQVEFOLIVM
MAIVS LVTEVM.

Groß Fünffingerkraut.





QVINQVEFO
LIVM MINVS.

Klein Fünffingerkraut.

C gula uerum esse Quinquefoliū docent. Adeoq̃ mirari satis non possum, cur non nulli adulterina hæc esse Pentaphylla sibi persuaferint.

LOCVS.

Prouenit aquosis locis, & iuxta aquæ ductus. Interdum etiam in incultis, siccis & arcnosis locis.

TEMPVS.

Floret Maio & Iunio mensibus potissimum.

TEMPERAMENTVM.

Vtriusq̃ certè folia, flores & radices uehementer adstringunt: atque adeo, ut Galenus ait, radix, cuius multus est usus, ex tertio est ordine desiccantiū, minimum habens euidentis caliditatis.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radicis Quinquefolij decoctum ad tertias depressum deductū muc, si in ore retineatur, dentium dolores sedat. Putrescentia oris ulcera collutione sistit. Arteriæ asperitates gargarizatum emendat. Contra alui profluvia, & dysenterias auxiliatur. Item articulorū & coxendicū dolores potum sanat. Cocta in aceto & illita, herpetas cohibet. Strumas discutit, duritias, œdemata, aneurysmata, abscessus, erysipelata, digitorum pterygia, condylomata, scabiesq̃ sanat. Teneræ radicis succus, contra iecinoris pulmonisq̃ affectiones & uenena prodest. Folia cum hydromelite, aut uino diluto, & exiguo pipere, contra febrium circuitus bibuntur: in quartana quidem quaternorū ramulorum folia, in tertiana uerò trium, in quotidiana unius. Tricenis diebus pota comitali morbo medentur. Succus foliorū per dies aliquot triū cyathorū mensura potus, celeriter regiū morbum sanat. Vulneribus ac fistulis cum sale & melle illita medentur. Enterocelcis, id est, intestinorum ramice laboranti-
D bus succurrunt. Sanguinis eruptiones potum & illitum Quinquefoliū sistit. Inciditur ad expiationes lustrationesue, sanguinis profluvia & castimonias.


EX GALENO.

Pentaphylli radix desiccatur uehementer, minimum uerò acris est: quare in multo est usu, uelut alia quoque omnia, quæ quum sint tenuium partium, citra morsum desiccant.

EX PLINIO.

Quinquefoliū adhibetur purgandis domibus. Strumis medetur, & pectoris uitij. Idem ischiadicis bibitur & imponitur. Panos sanat. Impositū articulis utilissimum. Fistulis quæ in omni parte serpunt auxilio est cum sale & melle. Phalangio aduersatur, lichenas emendat. Succus de Quinquefolio potus cyathis tribus angine medetur. Idem iecinoris & pulmonis uitij, sanguinemq̃ reiicientibus, cuiuscunq̃ sanguinis uitio intus occurrit. Multi supra omnia laudant ad deploratos dysentericos Quinquefoliū, decoctis in lacte radicibus & potis. Item decoctum ad tertias in uino ictericis dari atq̃ illini utilissimū est. Eius folia ex aqua comitiales sanant. Item contrita ex uino sumpta triginta diebus in betonica farinæ pondo denariorū tredecim cum acetī scillitici cyatho, comitalibus morbis liberant. Celerrimè suc-

cus regio morbo medetur, tribus cyathis cum sale & melle potus. Quinquefolij folia quidam terna tertianis dedere, quaterna quartanis, plura cæteris, omnibus obolis tribus cum pipere ex aqua mulla.



PISUM
Grosß Erbs.

C

NOMINA.

Pisum quare
dictum.

ISON, ἰσών græcè, Pisum latinè dicitur. Officinis hoc nomine notum. Germanicè Erbs/oder Erweyssen. Sic autem à Pisa loco in quo olim copiosissimè nascebatur, nominatum est.

GENERA.

Duo apud nos genera Pisorum reperiuntur. Vnum in aruīs caducū, humi serpens, quod genus Germani Klein feld Erweyssen nominant. Huius, utpote uulgaris, picturam haud damus. Alterum in altum scandit, arboribus aut palis quibus accubet adfixis, quibus sese capreolis uinciens illigat. Hoc Germani groß garten Erweyssen uocant. Genus hoc pictum exhibemus.

FORMA.

Caules in terram spargit concauos, ramososq; prætenui furculo: folio frequentī præter cæterorū morem longiusculo: flore papilionis forma, circa umbilicum purpureo: siliqua oblonga seu cylindracea: granis rotundis, & ut Plinius lib. xviij. capite xij. ait, angulos multos inæquales habentibus; radice imbecilla: ut mirari satis non possim, unde plerisq; suspicio orta sit, ut Pisum nostrum legitimum esse dubitauerint. Scio autē esse qui legumen hoc quod hodie passim Pisum appellatur, putent esse Cicer arietinū, quod scilicet ualuulæ seu siliquæ eius cornu arietini formā habeant. Quorum certè sententiam probare non possum, quod, Plinio teste, Cicer arietinū sic non sit dictum quia ualuulæ effigiē arietini cornu exprimant, sed quia legumen ipsum seu granum Ciceris arietino capiti simile sit. Eam autem formā legumen hoc quod Pisum nominamus non refert.

LOCVS.

Apricis gaudet locis, frigorū nancq; impatientissimū. Tepidum itaque locum, & cœlum frequentis humoris desiderat.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus floret, & subinde etiā semina in italuuilis profert.

TEMPERAMENTVM.

Quū Pisum simile quid tota substantia cum faba, ut testatur Galenus, obtineat, necesse est ut non multum à medio temperamento in refrigerando & exiccando recedat.

VIRESEXGALENO.

Simile quid tota substantia cum fabis obtinent Pisa, nec alio quā illæ modo manduntur. In duobus autem euariant. Non enim similiter ac fabæ inflant, nec abstergendī facultatē habent, ideoq; segnius quā illæ per aluum secedunt.

EXPAVLO.

Pisum molle quidem & laxum est, non tamen adeò inflat.

DE POLYTRICHO APVLEIANO

CAP. CCXL.

NOMINA.

Polytrichū Apu-
leij cur dictum.

ON temerè adiectū est Apuleij, ne scilicet quispiam Dioscoridis & aliorum Græcorum intelligeret Polytrichon, quod sanè forma ab eo quod nunc describimus alienissimū est. Germanicè à colore aureo quam habet, guldiner Widerthon uocatur. Officinis incognita est hæc herba. Polytrichon dicta est à ramulis, qui capillorum instar tenues sunt.

GENERA.

G E N E R A.

Duo Polytrichi Apuleiani damus genera. Vnum maius, alterum minus: neque enim differunt nisi sola magnitudine.

F O R M A.

Ramulos habet capillorum instar tenues, colore aurum referentes, circumque hos folia multa capillacea, in summo capitula lentis aquaticae ferè forma, eiusdem cum ramulis coloris.

L O C V S.

Maius nascitur in pratis humidis & uliginosis. Minus in petris ac muris humidis.

T E M P V S.

Menſe Iulio utrunque reperitur.

T E M P E R A M E N T V M.

In caliditate & frigidityte ſymmetra ſunt: deſiccant tamen, extenuant & digerunt.

V I R E S.

Decoctum eorundem in aqua aut lixiua capillorum radices firmat, ideoque in alopecia caput glabrum capillis uestit. Potum, viscosorum crassorumque è thorace pulmoneque excreationibus non mediocriter confert: lapides frangit, & urinas ducit. Morbo regio correptis & lienosis auxiliatur. Strumas discutit, & in summa eadem quae Adiantum potest. Recentiores superstitione quadam ducti, illis multa ridicula & incredibilia tribuunt.

Maius Polytrichum Apuleij.

Das groß guldin Widerthon.



Minus Polytrichum Apuleij.

Das klein guldin Widerthon.





PERSICARIA

Höhkraut.

NOMINA.



ON clām me est quā uariē à multis diuinatum sit, quo nomine Persicaria uocata ueterib. sit. Sed mea quidē sententiā, in uniuersum omnes coniecturis usi non satis firmis, decepti sunt. Et ego quidem fateor ingenuē, nec mihi constare num à ueteribus descripta sit, tantum abest ut scire queam quo illam appellauerint nomine. Vulgus herbariorū uno consensu hodie, quod folia Persicæ habeat, Persicariā nominant, Germani *Glöhkraut*.

Persicaria.

Persicaria unde dicta.

FORMA.

Folia Persicæ arboris habet, fusca in medio macula plumbaginēue; caule geniculato, rubente, longo; flore spicaceo, primū candido, dehinc purpureo; semine minuto, radice lutea, numerosa.

LOCVS.

In humidis & palustribus locis frequentius prouenit.

TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus floribus ornatur.

TEMPERAMENTVM.

Frigidam & admodum siccam esse gustus abundē monstrat; mirificē enim gustata adstringit.

VIRE S.

Vulnerariam herbam esse temperamentū eius satis docet. Recte itaq; iuniores medici in uulneribus, & maximē fistulis curandis utuntur. Vtilis haud dubiē in dysenteria, alijsq; malis quæ refrigerationē & adstrictionem requirunt.

DE PERFOLIATA CAP. CCXLII

NOMINA.



Nhæc herba ueteribus cognita fuerit Græcis & Latinis, affirmare certō non possum. Ego planē Cotyledonem putarem Dioscoridis, nisi radix in diuersam me traheret sententiā, quæ oliuæ instar rotunda non est. Hodie tamen, quod caulis eius singula folia dissecat atq; penetrat, Perfoliata ab omnibus appellatur. Germanicē *Durchwachß* & *Bruchwurß* dicitur.

Perfoliata cuius dicta.

FORMA.

Caulis illi rotundus, rubescens, folia singula penetrans, quæ Pisorum folijs haud dissimilia sunt, tenuia admodum & glabra. In summo coliculorum capitula, & in ijs flores lutei, & semina formam ferē Tithymalli, quam uulgo Esulam nominant, præferentia. Radix candida, fibris capillata.

LOCVS.

Nascitur in hortis sata, & interdum sua sponte in arenosis locis prouenit.

TEMPVS.

Floret Iulio mense, & subinde semina producit.

TEMPERAMENTVM.

Amara modicē est & adstringit, ut hinc colligi liceat calidam & siccam esse.


VIRE S.

Vulneribus & ulceribus tam externis quā internis curandis aptissima est herba: hæc enim glutinat. Valet autem potissimum ad ramices puerorum sanandos. Auxiliatur etiā exulcerationibus & prominentijs umbilici. Plurimus huius apud chirurgos usus.

632

PERFOLIATVM

Durchwachs.



NOMINA.



PASION Græcis, Porrum Latinis & officinis, Germanis Lauch appellatur. Porrum autem dictum putant, quod porrò eat, & longè lateq; grassetur.

Porrum unde dictum.

GENERA.

Porri duo genera signauit antiquitas. Vnum capitatum, sic nòminatum quod eius radix in caput increseat atque extuberet. Alterum sectium, cui frondens coma super terram eminens aufertur amputatùrue. Hoc Germani pulchrè ad nomen latinum alludentes, Schmittlauch nominant, & Bryßlauch.

Capitatum Porrum.
Sectium.

FORMA.

Capitatũ simplici capite ex albæ ceruicis angustijs extuberante constat, fronde super terram carinata, & in angulum oblonga. Sectiuo uerò caulis est longus, intus cauus, multis in uertice floribus acervatim collectis, & in speciè absoluti orbis conglomeratis, id quod in bimo accidit: quod etiam sementescit, sparso per eius cacumen semine, & emoritur. Radix candicans, crassa, multis fibris capillata, ac tunicis quibusdam uestita.

LOCVS.

Læto solo gaudet, odit rigua.

TEMPVS.

Duodecimesimo die à satù prorumpit, bimatumq; perfert.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit & extenuat perinde atque cepa, ut ex eius facultatibus euidentius innotescet. Symeon Sethi calidum & siccum in secundo facit ordine.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Porrum capitatum inflationē facit. Noxium succum creat, difficilia insomnia parit. Vrinam ciet. Aluo accōmodum. Extenuat. Oculorum obscuritatē facit. Menses pellit, uescicam exulceratā, renesq; lædit. Cum ptisana uerò coctum & comestũ, ea quæ in thorace sunt educit. Coma eius in aqua maris & aceto cocta, in defelsionibus ad præclusiones uuluar & duritias, utilis habetur. Vna & altera aqua coctũ, aut aqua frigida maceratum, dulcescit, & multò minus inflat. Semen acrius est, & quandam adstrictoriā uim habet. Quare succus eius cum aceto, addito thure aut manna, sanguinem, maximè è naribus prorumpentē, sistit. Venerē stimulat. Contra omnia thoracis uitia pro delinctu efficax est, & ad tabem comestũ. Purgat etiam arteriam. Sed si asiduè estur, uisus obscuritatē inducit. Stomacho aduersatur. Succus ex melle potus, contra bestiarũ morsus auxilio est. Idem quoque illitus potest. Cum aceto, thure & lacte, aut rosaceo instillatus, aurium doloribus & sonitui prodest. Varos tollunt folia, cum rhoë obsoniorum illita, Epinyctidi medentur. Cruetas ex sale illita rumpunt. Veteres sanguinis reiectiones cohibent seminis drachmæ binæ cum æquali baccarum Myrti pondere potæ.

EX GALENO.

Corpus calefacit, & crassos in eo humores extenuat, glutinososq; incidit. Bis tamen aut ter in aqua decoctum, acrimonia spoliatur: quanquam ne sic quidẽm uim perdit extenuandi.

EX AETIO.

Porri capitatũ acris saporis ueluti & cepe sunt, cuius ratione corpus calefaciunt, crassosq; humores attenuant, ac lentos incidunt, urinam prouocant, sanguinẽ purgant. Præstantissimus usus eorum qui bis coquuntur: ita enim acrimoniam depouunt, neque amplius deprauatum succum retinent.


EX PAVLO.

Porrũ mali succi est & acre. Ut autẽ Dioscorides ait, grauiam facit insomnia, aluũq; bonam, urinã cit & extenuat. Habet & abstergendi uim aliquã, cum ptisana: siquidem

PORRVM CA
PITATVM,

Lauch.





PORRVM SE-
CTIVM.

Schnittlauch.

C dem coctum, ea quæ in thorace sunt educit. Semen uerò eius nephriticis miscetur medicamentis. Folia etiam nonnihil adstringunt, ob eamque causam succus ipsorum sanguinem supprimit.

EX PLINIO.

Porro sectiuo profluuiâ sanguinis sisti in naribus, contrito eo obturatis, uel gal. læ mixto, aut menthæ. Item ex abortu profluuiâ, potio succo cum lacte mulierum. Tussi etiam ueteri, ac pectoris & pulmonis uitijis medetur. Illitis folijs sanantur am. busta, epinyctides: ita uocatur ulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetim humor emanans. Quidam eodem nomine appellât pustulas liuentes, ac noctibus inquietantes. Et alia ulcera cum melle trito. Vel bestiarum morsus ex aceto. Item ser. pentium. Aurium uerò uitia cum felle caprino, uel pari mensura mulsi. Stridores cum lacte mulieris. Capitis dolores, si in nares fundatur, dormiturusue in aurem, duobus succi cochlearibus, uno mellis. Succus & ad serpentium scorpionumque ictus in potu bibitur cum mero, & ad lumborum dolores cum uini hemina potus. Sanguinem uerò excreantibus & phthisicis, destillationibus longis, uel succus, uel ex ipso cibis prodest. Item morbo regio, uel hydropicis. Et ad renum dolores, cum ptisanæ succo acetabuli mensura. Idem modus cum melle, uulvas purgat. Tostus uerò editur & contra fungorum uenena, imponitur & uulneribus. Venerem stimulat, sitim sedat, ebrietatē discutit. Sed oculorum aciem hebetare traditur, inflationē quoque facere, quæ tamen stomacho non noceat, uentremque molliat. Capitato maior est ad eadem effectus. Sanguinem reiicientibus succus eius cum caule aut thuris farina, uel acacia datur. Hippocrates & sine alia mixtura dari iubet, uulvasque contractas aperiri putat. Fecunditatē etiam fœminarum hoc cibo augeri. Contritum ex melle ulcera purgare. Tussim & destillationes thoracis. Pulmonis & arteriæ sanat

D uitia, datum in forbitione ptisanæ: uel crudum, præter capita, sine pane, ita ut alternis diebus sumatur: uel si purulenta excreentur. Sic uoci uel Veneri, somnoque multum confert. Capita bis aqua mutata cocta, aluum sistunt, & inflationes ueteres. Cortex decoctus illitusque, inficit canos.

EX SYMEONE SETHI.

Vrinam cit, & mali succi est. Assiduè comestum uisus hebetudinē efficit. Difficilia inuehit somnia, & stomacho nocet. Semen genitale calefacit, & capitis dolores excitat. Iecur, renes & uesicam lædit. Confert ad hæmorrhoidas. Bis uerò aqua coctum, & aceto, garo & oleo, cuminoque conditum, salubre est ijs qui frigido sunt stomacho.

DE PULMONARIA CAP. CCXLIII.

NOMINA.

*Pulmonaria cur
nominata.*



Vt ueteribus Græcis & Latinis nominata sit hæc herba, nondum scire licuit. Hodierni temporis medici & herbarij Pulmonariam uocant, Germani Lungenkraut. Sic autem haud dubiè appellari cœpit, quod pulmonum uitijis, exulcerationibus potissimum eorundem, præsens remedium sit.


FORMA.

Folia mollia habet, inuicem incumbentia, leniter laciniata, cauis multis prædita, superiore parte uiridia, inferiore in luteo albicantia, ac ueluti punctis aut pustulis quibusdā notata, atque hoc nomine aliquam pulmonis humani formam referentia: unde etiam Pulmonariam dictam esse coniicimus.

LOCVS.

Prouenit in quercu arbore, & saxosis locis.

TEMPVS.



PVLMONARIA

Lungenkraut.

C

TEMPVS.

Tota æstate inuenitur locis iam monstratis.

TEMPERAMENTVM.

Recentiores frigidam & humidam esse, mea quidem sententia, falso statuūt: admodum enim adstringit, ut hoc nomine idem cum quercu in qua nascitur habeat temperamentum. Desiccat itaque & paulò infra media calefacit, in genere eorum quæ tepida sunt.

VIRES.

Desiccandi & adstringendi facultatem obtinet, quamobrem uulnera recentia glutinat, potissimum autem pulmonis. Ad incipientes quoque ac crescentes phlegmonas utilis: nam quæ iam uehementes sunt, adstringentia respuunt. Confert autem haud dubiè etiam ad muliebre profluuium, & sanguinis expuitiones, & diuturnos alui fluores.

DE PTARMICE CAP. CCXLV

NOMINA.

Sternutamentaria,
Syluestre Pyrethrum.



Ptarmice cur
dicta.

PTARMIKH Græcis, Sternutamentaria Latinis dici potest. Sunt qui syluestre Pyrethrum nominent, quod scilicet Pyrethri modo, quanquam mitius, linguam uellicet. Atque hinc est quod nonnulli pro uero Pyrethro, seducti eius titillante acrimonia, descripserint. Germanis wilber Bertram appellari potest, Ptarmice dicta est, quod flores eius naribus obiecti sternutamenta eliciunt.

D

FORMA.

Breuis frutex est, paruis, multis, teretibus, & Abrotono similibus ramulis, circa quos folia multa, oblonga, oleaginis similia. In summo Chamæmeli capitulū, paruum, rotundum, olfactu acre, sternutamenta ciens, unde & nomen inuenit. Hæcenus Dioscorides. Quod si itaq; naturam atque imaginem eius fruticis rectè expendas, undiquaq; ei plantæ cuius picturā damus, hæc descriptio quadrabit. Nam surculis fruticat exiguis, multis, rotundis, Abrotono non dissimilibus, lentè rufescentibus, qui folijs frequentibus, longiusculis, oleæ similibus, angustis, utrinq; leniter ferratis ambiuntur, cacumine Anthemidis umbellam obtinente, quæ acri suo odore nares feriens sternutamentum irritat.

LOCVS.

Inuenitur sæpius in montibus altis & saxosis locis.

TEMPVS.

Floret æstate: radix eius extremo effoditur autumno.

TEMPERAMENTVM.

Eius temperies est calida & sicca, uiridis etiam nū ordine secundo, siccata tertio.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folia cum floribus illita sugillata emendare possunt. Flores sternutamenta efficacissimè mouent.


EX GALENO.

Ptarmices flores ciendæ sternutationis uim obtinent, unde & herbæ nomen. Sugillata & reliquas ecchymoses discutit.

EX PAVLO.

Ptarmices folia sternutamenta mouent. Totus autem frutex uiridis sugillata, liuoresq; alios dissijcit.

DE PYRE-



639

PTARMICE

Wilber Bertram.

hh 2

NOMINA.

*Pyrethron cur
dictum,
Saliuaris herba
quare nominata.*



YPEOPON græcè, Saliuaris latinè dicitur. Officinæ græcam appellationem retinuerunt. Germanicè Bertram nominatur. Pyrethron autem à feruido, ac ignis simili, qui in eius radice est sapore, Græci dixerūt. Saliuaris uerò, quod mansa uel ore tantum detenta eius radix, copiosam saliuam eliciat, Romanis appellata est.

FORMA.

*Pyrethrum nos-
trum Parmices
flores obtinet.*

Herba est caulem foliaq; syluestris Dauici, & Fœniculi in star proferens. Umbellam Anetho similem orbiculatam. Radicem pollicis crassitudine, longam, sapore feruidissimā. Hæc Dioscorides. Vbi nobis monendus uenit lector, Pyrethrum nostri soli non ex omni parte huic descriptioni respondere. Non enim umbellam anetho similem, sed anthemidis potius orbiculatum capitulum, quod Parmici tribuit Dioscorides, habere deprehenditur. Cætera omnia adamussim respondent. Siquidem habet Pyrethrum caules & folia Dauici syluestris & Fœniculi, radicem pollicis crassitudine, gustus ardentissimi.

LOCVS.

In Germania nostra, quod sciam, non nisi plantatum prouenit.

TEMPVS.

Floret æstatis maxima parte.

TEMPERAMENTVM.

Excalfacit & siccit in tertio ordine, uel ut aliqui putant, in quarto.

VIRE. EX DIOSCORIDE.


Pituitā elicit radix: ideoq; dentium doloribus decocta in aceto, colluto inde ore, auxiliatur. Mansa pituitam extrahit. Sudores ciet, inuncta ex oleo. Diuturnis rigoribus efficax, Contra refrigeratas partes corporis ac resolutas eximie conducit.

EX GALENO.

Pyrethri radice potissimū utimur urentem facultatem obtinente, qua utiq; dentium etiam refrigeratorum dolores mitigat. Et ad rigores ante circuitum cum oleo infricatur. Ad hæc stupidos & resolutos adiuuat.

EX PAVLO.

Pyrethri radix adurentem potestatem occupat, dentium qui frigori patuerunt dolores lenit. Item ad febrium rigores ante circuitum infricatur cum oleo. Ad hæc ijs quorum corpora ex refrigeratione stupent, & resoluta sunt, efficacissimè adhibetur.



PYRETHRUM


Bertram.

hh 3

642

BVXVS

Buchßbaum.



NOMINA.



ΒΥΞΟΣ Græcis, Buxus Latinis, Germanis Buchßbaum dicitur.

FORMA.

Arbor immortalī coma uirens: folio Myrti, exiguo, subrotundo: flore herbaceo: semine rufo & rotundo, omnibus animantibus inuiso.

LOCVS.

Gaudet frigidis & apricis, plurimaq; ubiq; Buxus.

TEMPVS.

Perpetua fronde uiret, neque ei ullo tempore decidunt folia. Quo nomine potissimum hanc celebrat germanica illa cantilena, eiusdem ac Salicis contentionem continens.

TEMPERAMENTVM.

Recentiores temperatam eius arboris essentiam esse statuunt, id quod ob multas causas, quas recensere superuacuum est, non uidetur uerisimile. Haud dubiè uerò adstringit, atque adeo exiccat.

VIREs.

Non admodum magnus, Buxi in medicina usus est. Folio eius in lixiuio decocto rufant, aut flauescere efficiunt capillos. Scobem eius decoctam in aqua alui profluuium sanare tradūt. Somnum capere sub hac arbore, cerebro uehementer incōmodat, quod eius odor naturæ prorsus aduersetur. Ferunt serpentes uulneratas eius radice degustata, statim sanitatem recuperare.

DE PETASITE CAP. CCXLVIII

NOMINA.



ΠΕΤΑΣΙΤΗΣ Græcis, Petasites Latinis appellat. Officinis penitus ignota. Germanis Pestilenzwurß nominatur, quod nimirum eius radix præsentaneum sit contra pestilentiales febres remedium. Petasites autem à petaso, pileum significante, dicta est, quod foliū eius pediculo superpositum, petasi modo amplum, ut fungus dependeat.

Petasites quare dicta.

FORMA.

Pediculus est cubito maior, crassitudine pollicis, in quo petasi figura folium magnum, ut fungus dependet. Ex qua sanè descriptione satis perspicuū sit, herbam cuius picturam damus esse Petasiten. Hæc enim statim inter initia Martij, flores suos in albo purpureos, agglomeratos, & botri figuram referentes profert, citra quidem folia, quod Dioscorides omisit. Hi marcescentes sine fructu abeunt ac decidunt. Postea purpureos emittit pediculos, cauos, hirsutos, quibus folia superposita sunt magna, pilei ampli figuram obtinentia, supernè uiridia, infernè uerò candicantia: quæ in tantam crescunt amplitudinem, ut unum interdum, orbicularē mensam prorsus tegat. Radix illi crassa & longa, intus candida, uehementer odorata & amara. Quibus accedit quod uires huius herbæ à uiribus Petasites, ut ex sequentibus patebit, non discrepent: ut hoc nomine nihil euidentius sit, quàm eam herbam esse planè ueterum Petasiten.

LOCVS.

Nascitur copiosissimè in pratis humidis & iuxta riuulos sitis.

TEMPVS.

Initio Martij mensis, ut comprehensum est, floribus suis conspicua est herba, qui Aprili imminente statim citra fructum decidunt, Quo facto folia cum pediculis suis prodeunt.



PETASITES
Pestilenzwurzel.

TEMPERAMENTVM.

A Ex tertio est ordine desiccantiū, id quod amaritudo eius, quam gustu deprehendimus, facile monstrat.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Facit ad maligna & phagedænica ulcera tritum & illitum.

EX GALENO.

Ad maligna & phagedænica ulcera, ea utuntur. Idem etiam de Petasite tradit Paulus.

APPENDIX.

Experimento comprobatū est radicem hanc mirificè cōferre pestilentialibus febribus, quod sudorē uehementer moueat, si in puluerē redacta cum uino sumatur. Nec minori efficacia bibitur à mulieribus quas uteri tormina & præfocationes exercent. Valet etiam unice ad enecandos lumbricos. Succurrit quoq; ijs qui spiritus difficultate laborant. Ducit urinā & menses. Efficax est ad uulnera præhumida, & ad reliquas cutis foeditates. Hæc uerò posse, amaritudo eius euidentissimè docet, cuius quidem hæ sunt facultates, ut ex ijs quæ saepe iam diximus, & Galenus lib. iijj. de simpl. medi. facult. cap. xvij. fusius docet, manifestum est.

DE PERICLYMENO CAP. CCXLIX.

NOMINA.



PERICLYMENON Græcis, Volucrū maius Latinis, Scribonio Largo Syluæ mater, uulgo Caprifoliū & Mater sylua, & nonnullis Lilium inter spinas dicitur. Germanis Geyßblatt / Spect oder Waldegilgen / & Jeunling. Sic sanè dictum, quod circumuoluendo ad se uicinas ar-

Syluæ mater.
Caprifolium.
Lilium inter spinas.
Periclymenon unde dictum.

B bores aut frutices uocet.

FORMA.

Simplex frutex est, ex interuallis folia spargens ipsum amplectentia, subcandida, Hederæ similia: flores candidos, Fabæ similes, subrotundos, quasi in folium procumbentes: semen durum, & quod difficilè uellitur: radicem crassam, rotundā. Ex qua quidem descriptione perspicuū fit, fruticem quem pictum exhibemus esse Periclymenon: siquidem caulibus suis uicina amplectitur, gemina per interualla umbilicata folia habens, à terra cæsijs, supernè herbosis, ad Hederæ similitudinē: flores albos, Fabæ non dissimiles, subrotundos, potissimum antequam dehiscant, baccas hederaceas aut Rusci, radicem crassam.

LOCVS.

Nascitur in aruis ac sepibus, conuoluens se uicinis fruticibus. Nunc in hortis etiam passim plantatur.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Uehementer calefacit & desiccatur, id quod gustu etiam ipso deprehenditur. Folia siquidem acrimoniam quandam præ se ferunt gustata.

VIREs. EX DIOSCORIDE.


Huius semen postquā maturuit collectū, & in umbra siccatur, drachmæ pondere datur in uino quadraginta diebus, ut lienē minuatur absumatue, & lassitudinē discutiat. Orthopnoeæ & singultui prodest. Urinā cit à sexto die cruentā. Partum accelerat. Habent easdem uires & folia: quæ triginta septem diebus pota, sterilitatē facere produntur. In periodicis febribus cum oleo inuncta, earū horrores mitigant.

EX GALENO.

Periclymeni utilis est tum fructus, tum folia, adeò uehementer incidentis & ex-

calefa-

646



PERICLYMENVS

Seyßblatt.

calescentis facultatis, ut si plusculum bibantur, urinam sanguinolentā efficiant. Principio quidem urinam tantum mouent: porro foris cum oleo illita calfaciunt. Iuuāt & lienosos, & difficulter spirantes. Cōpetens potionis mensura est, drachmæ unius pondus cum uino. Cæterum desiccatur quoque semen. Et quidam aiunt, si copiosius bibatur, sterilitatē omnino bibentibus asferre. Sunt etiam qui certum dierum numerum ad talem potionem præfiniunt, quemadmodū Dioscorides, qui septem & triginta dies eos tradi refert. Hic quoque cruentam urinam reddi à sexto die memorat.

EX PLINIO.

Semen eius in umbra siccatur tunditur, & in pastillos digeritur. Hi resoluti dantur in uini albi cyathis tribus, tricenis diebus ad lienem, eumq; urina cruenta, aut per aluum absumit, quod intelligitur à decimo statim die. Urinam cient & folia decocta, quæ & orthopnoicis profunt.

APPENDIX.

Ex iam cōmemoratis facultatibus nemo non intelligit fruticem hunc esse Periclymenon; cum enim gustu acrimoniā præ se ferat, necesse est omnia hæc quæ ueteres Periclymeno tribuunt, possit. Quibus accedit, quod recentiores etiam herbarij suo Caprifolio eandem uires assignent. Exiccare enim ipsum tradunt ulcera humida & fordida, sanare impetigines, & alias cutis sceditates, lienem absumere, difficultati spirandi conferre, partus celeritatem facere, calculos pellere, faciei maculas abstergere, & alia posse quæ non attinet referre.

DE PYROCAP CCL

NOMINA.

TΥΡΟΣ Græcis, Triticum Latinis dicitur. Officinæ antiquum latinum nomen retinuerunt. Germanis Weysser appellatur. Triticum uerò dicitur, quod tritum ex spicis sit, ut autor est Marcus Varro.

Triticum unde dictum.

GENERA.

Tritici summa genera tria obseruant qui frumentariæ rei periti sunt. Primum quod Robus dicitur, quoniam & pondere & nitore præstet. Germanis simpliciter Weysser nominatur. Secundum trimestris, & nonnullis Sitanium dicitur. Trimestre quidem, quod tertio ferè satum mense maturescat: id quod tamen nostro in orbe non fit, in quo Martio mense satum, quinto tandem, hoc est, Iulio mense metitur. Germanis Amelstorn dicitur, haud dubiè non alia ratione, nisi quod ex hoc genere tritici amylum optimum conficiatur. Eius picturam dare hoc tempore non potuimus. Tertiū genus tritici, non undiquaq; notum, Germanis welscher Weysser/ & Weysser solb dicitur.

Primum.

Secundum.

Tertium.

FORMA.

Primum tritici genus culmo est quàm hordeū altiore, tribus geniculis constante, folio arundineo, spica à folijs remotiore, incondita, & in nullos uersus disposita. Exeritur in area, ut alia quædā frumenta. Alterū culmo, geniculis, granisq; prioris simile, nec ab eo differt, nisi quod spicam multis aristis uallatam, & in duos uersus dispositam obtinet. Tertium genicula habet quaterna, aliàs præcedenti per omnia propemodum simile.

LOCVS.

Pæssim prouenit Triticum primi & secundi generis. Postremum in Alsatia, & agro Tubingensi gignitur.


TEMPVS.

Floret, ut alia ferè omnia frumenta, Iunio mense: in Iulio autem metitur.

TEMPERA-

TRITICI PRI
MVM GENVS.


Webster.



TRITICI TERTIVM
GENVS.

Welscher Weysen,

ii



C

TEMPERAMENTVM.

Triticum ut medicamentū foris impositum, primi est ordinis excalefacientū, non tamen nec resiccare, nec humectare manifestò potest. Porro quod ex eo conficitur amyllum, eo tum frigidius est, tum siccus.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Optimum ad secundæ ualitudinis usum *Triticum* habetur quod recens & iam perfectè adultum, & colorem mālī refert. Crudum in cibis rotundos lumbricos gignit. Canum moribus prodest mansum & illitū. Confectus ex eius similitudine panis, plus alit quàm cibarius, quem Græci *συγκρισμα* uocant. E Sitanij farina panis leuiorem cibum præbet, & qui facili in membra demandetur. Farina eius cum hyoscyami succo illinitur aduersus neruorū fluxiones. Item contra intestinorū inflationes. Lentigines ex oxymelite tollit. Furfures autem acri in aceto elixi & calentes illiti, lepras pellunt. Incipientes etiam inflammationes omnes illiti leniunt. In Rutæ uerò decocto elixi, mammas turgentes sedant. Viperarū ictibus auxiliantur, & torminosis profunt. Confectū ex farina triticea fermentum calefaciendi extrahendiq̃ uim habet. Priuatim quæ in plantis pedum sunt extenuat. Cetera tubercula, furunculosq̃ ex sale concoquit, & aperit. Sitanij farina contra uenenatos ictus cum aceto aut uino cōmodè illinitur. Eadem si decocta in glutini modum delingatur, cruenta excreantibus succurrit. Contra tussim & exasperatam arteriam, cum menta & butyro decocta efficax est. Tritici pollen si ex aqua mulsā, aut hydrelæo decoquatur, omnē discutit inflammationē. Panis & cum melicrato coctus & crudus inflammationes omnes illitus mulcet, cum emolliat, & quadantenus refrigeret, mixtus herbis succisq̃ quibuscūq̃. Vetus autem & aridus per se, adiectisq̃ alijs quibuscūq̃, citam aluum cohibet. Recens muria maceratus & illitus, uetustas impetigines sanat. Glutinum ex similitudine & polline, quo chartæ glutinantur, sanguinem excreantibus prodest, si liquidius ac tepidum cochlearis mensura detur sorbendum.


EX GALENO.

Triticum quiddam lentoris, & obstruentis naturæ habet. Quod uerò ex pane fit cataplasma, uim obtinet magis digerentem, quàm quod ex *Tritico*: nimirum quum & sale & fermentum panis adiuncta habeat: quippe cum fermentum uim habeat attrahendi digerendiq̃ ea quæ in alto resident. Plura de *Tritico* petenda erunt ex capite primo, libri primi de alimentorum facultatibus, quo in loco uarię panis species exponuntur.

EX PLINIO.

Grana *Tritici* ferro combusta, ijs quæ frigus uulneris præsentaneo sunt remedio. Farina ex aceto cocta, neruorū contractionibus auxiliatur: cum rosaceo uerò & fico sicca myxisq̃ decoctis. Item suppuratis neruis cum hyoscyami succo illinitur. Ex aceto & melle lentigini. Furfures tonsillis faucibusq̃ gargarizatione profunt. Sex. Pompeius prætorij uiri pater, Hispaniæ citerioris princeps, quum horreis suis uentilandis præsideret, correptus dolore podagræ, misit in *Triticum* sese super genua, leuatusq̃ siccatis pedibus mirabili modo, hoc postea remedio usus est. Vis tanta est, ut cados plenos siccet. Paleam quoq̃ tritici uel hordei calidam imponi ramicum incōmodis experti iubent, quæq̃ decoctæ sunt aqua foueri.

DE POTAT-



POTAMOGETUM

Samraut.

ii 2

C

NOMINA.

Potamogeton un
de dicta.

Stachyites.



POTAMOGETON, ἡ σταχυίτης græcè, Fentalis & Potamogeton Latinis dicitur. Officinis ignota est herba. Germanis Samtr aut uocatur. Potamogeton autem quasi fluminibus uicina dicta est: siquidem aquosis & palustribus locis nasci amat. Stachyites uerò quasi spicata, ob caulem quem ex se mittit floribus & semine spicatum.

FORMA.

Folium Betæ simile habet, densum, & paulum extra aquam eminens. Ex qua quidem breui admodum deliniatione satis intelligi potest, herbam cuius picturam damus esse Potamogetona. Caulem namq; rotundum habet, geniculis intersectum, è quibus pediculi exeunt folijs Betæ aut Plantaginis uestiti, paulum supra aquam eminentibus. Flores etiam spicatos, Plantaginis instar, profert, ac subinde semē. Quid multa; folia huius herbæ planè referunt folium Indum uocatum officinis.

LOCVS.

Nascitur in lacustribus & aquosis locis.

TEMPVS.

Floribus pragnans est Iulio mense.

TEMPERAMENTVM.

Refrigerat & exiccat, ut gustus etiam abundè docet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Refrigerat & adstringit; pruritibus, ulceribusq; uetustis, & ijs quæ pascendo ferunt, confert.

EX GALENO.

D Adstringit & refrigerat similiter Polygono, sed essentia eius crassior quàm Polygoni est.

EX PLINIO.

Potamogeton ex uino dysentericis & coeliacis medetur. Peculiariter refrigerat, spissat. Vfus in folijs, cruribus uitiosis utilia, & contra ulcerum nomas, cum melle uel aceto.

DE PEDE ANSERINO CAP. CCLII

NOMINA.

Pes anserinus
cur dicta.


VO nomine ueteribus tum Græcis tum Latinis sit appellata hæc planta, nondum cognoscere potui: quapropter nouam ut illi nomenclaturam inderem necesse fuit. Aliam autem & cōmodiorem non licuit inuenire præter eam, quam alludentes ad germanicam appellationem imposuimus. Nam si folia eius spectes in ambitu laciniata, planè anserini pedis formam ac similitudinē repræsentant. Hinc appositissimè Germanis nostris uocata est Genssfuß/ oder Genssfüßle. Quum uerò eadem herba suis inimica admodum sit, atque adeo mortem inferat, factum est ut à mulierculis etiam sit nominata Sewtöd/ & Schweinstöd. Etsi uerò in officinis eius herbæ nullus sit usus, tamen quia passim nascitur, & temerè fortassis à nonnullis uires eius ignorantibus usurpari posset, eam silentio transire nolimus, quò scilicet facultas tam uulgaris herbæ omnibus patefieret.

FORMA.

Caulem profert cubitalem, striatum: folia ad Halicacabi formam accedentia, in ambitu tamen laciniata, atque adeo anserini pedis speciem referentia; flores exiguos ruben-

PES
ANSERINVS.

Sensfuß.



C rubentes, semen racematim, ueluti in atriplice syluestri, singulis ramis insidens: radicem obliquam, multasq; adnascantias habentem.

LOCVS.

Pasim in hortis, alijsq; locis ubi simum reponitur, nasci solet.

TEMPVS.

Iulio mense potissimum floret.

TEMPERAMENTVM.

Haud dubie in secundo refrigerat ordine, non secus atque Solanum hortenſe.

VIREs.

Suibus exitium affert herba hæc comesta, id quod experientia cognitum est. In humano corpore idem potest quod Solanum hortenſe. Quare facultates eiusdem suo quæres loco.

DE PETROSELINO CAP. CCLIII.

NOMINA.

Apium saxatile.

*Officinæ er-
ratum.*



PETROSEAINON Græcis, Apium saxatile Latinis, & Petroselinum ap-
pellatur. Germanicè frembder Peterſilien nominari commodè, ad al-
terius quod Oreoselinum est, ut suo diximus loco, differentiam, potest.
Officinæ eius herbæ cuius nunc picturam damus semine pro Amomo
utuntur, non tamen sine magno errore, quum constet omnibus, modò conferre
inter se utriusque historiam non pigeat, Amomum ab ea herba esse diuersissimum.
Nos ut tandem sciremus è qua stirpe semen hoc decerperetur, terræ illud manda-
uimus, & hæc cuius pictura formā ostendit herba erupit, quam nos uerum esse Pe-
D troselinum, ut paulò pòst ostendemus, credimus.

FORMA.

*Dioscorides ne-
gligentia inſimu-
latur.*

Petroselinum, inquit Dioscorides, semen Ammi simile obtinet: odoratius ta-
men, acre, & aroma olens. Breuis quidem deliniatio hæc est, atque imperfecta, ut
nihil mirum sit, nos hæcenus quod uerum esset Petroselinum non potuisse cogno-
scere. Merito itaque hoc loco, ut compluribus etiam alijs, Dioscorides negligentia
inſimulari potest, ut qui mancas ac mutilas plerasq; posteritati relinquere stirpium
historias uoluerit. Si uerò quispiam paucas etiam has notas expendat, haud dubie
herbam hanc cuius picturam oculis subieciimus, Petroselinum esse comperiet. Se-
men enim eius Ammi tam simile est, ut ab eo uix discerni queat: odoratius etiam
exiſtit, & acre, ac aroma olet. In summa, nulla est nota quæ illi nō respondeat, ut hoc
nomine uerum Petroselinum esse credam. Quinetiam tota eius herbæ forma, quæ
non multum à nostro & Germanico Petroselino abest, atque odor, Selini speciem
esse docent, ut pro Petroselino usurpare hanc ipsam officinæ tutò possint: semen
enim quo hodie utuntur, non Macedonicum Petroselinum, sed Hipposelinum, ut
suo diximus loco, existiſtit.

LOCVS.

In Macedonia frequens optimumq; nascitur, hinc Macedonicū dicitur: inq; sa-
xis & præruptis potissimū locis, unde cœpit appellari Petroselinū. Nascitur & alijs
in locis, ut lib. i. de antidotis testatur Galenus, at minus laudatum.

TEMPVS.

Floret Augusto mense, atque subinde semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Petroselinum ut gustu acre est cum amaritudine, sic & in operibus calidū. Fue-
rit itaq; & ipsum tertij ordinis tum excaſciantium, tum desiccantium.

VIREs.



PETROSELINVM

Frembder Petersilien

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Vrinam cit, & menstrua ducit. Stomachi & coli inflationibus auxiliatur, & torminibus. Laterum quoque, renum & vesicæ doloribus in potu sumptum succurrit. Miscetur antidotis urinam cientibus.

EX GALENO.

Petroselini semen maximè usui est, quum tota etiam herba unà cum radice similem, sed imbecilliorē, facultatem sortiatur. Incidendi etiam uim habet: hinc menses & urinas largiter prouocat. Flatus quoque extinguit.

APPENDIX.

Sunt qui hanc herbam quam pro Petroselino damus, Sifona esse putent: quorū sententiæ cur non magnopere repugnē, facit in primis Dioscorides, qui Sifona perinde atq; Petroselinū suis notis haud descripsit. Dein quod uiribus nō discrepent, atque adeo in usu huius aut illius nullum sit periculū. Nos tamen nostram sententiam propter adductas paulò antè rationes deferere, nisi euidentibus conuicti argumentis, non possumus.

DE ROSA CAP. CCLIIII.

NOMINA.

Rhodon cit
dictum.



ο Δ Ο Ν græcè, Rosa latinè, officinis eodem seruato nomine appellatur. Germanicè Rosen. Rhodon autem Græcis, Plutarcho auctore, nominatur, quod largum odoris effluuium emittat.

GENERA.

D

Theophrastus libro sexto, cap. vi. de plantarum historia, genera rosarum multa esse tradit, quæ foliorū multitudine, paucitate, asperitate, leuitate, colore & odore differunt. Plinius etiam lib. xxi. capite quarto, ex loci diuersitate multa rosarum genera colligit. Nos simpliciter duo duntaxat illarum genera faciemus, syluestres scilicet & domesticas. Syluestres, quæ etiā Caninæ rosæ uocantur, asperiores tum uirgis, tum folijs sunt, ac odore, colore, magnitudine à domesticis superantur. Germani Heydrosen / & Wildrosen uocant. In utroque uerò genere duplices existunt, puniceæ nimirum & candidæ. Nos utrunque genus una pictura complexi sumus.

FORMA.

Vulgò omnibus nota est Rosa. Virgas siquidem fuscis maculis tinctas, & aculeis plenas emittit: folia incisuris diuisa, nigricantia & aspera. Germinat primum inclusa granoso cortice, quo mox intumescente, & in uirides alabastrōs fastigiato, paulatim rubescens dehiscit, ac sese pandit, in calycis medio sui stantis complexa luteos apices staminaq; capillamentis insidentia, quæ propriè flores dicuntur. Syluestris spongiolas etiam producit, quas pleræq; officinæ Germaniæ nostræ, non sine detestando errore pro Bedegar usurpant: fructum quoq; parit rotundū, initio uiridem, dein puniceū.

LOCVS.

Domestica passim in hortis prouenit. Syluestris etiam nusquam non in campetribus & dumetis nascitur.

TEMPVS.

Rosa ut nouissima inter uernos flores erumpit, ita etiā statim deficit. Decerpenda itaq; erit Iunio mense ubi primum erupit, ne mox nusquam compareat.

TEMPERAMENTVM.

Rosarum uis ex aquea calida substantia duabus alijs qualitatibus, adstringenti uidelicet & amaræ mista, composita est. Flos earū magis etiam ipsis Rosis adstringit, ac proinde sanè exiccatorius est.

VIREs.



ROSA

Rosett.

C

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Rosa refrigerat & adstringit, sed sicca magis adstringit. Succus recentibus folijs exprimendus, detracto forfice ungue. Sic appellatur quod candidū est in folio: re-
unguis. liquū mortario premi & teri debet in umbra donec densetur, & ita ad oculorū circumlitiones recondi. Siccantur etiam folia in umbra crebrō uersata, ne mucescant. Ex aridis rosis in uino decoctis expressus liquor, ad capitis, oculorum, aurium, gingiuarum, sedis, recti intestini ac uulū dolores penna illitus, collutus infususue, con-
 ducit. Eadem sine expressione contusa & illita, præcordiorum inflammationibus, stomachi humiditati, & sacris ignibus medentur. Sicca ac trita femoribus insper-
 guntur. Misceri solent compositionibus quas antheras uocant, & uulnerarijs anti-
 dotis. Vruntur folia ad honestandas palpebras. Flos qui in medijs Rosis inuenitur
 siccatus, gingiuarum fluxionibus efficaciter inspergitur. Capita pota, aluum pro-
 fluentem, & sanguinis reiectiones sistunt.

EX PLINIO.

Vfus succi ad aures, oris ulcera, gingiuas, tonsillas, gargarizatu: stomachū, uul-
 uas, sedis uitia, capitis dolores. In febre per se, uel cum aceto ad somnos, nauseas.
 Folia uruntur in calliblepharum. E siccis femina asperguntur. Epiphoras quoque
 aridas leniunt. Flos somnum facit. Inhibet fluxiones mulierum, maxime albas, in
 posca potus, & sanguinis excreationes. Stomachi quoque dolores, quantum in ui-
 ni cyathis tribus. Semen his optimum crocinum, nec anniculo uetustius, & in um-
 bra siccatur. Nigrum inutile. Dentium dolori illinitur. Urinam ciēt. Stomacho im-
 ponitur. Item igni sacro non ueteri. Naribus subditum caput purgat. Capita pota,
 sanguinem & uentrem sistunt. Vngues Rosæ epiphoris salubres sunt: ulcera enim
 oculorū Rosa fordescent, præterquam in initijs epiphoræ, ita ut arida cum pane im-
D ponatur. Folia quidem uitijs stomachi, rosionibus, & uitijs uentris, & intestinorū,
 & præcordijs utilissima uel illita. Cibo quoque Lapathi modo condiuntur. Cauen-
 dus quoque in ijs situs celeriter insidens. Et aridis & expressis aliquis usus. Diapa-
 smata inde fiunt ad sudores coercendos, ita ut à balneis inarescant corpora, dein fri-
 gida abluantur. Syluestris cum adipe ursino alopecias mirifice emendat.

EX SYMEONE SETHI.

Odorata calidis capitibus prodest, humida uerò offendit, eaq; destillationi ob-
 noxia reddit. Sumpta uerò ad febres ex flaua bile procreatas iuuat, & roborat sto-
 machum & iecur. Proprietate autem quadam testes lædit, prohibetq; acres exhalationes ne ad caput ferantur.

APPENDIX.

Spongiolæ ac fructus Cynorrhodi seu syluestris Rosæ mirifice ualent contra cal-
 culum, & urinæ difficultates, si leuigatæ in puluerem exhibeantur.

DE RAPHANO CAP. CCLV.

NOMINA.


Raphanus unde
 dictus.



Radix.

ΑΦΑΝΟΣ, ῥαφανίς Græcis: Raphanus, Radix, Radicula Latinis dici-
 tur. Hæc autem generis sunt nomina, ideoq; errant non pauci nostræ
 ætatis medici & herbarij, qui Radiculæ nomen ad fatiū duntaxat Ra-
 phanum transferunt. Raphanus autem sibi nomen ῥαφᾶν ἢ ῥαφᾶν id
 est, quod facile appareat, adsciuit; nam die tertio à satū profilit. Radicis uerò nomen
 sibi arrogauit, quod cæteras amplitudine corporis superet, uel quam paucissimis
 magnitudine cedat. Etenim plerunq; in tantam molem coalescit, ut frigidis locis
 quibus gaudet, sicut in Germania, Plinio lib. xix. cap. v. teste, infantium puerorum
 magnitudinē æquet. Et memini me stupendæ magnitudinis Raphanos Erfordig,
 Turingiæ celeberrimo oppido, uidisse.

GENERA.




RAPHANVS
SATIVVS,

Rettich.

663

RAPHANVS
SYLVESTRIS.

Herzich.



G E N E R A.

A Raphani Græci duo faciunt genera, satiui & syluestris. Satiuus officinis hodie peculiariter Raphanus minor dicitur, Germanicè *Ärtich*. Syluestris Latinis *Armoracia* appellatur. Germani ad uocem Romanā alludentes, *Ärtich* & *Ären* nominant. Nostri hodie herbarij, sua potius quàm ueterum autoritate freti, Radicem simpliciter, generis nomine, uocant. Nonnulli Raphanū maiorem appellant, propter folia ipsa, quæ satiui folia magnitudine superant; aut quia acrimonia maiore, aut uiribus efficacioribus præditus est.

Raphanus minor.

Armoracia.

Raphanus maior

F O R M A.

Radix satiua caudice uno assurgit nonnunquā arboreo, radice ad Rapi similitudinē, folijs laciniatis, angulisq; horrida; floribus candidis, & semine in siliquis. Syluestris dicta Armoracia fronde copiosior quàm corpore, folia satiuae ferè similia habet, magis tamen ad Lampsanæ formā accedentia, longa & acuta; radicē gracilem, mollem, Sinapi instar acerrimā, adeò ut caput tentet, & lachrymas incitet.

Satiua radix.

Syluestris.

L O C V S.

Raphanus in hortis nascitur. Amat autem terram pinguem, Palladio lib. ix. cap. quinto teste, solutam & diu subactā. Syluestris etiam hodie in hortis habetur, sicq; translatus ad culta, edomita feritate mitescit meliorq; fit. Crescit aliàs circa margines itinerū, & loca arenosa, inq; pratis nonnunquā sua sponte copiose prouenit, ut sit in prato ad oppidum Tubingam sito, sacrificorū uocato.

T E M P V S.

Cum frigoris patientissimus sit Raphanus, non solum æstatē, uerum etiā hyeme colligi potest. Estq; illius usus quotidianus. Floret æstate.

T E M P E R A M E N T V M.

B Raphanis satiua excalefacit quidem ordine tertio, desiccatur uerò secundo. Syluestris autem in utroq; efficacior est, Quin & semen ipsum planta efficacius est.

V I R E S. E X D I O S C O R I D E.

Raphanus satiuius excalefacit, flatus gignit, ori suauis est, sed stomacho inimicus. Ructus & urinam cit. Bonam facit aluum. Si quis à cibo ipsum sumpserit, distributioni eius magis conferet. Presumptus autem, cibum subleuat. Prodest ante cibum datus uomituris. Sensus exacuit. Decoctus contra ueterem tussim, & crassitiem in thorace natam prodest. Cortex eius cum oxymelite sumptus maiori efficacia uomitiones citat. Hydropicis utilis. Illitus lienosis etiam confert. Cum melle ea quæ serpendo pascunt sistit. Sugillata tollit. Contra uiperarum ictus auxiliatur. Alopecias pilis explet. Lentigines cum farina loliacea exterit. His qui à fungis strangulantur subuenit. Menses trahit. Semen eius uomitum proritat, urinamq; mouet. Cum aceto potum lienem extenuat. Coctum cum oxymelite calido angina laborantibus utiliter gargarizatur. Contra Ceraftis morsum ex aceto potum auxilio est. Cum aceto illitum gangrænas efficaciter dirumpit scarificatū. Syluestris tam folia quàm radix olerum modo in cibo coquuntur. Excalefacit autem, urinam cit, æstuosus est.

E X G A L E N O.

Facultas inest Raphano discutiendi, itaque ad sugillata, & alios id genus liuores ob eam facultatem conducit. Radix eius ex eorum numero est quæ obsonij potius quàm nutrimenti nomine frequenter comeduntur. Vis illi extenuatoria, cum qua conspicuè unā excalefacit; acris enim in ea qualitas exuperat. Verno tempore caulem in altum assurgentem producere solet, ceu alia quæ nata sunt excaulescere. Hic elixus estur ex oleo, garo & aceto, ut Rapæ caulis, Sinapi & Lactuca. Et sanè caulis hic magis quàm crudus Raphanus nutrit, ut qui acrimoniam in aqua deponat: quanquā minimam sanè & ipse alendi potestatem habeat. Quidam non solum cau-

kk lem, sed

Clem, sed unà Raphanos ipsos elixantes comedunt Raparū modo. Cæterum cum medicos, tum idiotas illos mirari subit, qui à cœna crudos eos concoctionis iuandæ gratia edunt. Ipsi quidem se experientia id abundè compertū habere dicūt, nullus tamen exemplum illorum sine damno imitari potuit. Hactenus Galenus, cuius equidem uerba eò libentius recitauimus, quod uulgi errorem Raphanos à cœna comedentis lepidè notare uideantur.


EX PLINIO.

Raphani decocti mane poti ad ternos cyathos, cōminuunt & efficiunt calculos. Idem in posca decocti, contra serpentū morsus illinuntur. Ad tussim etiam mane ieiunis prodest Raphanus cum melle. Semen eorum tostum, ipsumq; cōmanducatum ad lagonoponon: In aqua folijs eius decoctis, bibere uel succum ipsius cyathis binis. Contrā phlegmoni ipsos illinire tusos utile. Inchoantibus autem recentem coiticē cum melle, ueternosis uerò quamacerrimos mandere. Semenq; tostū, dein contritū cum melle suspiriosis, lidem & contra uenena profunt. Cæterum cerastis, scorpionibus aduersatur, uel ipso semine infectis manibus impunè tractantibus. Imposito Raphano scorpionibus, moriuntur. Salutares & contra fungorū aut hyoscyami uenena equè, ut Nicander tradit. Et contra ixiām quoq; dari duo Apollodori iubent, sed Ciriæus semen ex aqua tritum, Tarentinus succum. Lienem item extenuant, iecinori profunt & lumborum doloribus. Hydropicis quoque ex aceto & sinapi sumpti, & lethargicis. Praxagoras & iliosis dandos censet. Plistonius & colicis. Intestinatorū ulcera sanant. At purulenta præcordiorū, si cum melle edantur. Quidam ad hæc coquere eos in luto illitos malunt, sic & fecminas purgari. Ex aceto & melle sumpti intestinatorū animalia detrahunt. Item ad tertias decoctio eorum potio cum uino enterocelis profunt. Sanguinem quoque inutilem sic extrahunt.

Medius ad hæc & sanguinē excreantibus coctos dari iubet. Et puerperis ad lactis copiam augendā. Hippocrates capillos mulierū defluos fricari Raphanis, & super umbilicum imponi, contra tormenta uuluar. Reducunt & cicatricē ad colorem. Semen quoque ex aqua impositū sistit ulcera quæ phagedanas uocant. Democritus Venerem hoc cibo stimulari putat, ob id fortassis uoci nocere aliqui tradiderunt. Folia quæ in oblongis tantum nascuntur, excitare oculorum aciem dicuntur. Vbi uerò acrior Raphani medicina admota sit, Hyssopū dari protinus imperant. Hæc antipathia est. Et aurium grauitati succum Raphani instillant. Nam uomituris, summo cibo esse eos, utilissimū est, Syluestris urinæ duntaxat cijiendæ utilior.

DE RIBE CAP. CCLVI.


NOMINA.

Ribes  **RAECIS** cognitus fuerit nec ne frutex ille, nondum compertū habet. Mauritanis & officinis hodie Ribes nominatur. Germanis *S. Johans treublin oder beerlin*/ quod scilicet circa diui Ioannis Baptistæ diem fructus eius fruticis ad maturitatem pertingant.

FORMA.

Frutex est nullis spinis horridus, sed topiarius magis, uitis pusillæ folijs, baccis rubentibus ex pediculis longis dependentibus refertus, ut pictura ipsa abundè docet. Vnde manifestum sit Mauritanorū Ribes à nostro diuersum esse, quod non uitis, sed lata potius, magna, rotunda & uiridia folia habeat. Quanquam non lateat Arabes etiam in Ribes descriptione non admodum concordēs esse.

LOCVS.



RIBES

S. Johans beerlin.

kk 2

C

LOCVS.

Palsim in hortis nascitur, ac eorundem puluinos & areas sepit.

TEMPVS.

Circa diui Ioannis Baptistæ natales ferias, & Iulio potissimū mense, baccis ac uis rubentibus frutex ille ornatur.

TEMPERAMENTVM.

Folia & fructus uehementer adstringunt. Mauritani frigidum & siccum faciunt in secundo ordine.

VIRESEXMAVRITANIS.

Baccæ acido sapore placent. Refrigerant æstuantē stomachū: sitim restringunt, quæ cum aliis, tum maximè febricitantes excruciat. Cibi fastidia discutunt, & appetentiam inuitant. Ecdam uentris proluuiem cohibent. Vomitiones sistunt, stomachum firmant. Alui profluuiū quod bilis attulit, retinent: erosiones & uellicationes eiusdem tollunt. Sanguinis feruorē demulcent, & bilis acrimoniā domant. Sepalsiarij succū eius fructus condiunt, ad anni totius usum, Rob de ribe appellantes.

DE RHODIA RADICE ▶ CAP ▶ CCLVII ▶

NOMINA.

Rhodia radix
cur dicta.



ΡΟΔΙΑ ρίζη græcè, Rhodia radix latinè nominatur. Officinis ignota, germanicè Rosenwurcz uocatur. Rhodiam autem tam Græci quàm Latini dixerunt, quoniam contrita Rosas redolet. Quapropter Rosæ, quas Græci ρόδον nominant, non Rhodus insula, ut imperiti putant, huic radicem dici nomen fecerunt.

D

FORMA.

Radix rhodia Costo similis est, leuior tamen minorisq; ponderis, & inæqualis, odorem Rosarū cum teritur reddens. Reliqua eius facies Telephiū refert, nisi quod flore & semine carere uidetur, id quod Galenus etiā asserit, & in Corollario suo annotauit Hermolaus, Dioscorides etiā illorum nullam facit mentionem.

LOCVS.

Nascitur potissimū in Macedonia. Nunc in multis Germaniæ hortis plantatur.

TEMPVS.

Radix autumnno effodienda.

TEMPERAMENTVM.

Rhodia radix in calefaciendo secundi ordinis, aut certè tertij incipientis.


VIRESEXDIOSCORIDE.

Vtilis est capitis doloribus, si madefacta fronti & temporibus cum modico rosa-ceo imponitur.

EXGALENO.

Tenuium partium, & discutientis est facultatis.

DE SAMPVS



665


RHODIA RADIX

Rosenwurz.

kk 3

NOMINA.

Maiorana.

Duplex Amara-
racis.

ΑΜΥΥΧΟΝ, ἡ ἀμάραντος Græcis: Maiorana, Amaracus Latinis: officinæ latinam appellationem retinuerunt, Germanis *Waioran* / uel *Weyran* dicitur. Animaduertendū autem nos hic de Amaraco ea loqui quæ iucundo placet odore. Duplex enim Græcis Amaracus est. Vna quæ Dioscoridi alio nomine Parthenium dicitur, ingrato prorsus & uiroso odore prædita, meritoq; ea de causa hodie Cotula foetida nominata. Altera de qua hic agimus, odorata, quam Sampsuchon Græci priuatim nominant, Id, ne imperitis uox illa πολύσμητος imponeret, monendum esse duximus.

FORMA.

Herba est Sampsuchum furculosa, per terram serpens: folijs hirsutis & rotundis, Calaminthæ tenuifoliæ similibus, admodum odoratis. Hæc deliniatio adamus-
sim herbæ Maioranæ uulgò dictæ fauet: est enim furculis lentè rubentibus, folijs pilosis, & rotundis, iucundo odore, semine copioso, quod bullulis quibusdam continet: flore candido & exiguo. Serpit etiam per terram: uerum id non ubiq; fit, interdum enim rectè surgit in altum.

LOCVS.

Pasim in hortis & fictilibus uasis prouenit, Gaudet autem locis umbrosis, aqua & fimo.

TEMPVS.

Æstate dum floribus prægnans est carpitur.

TEMPERAMENTVM.

D Sampsuchum tenuium partium, & digerentis est facultatis: desiccatur enim & calefacit ordine tertio.


VIRE. EX DIOSCORIDE.

Calefaciendi uim obtinet, & coronamentis apta. Decoctū eius potum, incipienti aquæ inter cutē prodest, & ijs quos urinæ difficultas, & tormina discruciant. Arida folia ex melle illita, sugillata tollunt. In pello subdita menses ducunt. Cōtra scorpionis ictum ex sale & aceto illinuntur, Luxatis cerato excepta imponuntur. Similiter & cedematis. Aduersus oculorum inflammationes cum polline polentæ illinitur, Miscentur acopis & malagmatis calefaciendi gratia.

EX PLINIO.

Sampsuchum scorpionibus aduersatur ex aceto & sale illitum. Menstruis quoque multum confert impositum. Minor est eidem potu uis. Cohibet oculorum epiphoras cum polenta. Succus decocti tormina discutit. Vrinis & hydropicis utile. Mouet & narium sternutamenta. Fit ex eo oleum quod Sampsuchinum uocatur, aut Amaracinum, ad excalfaciendos emolliendosq; neruos. Vuluas calefacit. Et folia sugillatis cum melle, & luxatis cum cera profunt.

Oleum Amaraci-
num.



NOMINA.

*Spanachia cur
dicta.*



*Spinacia unde
uocata.*

Hispanicum olus

SPANACHIA Græcis recentioribus, Spinacia uel Spinaceum olus Latinis appellari potest. Arabicæ factionis principes Hispanach, hoc est, Hispanicum olus nominant. Germani *Spinet* / *oder Spinnat*. Spanachiam haud dubiè ab oleris raritate dixerunt Græci: rarò enim illo utebantur medici, quod cibo magis forsitan, quàm medicinæ nata esset, nec quicquam illustre fortita. Vel, quod etiam simile ueri est, ab alijs nationibus emendicato spinaceo nomine. Spinacia uulgò dicta est ab insigni seminis spiculorum nota: etsi enim herba ipsa glabra & mollis sit, semen tamen in spinas occalescit. Hispanicum uerò olus nominauere, forsitan quod inde primum duxerit originē, ad cæteras tandem nationes translata.

FORMA.

Exit septem diebus à satū, folio primū triangulo, molli, mox intybi, plerunq; quā pediculo cohæret laciniato, inertī sapore, exigua radice, tenuibus capillamentis fibrata, caule cubitali, nonnunquā altiore, intus cauo: floribus in uertice rotundis, racematim coeuntibus, exiguis: semine spinulis horrido.

LOCVS.

Nullum solum respuit, sed ubicunque satum fuerit hic lætissimè prouenit.

TEMPVS.

Seritur Septembri mense, non horrens hyemis frigora, ut uerno tempore cibū suppeditare possit. Martio etiam mense seritur, Iunio autem & Iulio mensibus semen & flores profert.

TEMPERAMENTVM.

D Spinachia primi refrigerantium & humectantium ordinis est.

VIREs.

Altrum emollit. Melius Atriplice suppeditat alimentū, sed aluo parum hærens facile exigitur. Flatus colligit, & uomitiones concitat, nisi excrementitius humor abijciatur. Ventrem decoctæ ius proluit. Stomacho inutile. Et cæteras ferè omnes Atriplicis uires sibi fertur arrogasse.



SPANACHIA

Sinet.

670



SANICULA
FOEMINA.
Sanicle wable.



SANICULA
M.S.

Sanicel menziesii.

C

NOMINA.

Diapensia.
Sanicula cur-
cicla.



ERBA quam omnes hodie Saniculā uocant, à nullo, quod sciam, ueterum descripta est, sed à recentioribus inuenta, ut multæ aliæ uulnerarię herbæ. Sunt autē qui Diapensiam nominent. Germanis *Sanickel* dicitur. Nomen Saniculam à sanandis uulneribus traxisse uulgò constat.

G E N E R A.

Duū est generū. Vna quæ propriè appellatur Sanicula, ideoq; marem, ut certius esse discrimen, appellauimus. Germanicè *Sanickel mennle*. Altera ab omnibus ferè herbarijs pro specie *Osteritij* uulgò uocati habetur, sed falso, quando neq; in folijs, neque in radice ulla appareat acrimonia, sed perinde atque in mare Sanicula, amaritudo & adstrictio. Germanis errore etiā quodam *die klein Weisserwurg* nominatur. Nos eandem cum & forma & facultate ad ueram Saniculam, quam marem fecimus, proximè accederet, Saniculam fœminam nuncupauimus. Germanicè *Sanickel weible*.

F O R M A.

Sanicula uera, atque adeo mas herba est folio uitis, aut *Apij*, in quinque partes dissecto, rubentibus in fine sectionū maculis quibusdam: furculis quoq; rubris ad radicem, quæ multis ei capillamentis fibrata subest: capitulis in summis coliculis pusillis, herbacei coloris & subnigris. Fœmina quod ad folia attinet priori similis, rubentibus tamen maculis caret, itemq; rubris ad radicem furculis, quod in ea hæc singula candida sint. Flores in summo candidos, ac subinde semen striatum & oblongum profert.

L O C V S.

Nascitur in syluis & umbrosis locis.

D

T E M P V S.

Carpenda cum suis capitulis Maio & Iunio mensibus.

T E M P E R A M E N T V M.

Non est simplicis nature, sed, ut indicio est gustus, adstringit simul & amara est, ut hoc nomine calefactoriam & exicatoriam esse nulli dubium sit. Statuunt autem calidam & siccam ordine secundo.

V I R E S.

Saniculæ herbæ succum uulneratis in potu mirificè conferre experientia compertum est. Tumores quoque reprimere decoctam herbam impositam, aut eius succum illitum tam in homine quàm in pecoribus constat. Neque enim aliud præsentius est auxilium, cum ad fauces uel pulmones uitium decubuit. Et in summa, omnia quæ *Symphyton*, præstat etiam Sanicula, Potissimū uerò sanguinis sputo, dysenteria, renumq; uitij medetur.

DE SONCHO.

NOMINA.



ορχος græcè, Sonchus, Cicerbita latinè dicitur. Sunt qui Lactucellā & Lacteronem appellent, quod scilicet caulis eius dissectus copioso diffluat lacte. Germanicè *Wosf* oder *Genßdistel* uocatur. Sonchus autem sibi nomen uendicauit *αρχιδιστον χυρον*, eò quod salubrem fundat succum, utpote qui sua sorbitione stomachi rosiones leniat, & lactis abundantiam nutritibus sumministret, genitalibusq; locis collectione laborantibus præsidio sit. Cicerbitę tamen uocabulū, quo omnis Hetruria adhuc utitur, recens esse adiectitiumq; & ex non multo tempore Dioscoridī accreuisse uidetur.

*Sonchus cin-
dita.*

Cicerbita.

GENERA.

Sonchi duo sunt genera. Alterum syluestrius, aculeatius, & nigrius, quod *Genß distel* germanicè uocatur. Alterū tenerius esculentumq; ac minus nigrum, Germanis *Wasentöl* dicitur. Et Apuleio Lactuca leporina, quod cum leporē animus defecit æstu, hac sibi herba mederi solet.

Sonchus aspera.

Non aspera.

FORMA.

Cubitalis & angulosus Soncho caulis est, cauus & aliquando rubescens, & qui fractus copioso lacte manat. Folia habet per interualla in ambitu scissa. Florem luteum, qui, ut Senecionis, breui digestus abit in pappos, uanescitq; in lanugines.

LOCVS.

Vbiq; ferè in macerijis hortorum, potissimū autem in uincis Sonchus prouenit.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus Sonchus uterq;.

TEMPERAMENTVM.

Temperamentū eius quodammodo mixtum est: constat enim ex aquea terreaq; essentia, utraq; leuiter frigida. Nam & adstrictionis cuiusdam est particeps. Et siue cataplasmatīs in morem imponatur, siue edatur, manifestè refrigerat. Postea uerò quàm planè resiccatus fuerit, terrestris eius temperamentū redditur, modicam habens caliditatem.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Vis utrique Soncho refrigeratoria, modicèq; adstringens. Proinde stomacho æstuanti & inflammationibus illiti profunt. Succus eorū in sorbitione datus stomachi rosiones morfusue mitigat, & lactis abundantia efficit. In lana appositus, sedis ac uulue inflammationibus opitulatur. Tam herba quàm radix illita scorpionum ictibus subuenit.

EX GALENO.

Sonchus ubi adoleuerit, ex spinosis plantis est. Cæterum uiridis etiam nū & tener estur perinde ut cætera olera syluestria.

EX PLINIO.

Albus qui è lacte nitor, utilis orthopnoicis Lactucarū modo. Erasistratus calculos per urinam pelli eo monstrat, & oris graueolentiam cōmanducato corrigi. Succus trium * cyathorū mensura in uino albo & oleo calefactus adiuuat partus, ita ut à potu ambulent grauidæ. Datur & in sorbitione. Ipse caulis decoctus facit lactis abundantia nutritibus, coloremq; meliorē infantii: utilissimus ijs que lac sibi coire sentiant. Instillat auribus succus, calidusq; in stranguria bibitur, cyathi mensura: & in stomachi rosionibus cum semine Cucumeris, nucleisq; pineis. Illinit & sedis collectionibus. Bibitur cōtra serpentes scorpionesq; radix uerò illinitur. Eademq; decocta in oleo punici mālī calyce, aurii morbis præsidium est. Hæc omnia ex albo. Cleomporus nigro prohibet uesci, ut morbos faciente, de albo consentiens. Agathocles etiam contra sanguinem tauri demonstrat succo eius uti. Refrigeratoria tamen uim esse cōuenit nigro, & hac causa imponendū cum polenta. Zeno radice albi stranguria docet sanari,


* *al. obolorum*

674



SONCHUS
ASPERA.

Senßdistel.



SONCHVS
NON ASPERA.

Gasenföl.

C

NOMINA.



ΕΡΙΣ Græcis, Seris & Intubus Latinis uocatur. Reliqua quæ illi sunt nomina, in generum distinctione mox dicemus.

GENERA.


Satiuus Intubus. Intubum Latini in duo genera digesserunt, in satiuū & erraticum. Satiuū, qui non nisi cultu & humana diligentia prouenit, Erraticū uerò, qui suæ spontis & liber, sub nulla olitoris lege uagatur & errat, dixerunt. Satiuus Intubus, quem priuatim, Plinio lib. xx. cap. viij. teste, Serin nominarūt ueteres, in duas distrahitur species. Vna latiore folio constat, Lactuæ similior. Hæc corrupta ab Intybo uoce, in Hetruria passim Endiuiā appellatur. Et debet in omnibus pro uera Endiuiā usurpari officinis. Nam qua hodie sub hac uoce utuntur, non est uera Endiuiā, sed Lactuā syluestris, ut suo diximus loco. Germanicè Endiuien uocari potest. Altera angustiora folia habet, & subamara est. Hæc diminutiuo à Seris nomine Seriola dicitur, quod deinde corrumpentes recentiores Scariolam fecerunt, germanicè Scariol appellari poterit. Erraticus iterum Intybus in duas species, Plinio loco antea citato auctore, degenerat. Vna, quæ Græcis ab insigni amaritudine *πικρὴ, ἢ λυχόεσσα* nominatur, Latinis autē Ambubeia. Vulgus herbariorū & officinæ Cichoreā uocant, Germani Wegwarten / quasi uiarum custodem, uel Wegweiss / quod peregrinis quasi uiam indicare uideatur. Altera, quæ latiore folio prodit, Plinio Hedypnois nominatur, haud dubiè non alia ratione, nisi quod suauiter dormire, somnumq; irrepere faciat. Vel, si paulò durior hæc uidetur interpretatio, quod flos eius præter alias Serides suauiter admodū spiret. Theophrasto libro septimo de plantarū historia, capite septimo, & Plinio lib. xxi. cap. xv. Aphaca alio nomine appellatur: diuersa tamen ab ea quam supra descripsimus, & quæ aliàs Vitia syluestris dicitur. Vulgo **Dens leonis.** Dens leonis, quod folium sinuatim per laciniās denticulatū sit, & Rostrum porci. Rostrum porci. num nominatur. Officinis nostris, quæ barbaris delectantur uocibus, Taraxacon, aut Altaraxacon dicitur, Germanis *Kölskraut* / *Pfaffenrölin* / *Pfaffenblatt*.


FORMA.

Satiuus Intubus. Satiuus Intubus caulem edit magnum, rotundum, striatum, frequentibus furculis brachiātū. Germinat foliatu statim à radice uenoso. Flos illi in ramusculis cocculeus, & nonnunquam etiā candidus emicat. Prima autem eius species, ut diximus, folio latiore, altero angustiore constat. Erratici Intubi genus primum, quod **Cichorium.** Cichorium uocant, germinat à radice post Vergilias, folio Betæ laciniato, ferè semper in solo procumbente: caule magno, fistuloso, frangi cōtumace, multis ramulis brachiato, ad uinctum quoque lentis: flore cocculeo, interdum albo, particulatim usque in autumnū erumpente, qui nubilo etiā die solis exortu panditur, & cum eo circumagitur in occasum, noctu semper compressus, & interdū hiscens. Hinc panditur rudissimus quorundā error, qui hanc herbā quam Germani Wegwart nominant, Heliotropiū esse cōtendunt, cum tamen primum folia repugnent, quæ non sunt Ocimo similia, neque candida, sed nigricantia magis. Deinde non candidum, sed magna ex parte cocculeū florem habet. Radix denique eius, ut Heliotropij, non inutilis, sed, experientia teste, mirè efficax. Quibus omnibus accedit manifesta cum alijs satiuis Intubis similitudo, quæ una satis docet Intubū esse syluestrē, & non Heliotropiū. Vt quorundam temeritatē non satis mirari queam, qui contra apertam ueritatem, & omnium medicorum cōsensum, secus pronunciare audent. **Leonis dens.** Alterum, quod Leonis dens nominatur, folijs multis constat, utrinq; denticulatis, in terra selsilibus, cauliculis dodrantalibus, concauis, leuibus & enodibus, flore luteo, sti-

INTYBVM SATIVVM
LATIFOLIUM.

Endivien.






INTYBVM SATIVVM
ANGUSTIFOLIUM.

Scaevol.



INTYBVM SYL-
VESTRE.

Wegwart.



HEDYPNOIS

Röhlkraut.

A teo, stipantibus in circulum foliolis coronato, qui senescens euanescit in lanuginē, quæ cum aura raptim fertur.

LOCVS.

Satius non prouenit nisi in hortis cultu & diligentia humana: haud tamen difficulter ubi satus fuerit, emergit. Erratici prima species passim iuxta itinera nascit̃. Altera in hortis, & passim ferè etiam sponte sua gignitur.

TEMPVS.

Satius Iunio & Iulio mensibus floret. Cichoriū eodem ferè tempore incipit florescere, & in autumnum usque durat, Hedypnoidis in Martio erumpunt flores, & in æstatem usque perdurant.

TEMPERAMENTVM.

Seris olus est subamarū, & magis quod syluestre est, quod ob id ipsum Picrida quidam nuncupant, quidam uerò Cichorium appellant. Est autem ea sicca frigidaq̃ temperaturæ, utrunq̃ secundo abscessu. Porro domestica magis etiam quàm syluestris refrigerat. Sed & humiditatis multæ admistio siccitatem extinguit. Vtraque autem adstringentis qualitat̃is particeps est.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Omnes adstringunt & refrigerant, & stomachū adiuuant. Aluum sistunt cocti, si cum aceto assumantur. Syluestres autem stomacho meliores. Comesti imbecillū & æstuantem leniunt. Cardiacis per se, aut cum polenta utiliter illinuntur. Podagris & oculorū inflammationibus succurrunt. Herba & radix illita, percussis à scorpione subuenit. Ignibus sacris cum polenta medetur. Succus eorum cum ceruſa & aceto utiliter ijs quæ refrigerationem desiderant inungitur.

EX PLINIO.

B Intubi quoq̃ nō extra remedia sunt. Succus eorum cum rosaceo & aceto capitis dolores lenit. Idemq̃ cum uino potus, iecinoribus & uesicæ & epiphoris imponit̃. Cichoriū refrigerat. In cibo sumptum & illitum collectiones, succusq̃ decocti uentrem soluit. Iecinori & renibus, & stomacho prodest. Item si in aceto decoquatur, urinæ tormina discutit. Item morbum regium ē mulso, si sine febre sit. Vesicam adiuuat. Mulierum purgationibus quidem decoctū in aqua adeo prodest, ut emortuos partus trahat. Adijciunt magi, succo totius cum oleo perunctos fauorabiliores fieri, & quæ uelint facilius impetrare. Hedypnois stomachum dissolutū adstringit cocta: crudaq̃ sistit aluum. Et dysentericis prodest magis cum lente. Rupta & conuulsa utroque genere iuuantur. Item quibus genitura uoletudinis morbo effluat. Seris utraq̃ stomacho utilissima, præcipue quem humor uexat. Cum aceto in cibo refrigerant uel illita, discutuntq̃ & alios quàm stomachi. Cum polenta syluestrium radices stomachi causa sorbentur, & cardiacis illinuntur super sinistra mammam ex aceto. Omnes hæ & podagricis utiles, & sanguinē reijcientibus. Item quibus genitura fluit, alterno dierum potu.

Hedypnoidis facilius.

EX SYMEONE SETHI.


Stomacho bonum est Intubum, si cum aceto quis eo utatur. Postquam decoctū est, aluum sistit. Obstructiones auferendi uim habet, ut nullum aliud olus. Sanguinis feruorem sedat, & inflammationes iecoris discutit, & ictericos iuuat. Iecur proprietate quadā corroborat. Mediocriter somnū inducit. Tradunt quidā post uenæ sectionē, aut cucurbitas, si quis cum aceto utatur, iecinoris sanitatē conseruare. Veneris appetentiā extinguit, & semen genitale in ijs qui frigidam habent temperaturam, minuit. Vtile est ad sanguinis excreationē. Huius etiam decoctum iecinori admodum utile. Semen febres ex flaua bile ortas iquat; at lienī nocet.



PASTINACA SATI
VA PRIMA.

Jam Pasteney.

ASTINACA SATI
VA ALTERA.
Seelrüben





PASTINACA ER
RATICA.

Wilde Pasteney.

A

NOMINA.



ΝΑΦΥΛΙΝΟΣ græcè, Pastinaca latinè dicitur, Germanicè *Pastiney* / oder *Pastnachen*. Pastinacæ uerò nomen à pascendo dictum uidetur: *Pastinaca unde dicta.* natura enim ei calens, sapor uehemens, alit corpus, & Venerem cit.

GENERA.

Duplex Pastinacæ genus. Vna enim satiuæ est, quæ iterum duorum est generū. Vnum genus quod uulgò Carota dicitur, Germanicè sam *Pastiney* / & rot *Rüben*. Alterū, quod quidam inter Rapa connumerant. Hinc est quod Germani *geel Rüben* uocant. Syluestris altera, quæ propriè Staphylinus Græcis nominatur, germanicè autem wilð *Pastiney* / oder *Dogelneß*.

FORMA.

Folia Gingidij habet Pastinaca syluestris, latiora tamen & subamara. Caulem rectum, asperumq; umbellam Anetho similē obtinentē, in qua flores candidi, exiguum quiddam purpurei in medio habentes, & ferè ad crocē accedentis. Radix digiti crassitudine, dodrantalis, odorata, quæ cocta mandit. Hortenses syluestribus per omnia similes sunt, nisi quod flores in medio purpureū quiddam non habeant, & radix unius in suprema sui parte purpurea sit, alterius autē magis lutea.

LOCVS.

Pasim circa itinera, loca petrosa, & hortorū maceries sua sponte proueniunt erraticæ. Satiuæ in hortis nascuntur.

TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus flores & semina Dauco similia producit utraq;.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit & abstergit utraq; magis tamen syluestris.

B

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Erraticæ semen potum aut appositū menses ducit. Vrinæ difficultatibus, hydro picis, & pleuriticis in potu confert. Contra uenenatorum morsus & ictus utile. Ferunt non lædi à uenenatis qui id presumpserint. Cōceptus adiuuat. Radix ipsa urinam cit, & Venerem stimulat. Foetus ex utero pellit apposita. Folia trita cum melle imposita ulcera depascentia expurgant. Hortensis Pastinaca cibo aptior est. Ad eadem, sed minori efficacia, prodest.

EX GALENO.

Pastinaca satiuæ imbecillior, syluestris ad omnia potentior. Vrinæ mouet, & menses prouocat cum herba quidem tota, tum maximè semen & radix. Habet porò etiam absterforium in se quippiam: quamobrem pascentia ulcera quidam folijs eius cum melle, quò pura reddant, illinunt.

EX PLINIO.

Pastinacæ erraticæ semen contritum, & in uino potum, tumentē aluum, & suffocationes mulierū doloresq; lenit in tantum ut uulvas corrigat. Illitum quoq; è passo uentri earū prodest. Viris uerò cum panis portione æqua tritum. Ex uino potum contra uentris dolores. Pellit & urinā, & phagedenas ulcerū sistit recens cum melle impositū. Vel aridæ faringis inspersam radicē eius Dieuches cōtra iecinoris & lienis, ilium, lumborū & renū uitia, ex aqua mulla dari iubet. Cleophrantus & dysentericis ueteribus. Philistion in lacte coquit, & ad stranguriā dat radicis uncias quatuor. Ex aqua hydropicis, similiter & opisthotonicis, & pleuriticis, & comitialib; Habentes eam ferri à serpentibus negantur, aut qui antè gustauerint, non lædi. Percussis impositū cum axungia. Folia contra cruditates mandunt. Orpheus amatorij inesse Staphylino dixit, fortassis quoniā Venerem stimulari hoc cibo certum est: ideo cōceptus adiuuare aliqui prodiderūt. Ad reliqua & satiuæ pollet, efficacior tamen syluestris. Semen satiuæ quoq; contra scorpionū ictus, ex uino aut posca salutare est. Radice eius circumsalpti dentes, dolore liberantur.



SOLANVM
HORTENSE.

Nachtschatt.



HALICACABVM
VVLGARE.
Indendocken.

mm 3




HALICACABVM
PEREGRINVM.
Welsch Schluten.

SOLANVM
SOMNIFERVM.

Dollkraut.

mm 3





STRAMONIA.

Ranchöpsfelkraut.

NOMINA.



ΣΤΡΥΚΝΟΣ græcè, Galeno per unius literæ abiectionem *στυκν*, Solanum latinè, officinis Solatrum, uulgo Cuculus, Vua lupina, Vua uulpis, Morellaç dicitur. Germanicè *Nachtschatt*.

Solatrum.

Morella.

GENERA.

Quatuor, Dioscoride & Galeno autoribus, Solani sunt genera. Primū hortense dicitur, quod scilicet olim in hortis cum alijs oleribus quæ edendo sunt, seminabatur. Hodie sua sponte, & inuitis cultoribus prouenit. Nigrum alio nomine, à nigris nimirum folijs, aut in extrema maturitate fructu nigro, appellatur. Germanis simpliciter *Nachtschatt* uocatur. Secundum, quod priuatim Halicacabum nominatur. Vesicariā quoq; uocant à folliculis quos producit, uesicarum in animantibus speciem imitantibus, uel quod uesicæ caclulis medeatur. Officinæ Arabes secute, corrupto Halicacabi nomine, Alkakengi appellant. Germani nostri *Judenhutlin/oder Doctlin/Judentirschen/Schlitten/Boberellen/Rot Nachtschatten*. Est præterea alia Halicacabi species nuperrimè inuenta, & aliunde in Germaniam allata, cuius nemo antiquorum scriptorum, quod sciam, mentionem fecit. Nos discriminis gratia Halicacabū peregrinū nominauimus. Germanicè *welsch Schlitten* non ineptè nuncupauimus. Tertium Solanum somnificū, ab effectu scilicet nominant. Sunt qui Solatrum dormitoriū uel marinum dicant, quod rupibus non longè à mari inueniatur. Quartum Græcis *μαρινόν*, hoc est, furiosum nominatur, officinis Solatrum mortale.

Solanum hortense.

Halicacabum. Vesicaria.

Alkakengi.

Solanum somnificum.

Solanum furiosum.

FORMA.

Solanū hortense frutex est esculentus, exilis, alas multas habens, folia nigra. Ocimo maiora & latiora, fructum rotundū, uiridem, cum autem maturuerit nigrum, aut rufum. Flos huic candicat. Halicacabū folijs priori simile, latioribus tamen. Caules eius postquam increuerunt in terram inclinant. Fructum fert in folliculis rotundis uesicis similibus, rufum, rotundum, leuem, uuarum acinis similem, quo coronarij utuntur texentes coronas. Peregrinum planta est pergulis operiendis aptissima; latissimè enim suis clauiculis sese diffundit. Folia habet oblonga, & lacinata. Flores candidos, uesiculas Halicacabo similes, in quibus semen induitur pisitis aut ciceribus simile, in cuius medio effigies ueluti cordis humani insculpta & incisa apparet. Somnificum frutex est ramos habens multos, densos & lignosos, difficile fragiles, folijs pinguibus refertos, mālī cotonei similitudine, florem rubrū, grandem. Semen in siliquis croceum. Radicem corticem habentem subrubrum, grandem. Furiosum folium obtinet Brucae simile, maius tamen, satis ad spinam quam Pæderota uocant accedens. Caules à radice proceros decem aut duodecim emittit, ulnarū cubitorū uel quatuor altitudine, capitulum effigie oliuæ insidens, sed hirsutum ut Platani pilulæ, maius tamen & latius. Florem nigrum, post hunc fructum racemosum, rotundum, nigrum, denis aut duodenis acinis constantem, Hederæ corymbis similibus, mollibus ut uuæ. Radicē candidam, crassam, cauam, cubitalem. Cæterum plantatur nunc in hortis Germaniæ herba Italī uocata Stramonīa, & pomum spinosum, quam nonnulli inter Solani species numerant, non quod descriptioni respondeat, sed quod eius folia optj odorem referre uideantur. Quare ut alijs occasionem daremus cogitandi de hac planta, hoc loco eius picturam inferere placuit. Flores huius herbæ suauem Lilij spirant odorem. Videtur uiribus parum à posterioribus generibus Solani distare. Germanicè à pomis appellare libuit, *stechend oder rauch spffeltraut*.

Hortense.

Halicacabum.

Somnificum.

Furiosum.

C

LOCVS.

Hortenſe paſſim in opacis locis, & ſemitis obuiū eſt. Naſcitur & in hortis. Halicacabum in uineis copioſiſſimè prouenit. Somnificū in ſaxolis nec procul à marilocis producitur. Furioſum in montanis, ac uento perſtatis locis, & ubi Platani naſcuntur.

TEMPVS.

Hortenſe tota ſerè æſtate floret, autumnō autem fructus eius matureſcit. Halicacabum ueſicas illas ſuas in fine Auguſti, & inter initia Septembris menſis colore primum uiridi, mox paulatim rubefcente profert.

TEMPERAMENTVM.

Hortenſe refrigerat & adſtringit in ſecundo ordine, medium autem abſolutè in humectando & exiccando, Galeno lib. v. ſimpl. cap. ix. teſte. Idem faciunt Halicacabi folia. Somnificum tertij eſt refrigerantiū ordinis. Manici ſeu furioſi cortex radicis refrigerat ſecundo ordine incipiente, & deſiccatur in ſecundo iam completo, & tertio incipiente.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Hortenſe refrigerandi facultatē obtinet, quapropter folia ignibus ſacris, herpetibus cum farina polentæ illita profunt. Per ſe autem trita & impoſita ægilopas, capitisq; dolores ſanant. Stomacho æſtuanti auxiliantur. Parotidas cum ſale trita & illita diſcutiunt. Succus eius ualet aduerſus ignes ſacros, & herpetas, cum ceruſa, roſaceo & lithargyro. Ad ægilopas uerò cum pane. Infantium quoq; ardori, quem ſyriaſin uocant Græci, cum roſaceo perfuſus proficit. Miſcetur collyrijs pro aqua aut ouo contra acres fluxiones ad inunctiones. Aurium dolori inſtillatus prodeſt. Muliebria profluuiā in lana appoſitus ſiſtit. Succus fuluo gallinarum in domibus oberdantium ſimo ſubactus & linteo appoſitus ægilopis remedio eſt. Halicacabum uim uſumq; hortenſis Solani habet, uerum non comeditur. Fructus eius potus, eò quod urinā mouet, regium morbum expurgat. Vtrorumq; herba exprimitur, & ſuccus ſiccatus in umbra reponitur, ad eadem utilis. Somnifici radicis cortex in uino drachmæ pondere potus ſomnificam facultatē obtinet Papaueris ſucco mitior. Fructus uehementer urinam cit. Corymbi eius ſerè duodecim hydropicis dantur. Plures autem poti ecſtaſin faciunt. Remedio eſt aqua mulſa copioſa potui data. Succus eius medicamentis dolorem leuantibus & paſtillis miſcetur. In uino decoctus & in ore retentus dentiū doloribus ſuccurrit. Radicis ſuccus cum melle inunctus oculorū hebetudines tollit. Furioſi radix in uino drachmæ unius pondere pota non illepidas neq; iniucundas imagines ſpecieſue efficit. Duarū uerò drachmarum pondere pota, ad tres uſq; dies ecſtaſin affert. Quatuor autē drachmæ hauſtæ interimunt. Remedio eſt aqua mulſa maiore copia pota, & uomitione reiecta.

EX GALENO.

Solanum eſculentū quod in hortis naſcitur, notū eſt omnibus, utunturq; illo ad omnia ea quæ refrigerari & adſtringi poſtulant. Cæterorū uerò non eſculentorum unum quidem nuncupatur Halicacabum, fructum habens ruſum, acino uuæ tum figura, tum magnitudine adſimilem, quo etiam ad coronas utuntur. Alterū autem fruticoſum, quod ſomnificū, & tertium quod furioſum dicitur. Halicacabum igitur in foliorū facultate hortenſi ſimile eſt, fructum habens ciendæ urinæ idoneum: proinde multis compoſitis facultatibus quæ ad iecur, ad ueſicam & renes accōmodantur, miſcetur. Solani uerò ſomnifici cortex radicis ſi cum uino bibatur, ſomnū accerſit drachmæ pondere ſumptus. Sed & ad cætera Papaueris ſucco perſimilis eſt, niſi quod eouſq; imbecillior eſt, ut ipſe tertij habeatur ordinis refrigerantiū, quum hic in quarto ſit conſtitutus. Huius ſemen urinā mouendi facultatem habet. Si autem plus

Atem plus duodecim corymbis hauseris, dementiā furiāque adsciscet. Porro quod reliquum est ex dictis Solanis, ad medicationes quę intrō in corpus adhibentur, inutile est. Nam si quatuor eius drachmę sumantur, mortem inferent: si pauciores, insaniam. Vna certē innoxie offertur, ceterū nec ipsa utile quid obtinet. Verum si foris corpori illinatur, ulcera maligna & depascentia curat, Sed ad talia radice cortex optimus est.

EX PLINIO.

Strychno, quam quidam Trychnon scripsere, utinam nec coronarij in Ægypto uterentur, quos inuitat Hederae florū similitudo, in duobus eius generibus. Quorum alterum cui acini coccinei, granosi folliculi, Halicacabū uocant. Nostri autem uesicariam, quoniam uesicę & calculis prodest. Frutex est surculosus uerius quā *Vesicaria* herba, folliculis magnis latisq̃, & turbinatis, grandi intus acino, qui maturefcit No uembri mense. Tertio folia sunt Ocimi, minimē diligenter demonstranda. Remedia enim, non uenena tractamus: quippe insaniam facit paruo quoq̃ succo. Quamquam & Gręci autores in iocum uertēre. Drachmę enim pondere lufum pudoris gigni dixerunt, species ifanas imaginesq̃ conspicuas obuersari demonstrantes. Duplicatum hunc modum, legitimā insaniam facere. Quicquid uerō adijciatur pondere, repręsentari mortem. Hoc est uenenum quod innocentissimi autores simpliciter Dorycnion appellauere, ab eo quod cuspides in pręlijs tingerentur illo passim nascente. Quin & alterum genus soporiferum est, atq̃ etiam opio uelocius ad mortem. Laudatum uerō à Diocle & Euenore: quippe pręsentaneum remedium ad dentes mobiles firmandos, si colluerentur: huic tamen exceptionem addidere, ne diutius id fieret: delirationem enim gigni eo. Cōmendatur & in cibis tertium genus, licet pręferatur hortensis saporibus. Et nihil esse corporis malorum, cui non *B* salutare sit Strychnos, Xenocrates prędicat. Somnifici radicem bibunt qui sunt uaticinandi callentes, quod furere ad confirmandas superstitiones aspici se uolunt. Remedio est (id enim libentius retulerim) aqua copiosa mulsā calida potui data. Nec illud pręteribo, aspidum naturę Solanū somnificum in tantum aduersum, ut radice eius propius admota soporentur, illud sopore enecante uim earum, Ergo trita ex oleo percussis auxiliatur.

APPENDIX.

Quod nos somnificum esse dicimus Solanum, aliqui hortensē non sine maximo errore esse putant, plurimumq̃ suis conferre, ac easdem à letalibus morbis pręferuare asserunt. Nos tamē non laboramus magnopere quomodo suis succurrat, sed quid in homine possit magis consideramus, quum constet pleraque alijs animantibus esse cibum, quę homini uenenum sunt. Experientia uerō cognitum est, geminos pueros statim ex esu acinorum huius generis Solani mortuos esse. Quod sanē exemplum nos mouet ut somniferum esse credamus, potissimū cum in uniuersum ferē illi descriptio quadret, uno hoc dempto, quod semen non habet in siliquis croceum. Sunt autem notę quędam in hortensis etiam delineatione quę illi non conueniunt. Neque enim exilis est frutex, sed propemodum arborescens: neque etiam florem candidum, sed spadiceum obtinet. Quod uerō ad flores & fructum attinet, uidetur accedere ad historię Solani furiosi, ut suspicio ferē sit duorum horum generum historias esse confusas: quam quidem auget Theophrastus, qui in eorundē descriptione nonnihil à Dioscoride uariat. Quicquid uerō sit, certum est Solani esse speciem, quod forma ipsa foliorū abundē docet: atq̃ huic uehementē refrigerandi uim, maximē si paulō copiosius sumat, inesse, ut hoc nomine pro somnifero Solano eius usus medicis nullo periculo esse queat. Nos uulgi sententiā sequuti, appellauimus *Dolltraut*. Posset etiam germanicē uocari *Schlaff Nachtschatt*. Sunt qui *Sewtraut* nominant. Quod si tamē hæc nonnullis haud satisfecerint, certē necesse erit *Mandragorę* speciem esse fateantur tertiā, quam pingit Theophrastus lib,

C frus lib. vi. de hist. plant. cap. ij. ijs uerbis: ἰδιὸς δὲ ὁ καρπὸς τοῦ μανδραγόρου τῷ μέλει τε καὶ ῥα γῶδ' οὖς καὶ οἰνώδ' οὖς ἐστὶν τῷ χυμῷ. hoc est, fructus Mandragoræ peculiaris, quia niger, acinosusq̃, & uinosus suo sapore sentitur. Hæ enim omnes notæ in fructu huius fruticis reperiuntur. Sed plura ea de re in capite de Mandragora diximus.

DE SYMPHYTO MAGNO CAP. CCLXV

NOMINA.

*Symphytum cur-
dictum.*



ΥΜΦΥΤΟΝ, ἡ σὺμφύτῳ μέγα Græcis, Symphytū & Solidago Latinis, officinis & herbarijs Consolida maior, Germanis Walwurß/Schwarzwurß/Schmerwurß/grosse beynwell. Nomen illi apud Græcos Latinosq̃ egregia constringendi & conglutinandi uis fecit.

FORMA.

*Consolida maior
obicitio diluitur*

Caulem emittit binūm cubitorum, aut maiorem, leuem, crassum, angulosum, Sonchi modo inanem, circa quem folia sunt non magnis interuallis distantia, hirsuta, angusta, oblonga, ad Buglosi foliorum figuram accedentia. Habet caulis secundum angulos eminentias quasdam productas. Folium tenue ex singulis alis prodit. Flores lutei, & semen Verbasci. Totus uerò caulis & folia quandam lanuginē modicè asperam, tactu pruritus mouentem, habent. Radices in superficie extraneæ nigrae, intus candidæ & glutinosæ, quarum est usus. Hæc siquidem deliniatio adamulsi huic herbæ quæ uulgò Consolida maior appellatur, competere uidetur, quod nulla prorsus sit nota quæ illi non quadret. Sed obtrudet quispiam, florum colorem non respondere, quem Dioscorides luteum esse dicit, quum in nostra Consolida alius sit. Cui ita responsum uolo. Coloris ista in floribus diuersitas non tanti momenti est, ut aliud à Consolida maiori Symphyton esse, conuincere possit: neque enim ubique terrarum, etiam earundem herbarum, flores similes sunt. Exemplo est Buglossum, quod Boraginem hodie officinæ uocant: hoc enim interdū albos, quos nos Norimbergæ & Culmachij sæpe uidimus: magna autē ex parte purpureos producit flores. Sic quoque Symphytum frequenter flore subrubro, uel leniter purpurascete, ut Onoltzbachij, rarius candido conspicitur. Tubinge tamen omnia flore albo uisuntur. Luteis floribus nullum in Germania uidisse me memini. Quod autem alios quàm luteos nonnunquam proferat flores Symphytum, satis docet Apuleius in cōmentariolo illo quem de herbis conscripsit, qui illius flores nigros esse tradit, subrubros aut subpurpureos haud dubiè innuens. Nos una pictura utrosq̃ flores exhibemus. Germani candidis floribus Symphytum sceminā, subrubris uerò marem appellant. Cæterum non est quod in Symphyti descriptione te perturbet aut remoretur, quod idem caulis simul leuis & angulosus dicitur: id enim sic intelligendum uenit, quod caulis nō perpetuò leuis aut angulosus sit, sed modo hunc, modo illum producat pro soli diuersitate.

LOCVS.

Locis aquosis, palustribusq̃ abundè prouenit.

TEMPVS.

Per integram æstatem floret. Radix tamen in autumnis carpenda uenit.

TEMPERAMENTVM.

Modicè, ordine scilicet secundo, calefacit, exicat & contrahit.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radices tritæ & potæ cruenta expuentibus, ruptisq̃ profunt. Recentia uulnera illitæ glutinant. Carnes si unā coquantur cogunt. Inflammationibus, sedis potissimum, cum Senecionis folijs utiliter illinuntur.

EX GALE



SYMPHYTUM
MAGNUM.

Walwurtz.

C

EX GALENO.

Symphytū magnum similem petræo facultatem habet, non tamen gustantibus dulce, neq; odorantibus odoratum apparet, sed ijs sanè ab illo diuersum est. Cæterum quatenus uiscositatē quandam & mordacitatē obtinet, Scillæ simile est. Vtitor eo ad omnia quæ petræo. Potest autem petræum collectū in thorace, pulmoneq; pus expurgare. Habet etiam contrahendi uim, qua sanguinis eiectionibus auxiliatur, Enterocelijs imponitur, & ad conuulsa & rupta cum oxymelite bibitur. In uino decoctum ad dysenteriam, & profluuium muliebri rubrum constringendum exhibetur.

EX PLINIO.

Symphyti radix illita, enterocelas cohibet. Vulneribus sanandis tanta præstantia est, ut carnes quoq; cum coquuntur, conglutinet addita, unde & Græci nomen imposuere, Ofsibus quoque fractis medetur.

SYMPHYTI PETRAEI VIRE.

Quum Dioscorides & Galenus ad Symphyti facultates lectorem in Symphyti magni historia ablegent remittantq;, necesse est ut illas ordine cōnumeremus more quidem nostro primum ex Dioscoride, deinde ex Galeno & Plinio.

EX DIOSCORIDE.

Decoctum in aqua mulsa & potum Symphytū petræum, quæ in pulmone sunt expurgat. Sanguinē reiicientibus & renum doloribus cum aqua datur. Ad dysenteriam & rubrā sceminarum profluuiā in uino decoctum bibitur. Ad conuulsa & rupta ex aceto mulso sumitur. Cōmanducatum sitim arcet. Gutturis asperitatibus prodest. Recentia uulnera glutinat, & intestinorū ramices illitum coërcet. Carnes cum unā coquitur conglutinat.

EX GALENO.


Symphytū petræū ex contrarijs constat facultatibus; habet enim incidendi uim quampiā, qua collectū in thorace & pulmone pus expurgare potest. Habet etiam quandam contrahendi facultatem, qua eiectionibus sanguinis auxiliatur: & tertia ad eas inest humiditas quædam non immodicè calida, per quam gustantibus dulce apparet, & odoratu iucundum. Mansum sitim extinguit, & arteriæ asperitates sanat. Porro secundum omnium dictarū uirium mīstionē simul digerere abundè potest, simulq; corpora contrahere & constringere. Proinde enterocelijs imponitur, & ad conuulsa & rupta cum oxymelite bibitur. Cæterum qui ipsum in uino decoctum ad dysenteriam, & rubrum muliebri profluuium exhibent, tanquam desiccante & contrahente utuntur. Qui uerò ad nephritin renūmue dolorem, tanquam expurgante & incidente.

EX PLINIO.

Vtilissimū lateribus, lienibus, renibus, torminibus pectoris, pulmonibus, sanguinem reiicientibus, faucibus asperis. Bibitur radix trita, & in uino decocta, & aliquando superlinitur. Quin & cōmanducata sitim sedat, præcipueq; pulmonem refrigerat. Luxatis quoque imponitur & cōuulsis, lieni, interaneis. Aluum sistit coacta in cineres. Detractis quoq; folliculis trita cum piperis nouem granis, & ex aqua


potā, Vulneribus sanandis tanta præstantia est, ut carnes quoque cum coquuntur, conglutinet addita, unde & Græci nomen imposuerunt. Ofsibus quoq; fractis medetur.

DE SICY




CUCUMIS SATIVUS
VULGARIS.

Cucumber.



CUCUMIS TUR-
CICUS.


Türkisch Cucumber.



CUCUMER
MARINVS.

Bitter Cucumer.


750



CUCUMER
CITRULLUS.
Citrullen.

PEPO
Pfeben.

nn 3



C

NOMINA.



Cucumer unde dictus.

Sicys.

Adagium.

Textrices magna ex parte impudicæ.

ΙΚΥΣ, καὶ σίκυς ἡμῶν Græcis, Cucumis & Cucumer Latinis dicitur. Officinæ latinam appellationē retinuerunt. Aërius Anguriū etiam uocari tradit. Germani Cucumerem uocant. Cucumer autem, ut Varroni placet, dicitur à curuore, quasi Curuimer. Sicyn uerò Græci ex aduerso ἀπὸ τοῦ σόβειν καὶ κύειν, quod scilicet appetentiā concumbendi minimè stimulet, nominasse uidentur. Hinc celebratum Græcis prouerbiū est, ut ex Athenæo annotauit Hermolaus: Texens pallium mulier cucumerē deuoret, quod textrices magna ex parte, si Aristoteli credimus, impudicæ sint, & opportuna Veneri. Vtergo hys impetus infrenet & elanguescat, adagiū edendos cucumeres textricibus consulebat.

GENERA.

Pepones, Melopepones.

Melones cur dicti.

Cucumis.

Anguria.

Citireoli aut Citruli.

Pepo.

Melon.

Cucumis.

Cucumerū genera sunt Pepones & Melopepones, in quos statim degenerant, figura tantum & quantitate inter se dissidentes. Siquidem qui magnitudine excedunt, aut in longitudinē procedunt, quales multis locis nascuntur, Pepones quondam uocati fuerunt. Sed qui formam & effigiē māli referunt, & humi rotundantur, Melopepones Græcis uocantur, facto ex Pepone & mālo nomine: neq; inter Pepones & Melopepones aliud quàm quod sumitur ex figura quondam, ut diximus, discrimen fuit. Totum hoc genus Palladius Melones, quasi μήλωνες, id est, pomeos, à mālorum figura appellauit, quo nomine maior pars hodie medicorū simul cum officinis utitur. Sunt itaq; in uniuersum tria Cucumerū satiuorum genera. Primum genus absolute Cucumis, à nostræ ætatis herbarijs, cum adiectione Cucumis citrinus, hoc est, flauus, à colore quem habet cum maturuerit, appellatur. Aërius, quod equidem sciam, primus Anguria uocari tradit, quæ ueteribus σίκυς, id est, Cucumeres nominantur. Horum sanè plura sunt genera, nos quatuor potiora commemorabimus, quorū etiā picturas exhibemus. Primi generis est uulgaris Cucumer, fructū obtinēs oblongū & maculosum, germanicè uocat gemeyn Cucumerem. Sunt qui illum priuatim Anguriā appellent. Ad quod sanè nomen alludentes Germani nostri, alio nomine Gurken nominant. Alterius generis Cucumer est peregrinus, quem uulgus Turcicū nuncupat, priori multò maior ac procerior folijs, floribus & fructu, qui ut in primo nō est maculosus, sed tamen oblongus etiā. Germani Türckisch Cucumerem appellant. Fructus eius admodū flauus existit, hinc est quod multi eundē priuatim Citrulum & Citreolū, quasi citrinū, hoc est, flauū uocent. Huius semina alba & lata sunt. Tertijs generis Cucumer est qui marinus dicitur, Turcico, quod ad folia, flores & semina attinet, ferè similis, nisi quod in hoc omnia sint minora. Fructus uerò rotundus, ut pictura monstrat. Vulgus Zucco marinus uocat. Germani meer Cucumer. Officinis perinde atq; Turcicus ignotus. Quarti generis Cucumer est, quem officinæ hodie Citrulū uocant. Folia habet ferè Colocynthis, multifariā dissecta & incisa: fructū rotundū, herbacei coloris, & in eo semina lata, & colore spadicea, hoc est, in rufo atra. Nos officinas respicientes nominauimus hunc Cucumerē citrulū, germanicè Citrullen. Alterū genus Cucumeris est, qui nunc simpliciter Pepon, ἀπὸ τοῦ πεπαιναι, hoc est, maturescere dici. Is enim mitis ac tener maturitate flaccescit. Germani Pseben appellant. Tertiū genus Cucumeris hodie Melon ab omnibus uocatur, Germani Melan nominant. A priorē forma & suauitate differt: rotundior siquidē & māli cotonei quasi formā referēs, mitiorq; existit. Discrimen hoc sentientes posteriores Græci σίκυς simpliciter dixerunt, quem nos priuatim modo Cucumerē uocamus. Adiecta autem Peponis uoce, hunc quem nostra ætas priuatim Peponē nominat, σίκυς πεπον, id est, Cucumerē Peponē dixerunt, mitē scilicet & maturitate tenerū Cucumim innuentes. Sub quo eum etiam, quem à tereti ac rotunda māli effigie μήλωνες peculiariter dixerunt, complexi sunt.

FORMA.

Cucumis. Cucumis sarmentis uiticulisq; prælongis serpit, in ramosq; uitis modo se diffundit, ta-

A dit, tamen ob caulis infirmitatē humi spargitur, ni propius adsit cui caducus incumbat: folio anguloso, flore luteo, fructu cartilagineo, & interdum maculoso, coloris tum herbacei, tū citrini, tum nigri. Pepo uite serpit praelonga, flagellis ultro citroq; reptantibus, uitigineis ferē frondibus, scabris, flore luteo, fructu cartilagineo, orbiculatim striato, prominulis puluinorū toris, strigilibus in uertice pomi & umbilico coeuntibus, ibidemq; stellatim decussatis, cute aspera uelut lentiginibus occupata, carne intus suauis, seminibus in utero liratim digestis.

LOCVS.

Pingui gaudet solo, locisq; apricis uberior prouenit Cucumis. Nascuntur & pepones bene cultis locis, eoq; lætius si subinde rigentur. Amant tamen aprica loca, & sole irradiata: ideoq; cum annus est pluuiosus & nubilus, non æquē ut in siccis annis proueniunt. Libertate etiam gaudent, qua possint ultro uagari. Magna copia Peponum & Melonum apud Norimbergam, celeberrimū Germaniæ nostræ opidum, prouenit.

TEMPVS.

Æstatis fine, Iulio potissimū mense, maturescunt. Citius tamen Melones, quā priuatim Cucumeres dicti.

TEMPERAMENTVM.

In Cucumeribus superat humida & frigida temperies, non tamen uehementer, sed quasi in secundo censetur ordine. Attamen si quis aut semen aut radicem arefaciat, haud etiam humidæ fuerit naturæ, sed iam deliccantis, idq; in primo quodammodo ordine, aut in secundo incipiente.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

B Satiuus Cucumis bonam facit aluum, stomachoq; accommodatus est. Refrigerat, nec corruptionē sentit. Prodest uesicæ. Olfactu animo deficientes restituit. Semen eius mediocriter urinā cit. Cum lacte aut passo uesicæ exulcerationibus subuenit. Folia eius cum uino illita, morsus canum sanant, cum melle uerò epinyctidas. Peponis autem caro comesta urinam cit. Inflammationes oculorum illita sedat. Superior eius cortex contra aduersionem infantū, quam siriasin uocant, syncipiti imponitur. Fronti ut oculorū fluxiones auertat, imponitur. Mixtus farinæ, & cum semine in sole siccatus succus, smegma fit ad extergendā cutem, & nitorem in facie conciliandum. Radix sicca, & cum hydromelite drachmæ pondere pota, uomitiones mouet. Quod si quis modicē à ccena uomere cupiat, gemini oboli fatis erunt. Sanat & ulcera in modum faui concreta, ceria uocant, cum melle illita.

EX GALENO.

Cucumis esculentus maturus quidē tenuioris essentiae est, qui uerò immaturus est, crassioris. Sed & abstergendi & incidendi facultate participant, quare & urinā mouent, & corpus splendidum reddunt: at magis si quis semine arefacto contusoq; atq; cribrato, uice pulueris abstergorij utatur. In semine & radice maior abstergendi facultas, quā in fructu ipsius carne. Vniuersa Peponū natura frigidior cum larga humiditate existit. Habent & quandā abstergendi uim, ideoq; urinam cient, & deorsum expeditius quā Cucurbita & Melo pepones rapiuntur. Quod porro abstergant, discere licet sordidam cutem defricando. Quamobrē maculas etiam solis calore factas, & lenticulas faciem occupantes, & in superficie albos extergere possunt. Semen quod in eorum ueluti carne continetur, ad hoc efficacius, adeo ut renibus etiam calculo infestis sit accommodatum. Gignit in corpore uitiosum succum, potissimū quando non rectē concoquitur. Tum uerò morbū etiam qui cholera dicitur, inducere consuevit. Etenim priusquam ad corruptionem peruenit, uomitioni quoque idoneus est: largiusq; ingestus, nisi quis aliquid eorum quæ boni sunt succi supermandet, omnino uomitum concitabit. Melo pepones minus hu-

C midi quàm Pepones sunt, nec adeò prauī succi, segnius item prouocant urinam, tardiusq; deorsum descendunt. Ad uomitū excitandum non eandem uim Peponibus obtinent, sicut nec celeriter in uentriculo, quando illic prauus humor coaceruatur, aut alia corruptionis causa illum infestauerit, corrumpunt. Ventriculo haudquaquam ceu Pepones officiunt. Cucumeres autem urinam mouendi facultatem, perinde atque Pepones habent, sed imbecilliores: minus nanque substantia humidi, ideoq; nō facili, ut illi, in uentriculo corrumpuntur. Inuenias qui hos ceu alia multa, quæ bonæ hominum parti concoqui non possunt, conficiant, ob totius scilicet naturæ cum eis proprietatem.

EX PLINIO.

Pepones qui uocantur, refrigerant, maximè in cibo, & emolliunt aluum. Caro eorum epiphoris oculorum, aut doloribus imponitur. Radix sanat ulcera concreta in modum faui, quæ ceria uocant. Eadem contra uomitiones siccatur, in farina tusa datur, quatuor obolis in aqua mulsâ, ita ut qui biberit, quingentos postea passus ambulet. Hæc farina & in smegmata adijcitur. Cortex quoque uomitionē mouet, faciem purgat. Hoc & folia cuiuscunq; satiui illita. Eadem cū melle epinyctidas sanant; cum uino canis morsus. Cucumis odore defectum animi.

EX SYMEONE SETHI.

Anguria, quæ Cucumeres dicuntur, secundum uerò cōmunem sermonem Tetrangura, ob frigidū & humidum temperamentū noxia sunt, & mali succi. Ex ijs autem parua magnis anteferre oportet. Hæc urinā ducunt, & si in aceto macerentur, in acutis præsertim febribus, mitiorē calorem reddunt. Crebrior uerò horum usus semen genitale minuit, in Veneremq; impetū aufert. Semen autem horū deficcātū, caliditatem quandā possidet, contrariamq; his actionē efficit, urinamq; magis prouocat. Pituitā glutinosā Tetrangura in uentriculo gignunt, quæ cruda per uenas diffunditur. Propterea qui his crebrius utuntur, illi propter humores temporis spatio in uenis, & alijs corporis cauitatibus coactos, longis corripiuntur febribus. Semen uerò horum urinā cit, sed minus quàm Peponū, quoniam celerius in uentriculo corrumpuntur. Meliora in his sunt quæ habent semen exiguū. Calidos autē & siccōs stomachos iuuant, & si in ardente febre cum aceto porrigantur, ualde profunt. Propriū uerò horum est nausæas uentriculi calore excitatas, sedare. Horum autem interiora esse oportet: nam quæ foris sunt, mali succi existunt, & difficulter admodū concoquuntur, & ferè uenenata. Habent uerò & alias proprietates, ut animo deficientes propter excedentē calorem reficiant. Si autē pituitā in uentriculo nanciscant, nausæas faciunt, & colicos affectus, & hypochondriacas passionēs.

DE SICY SYLVESTRI CAP. CCLXVII

NOMINA.

Cucumis anguinus.
Cucumer alpinus.



IKYΣ ἀγγυρίδιον, sic autē propriè uocatur succus eius Græcis, Cucumis anguinus, syluestris & erraticus Latinis, officinis & barbaris Cucumer alpinus, Germanis wild Cucumer / uel esels Cucumer appellatur.


FORMA.

Solo fructu à satiui Cucumere distat, quē multo minorem habet, glandibusq; longiusculis similem. Folia & sarmenta satiui similia. Radicem albam & magnam. Totus frutex amarus.

LOCVS.

Ruderibus sabulosisq; locis prouenit. Nusquā tamen in Germania, quod sciam, nisi satus nascitur.

TEMPVS.



CUCUMIS SYL-
VESTRIS.

Wild Cucumber.

C

TEMPVS.

Augusto mense floret, atque subinde autumno fructum tempestiuū producit, qui seminibus ac succo plenus est, qui decerpto pediculo confestim exilire solet.

TEMPERAMENTVM.

Calidus & siccus est Cucumis syluestris, ut ex uiribus latius patebit.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Foliorū succus instillatus aurium dolori conuenit. Illita ex polenta radix omne uetus oedema discutit. Imposita cum resina terebinthina, tubercula rumpit. Decocta ex aceto & illita podagras discutit. Ischiadicis infunditur eius decoctum, eoq̃ in dolore dentes colluuntur. Arida trita, alphas, lepras & impetiginē abstergit. Cicatrices nigras, & in facie maculas expurgat. Radicis succus sesquiboli pondere, & item cortex acetabuli quarta parte, bilem pituitamq̃ deſciunt, præsertim in hydro picis. Purgat uerò citra stomachi iniuriam. Radicis selibram accipere oportet, inq̃ duobus uini, præsertim Libyci, sextarijs conterere, ac dandi ex eo terni cyathi, donec tumor abundè subfederit. Quod uerò Elateriū uocatur, ex fructu huiusce Cucumeris paratur ad hunc modum. Eligito Cucumeres qui tacti saliendo succum ex se profundunt, ac nocte una repositos dimitte. Postridie cribrum rarius neque crebra foramina habens crateri superponito, supinoq̃ cultro sursum uersus aciem habente sigillatim Cucumeres utriusq̃ manibus prehensens diuidito, & per cribrum in subiectum craterem humorem exprimito, simulq̃ carnosum in eis quod iam cribro adhæret exprimito, ut & illud descendat. Quæ expressa sunt in paratā peluim cōj cito. Coaceruatis autem in cribro quæ antea dissecta fuerunt, ea dulci aqua perfundito, & cum expressis abj cito. Humorē in pelui agitatū, & linteo opertum, soli exponito, dumq̃ steterit totam supernatantē aquam, cum humore cōcreto, per colato. Facitoq̃ id sæpius donec supernatans aqua subsidat, quam cum diligenter excolaueris, coniectum in mortarium sedimentū terito, & in pastillos conformato.

Elaterij confectio. Elaterium uerò à bimatu ad decenniū purgationibus utile. Integra quantitas obolus est, minima semiobolus, pueris chalciduo. Copiosius enim potum, periculū adfert. Pituitā & bilem per inferna pariter & superna trahit. Optima autem per ipsum difficulter spirantibus fit purgatio. Quod si itaque in animo est per aluum purgare, adiecto salis duplo, & stibij quod colorari sufficiat, ex aqua catapotia erui magnitudine dato. Postea cyathus unus aquæ tepidæ sorbeat. Ad citandas uerò uomitiones aqua diluens Elaterium, subiectas linguæ partes penitissimè penna oblinito. Quod si quispiam difficiliter uomat, oleo aut unguento irino diluito. Somnum inhibeto. Porro ijs qui supra modum purgantur, uinum cum oleo mixtum continuo dare conuenit; etenim uomendo emendantur. Quod si uomitiones non finiantur, aqua frigida, polenta, posca, poma, & quæ stomachum densare possunt offerenda sunt. Ciet Elateriū menses. Fœtus enecat in pello subditum. Morbo regio medetur, cum lacte naribus infusum. Diurnos capitis dolores finit. Efficaciter angina laborantibus inungitur, cum uetere oleo, melle, aut felle taurino.

EX GALENO.

Cucumeris syluestris, & fructus ipsius succus, quem Elaterium uocant, & non minimè radicis ac foliorū, ad medicationes perutilis est. Elateriū itaq̃ menses ciet, & fœtum interimit appositum, ceu alia omnia amara & subtilium partiū, maximè si aliquam habeant caliditatē, ueluti Elaterium. Summè siquidem amarum est, leuiter calidum, ut ex secundo sit ordine calefacientiū. Porro tale protinus quoq̃ digerendi uim obinet. Sic igitur eo angina laborantes inungunt quidam cum melle, aut oleo uetere. Bonū item est regio morbo affectis fusum cum lacte in nares. Hoc etiam usu dolores capitis sanat. Atq̃ Elateriū quidem eiusmodi est. At radicis succus, ut & foliorum, licet similem uim habeat, imbecilliorē tamen. Sed & ipsa radix adsimi-

A ad similem facultatem possidet, abstergit nanque, digerit atque emollit, Porro cortex eo potentius desiccatur.

EX PLINIO.

Ex Cucumere sylvestri fit medicamentū quod uocatur Elaterium, succo expresso ē fructu. Cuius causa nisi maturius incidatur, succus exilit, oculorū etiam periculo. Obscuritates & uitia oculorū sanat, genarumq; ulcera. Tradunt hoc succo tactis radicibus uitium, non attingi uuas ab auibus. Radix autem ex aceto cocta podagris illinitur, succoq; dentium dolori medetur. Arida cum resina impetiginē & scabiem, quam pforam & lichenas uocant. Parotidas & panos sanat, & cicatricibus colorem reddit. Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur. Nullum ex medicamentis Elaterio longiore aeuo durat. Incipit à trimatu. Melius autem quo uetustius erit, quod iam ducentis annis seruātū esse autor est Theophrastus. Et usq; ad quinquagesimū lucernarū lumina extinguat. Hoc enim ueri experimentum est, si ad motū prius quā extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat. Efficax est contra scorpionū ictus Elateriū, & ad purgandū uterum, aluumq;. Modus portione uirium à dimidio obolo ad solidū. Copiosius necat. Sic & contra phthiria sin bibitur & hydropises, Illitū, anginas & arterias cum melle, & oleo uetere sanat.

DE SMILACE HORTENSIS

CAP. CCLXVIII

NOMINA.



B *MIAX* *κνυδα* græcè, Smilax hortenſis latinè, officinis inuſitata: recentiores Græci ac herbarij, & qui Arabum, præſertim Serapionis & Aui-cennæ, ſectantur placita, Phaſiſolos uel Phaſeolos. Galenus & alij ueteres Græci Dolichos appellant. Germani *Saſelen* / *welſch oder wild* *Donen* uocant.

Phaſiſoli
Dolichi

FORMA.

Folia Hederæ ſimilia habet, molliora tamen: cauſes tenues, & capreolos uicinis fruticibus ſe implicantes, in tantum increſcentes, ut tabernacula eſtingere poſſint. Fructum Fcenogræco ſimilem proſert, longiorem tamen maioremq;, in quo ſemina renibus ſimilia, non unius coloris, ſed ex parte ſubruſa continentur. Ex qua certè deliniatione ſole clarius fit Smilacem hortenſem Dioſcoridis non eſſe niſi phaſeolos uulgò uocatos, cum ſint folijs Hederæ, mollioribus atque uenofis, cauliculis tenuibus, clauiculis propinquis fruticib. ſe implicantibus, ramis incremento ſuo tentoria & hortorū cameras fornicesue facientibus, ſiliquis Fcenogræco haud diſſimilibus, longioribus autem & maioribus, ſeminibus intus uerſicoloribus, & renibus in uniuerſum ſimilibus. Quæ certè unica nota ad docendum Smilacē hortenſem eſſe Phaſeolos ſufficere poſſet. Accedit quod Phaſeolorū apud Serapionē deſcriptio non ſit alia quā apud Dioſcoridē Smilacis hortenſis, id quod manifeſtè patebit utraq; conferenti. Cæterum etſi duo Phaſeolorū uideantur eſſe genera: ſunt enim aliqui candidi, nonnulli uerò rubentes, tamen quia in folijs nulla eſt prorſus diuerſitas, & Dioſcorides quoque innuat ſemina hæc non eſſe unius coloris, ſed ut Serapion interpretatur, quædam ad candorē, quædam uerò ad ruborem accedant, ideo ſub unica pictura utriuſq; coloris Phaſeolos exhibemus: neq; enim diſtant alia ratione, quā quod albi producant flores candidos, rubentes uerò purpuſcentes. Licet non ad candidos & rubentes tantum hæc Dioſcoridis uerba, *ἐκ λευκοῦ* reſe- *ιουδαῖα* renda eſſe exiſtimem, ſed ad alios etiam: ſunt enim nōnulli fuſci, alij uerò gilui, cœrulei & cæſij, alij maculis & orbibus atris uariecati, niſi quis omnes iam dictos colores ſub candido & rubro, ex quibus ij cōmixti eſſe uidentur, complecti uelit.

LOCVS,



SMILAX HOR-
TENSIS.

Welsh Bonen.

LOCVS.

A Smilax de qua hic agimus, ut ex nomine satis constat, in hortis sata prouenit, & cum longis serpat flagellis, propè poni ridice palisue debent, quas capreolis suis, ubi increuerit, completatur.

TEMPVS.

Æstate florent, ac subinde siliquas & in ijs semen producant.

TEMPERAMENTVM.

Symeon Sethi & Mauritani in primo ordine calidos & humidos esse Phascolos statuunt, Galenus etiam in libro primo de alimentorū facultatib, humidiores natura esse asserit.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Olerū modo esui apta est siliqua cum semine Asparagi modo elixa. Vrinam pel-
lit, in somniaq; grauiā & tumultuosa facit.

EX GALENO.

Dolichi non minus quā Pīsa nutriunt, similiter etiam flatu carent: sed quod ad suauitatē attinet & deiectionē, peiores sunt. Alibiles itaq; sunt, nisi quando integri & etiam nū uirides unā cum suis siliquis ex olco & garo ab hominibus ingeruntur. Aliqui uinum etiam adijciūt. Sed horum in repositione, ut Pisorū, nullus est usus: quippe quum natura sint humidiores, citò corrumpi cōsueuerunt. Attamen si quis hos tutò reponere cupiat, siccare prius diligenter & exactè oportebit. Siquidem eo modo & à putrefactione, & à corruptione tota hyeme uindicantur, eundem quem nobis Pīsa usum exhibentes.

EX AETIO.


B Siliquæ seu Lobi qui nunc passim uocant, apud omnes antiquos Dolichi & Phasoli appellati, de genere Pisorum sunt, similes illis quantū ad minimam flatu gene-
rationem: quantum uerò ad iucunditatē cibi & egestionem, peiores. Peculiariter autem Lobi dicuntur, quoniam ferè isti tantum eorum omniū quæ siliqua uestiuntur, cum siliquis suis comeduntur.

EX SYMEONE SETHI.

Qui ex ijs magis rubri sunt, calidiores. Manifesta quoque in ijs humiditas, quod citò putrescant. Humorē generant crassum & pituitosum. Medium locum habent, ut ait Galenus, inter ea quæ facili & difficulter cōcoquantur, celeriter & tardè transeunt, inflant & non inflant, parum & multum nutriunt. Ante alios cibos cum sapa sumpti, uentrem proritant. Cum sinapi oblati, plurimum noxæ deponūt. Albi igitur Phasoli crassiores, & difficilioris coctionis, ac humidiores sunt quā rubri. Proprietate autem quadam turbulenta somnia facit, sed ad bonam habitudinē corporis conferunt, & urinas mouent, Et horum decoctum menses mouet.

DE SATYRIO TRIFOLIO CAP. CCLXIX.]

NOMINA.

 **S**ATYRION *τρίφυλλον* Græcis, Satyrium trifolium Latinis, officinis nostris incognitum aut inusitātū: uulgo Testiculus uulpis aut sacerdotis, *Testiculi uulpis.*
Germanis *Stendelwur* nominatur. Satyrio autem nomen fecerunt *Satyrium unde dictum.*
Satyri, qui primi syluestres dij colludentes nymphis per syluas & antra, *Trifolium.*
ad firmiorem Venerem herbam hanc inuenerunt. Trifolium uerò, quoniam tria fert folia ad terram uersa.

FORMA.

Folia tria fert Rumici aut Lilio similia, minora tamen & rubentia. Caulem nudum, longum, cubitalem, Florem Lilio similem, album, Radicem bulbo similem,
o o mālī



SATYRION
TRIFOLIUM.

Stendelmurze.

A mālī modo extuberantē, foris rūfam, intus ouī modo albam, gustu dulcē & ori gratam. Quod uerò hic dicimus Lilio similem, non sic intelligendū uenit quasi quantitate & tota figura Lilio similis flos sit, quando euidentissimū sit Liliū quantitate sua Satyrii florem multis modis superare. Deniq; nec figura etiam per omnia respondet: quare hæc similitudo ad colorem & floris essentiam referri potius debet, quæ planē eadem est cum Lilij colore & essentia, id quod conferenti hos duos flores manifestum fiet.

LOCVS.

In montosis & apricis nascitur.

TEMPVS.

In Iunio mense potissimum compâret.

TEMPERAMENTVM.

Calidum & humidum est, quamobrem gustu dulce apparet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix in uino austero, nigro, ad opisthotonū bibitur, Ferunt etiam hanc impetum ad Venerem excitare.

EX GALENO.

Satyriion excrementitiā & flatuosam humiditatē possidet, quocirca ad Venerē incitat. Hæc uerò & herbe ipsius radix præstare potest. Porro ut nonnulli scribunt, cum uino nigro austero potum opisthotonum sanat.

EX PLINIO.

Radix cum Satyrio gemina sit, eius inferior pars & maior mares gignit, superior ac minor fœminas.

DE SATYRIO BASILICO

CAP. CCLXX.

NOMINA.



ATYPION βασιλικόν posterioribus Græcis, Satyriū regium Latinis, officinis Palma Christi, Arabibus Bucheiden, Auicennæ Digi citrini, Germanis Kreuzblumen uocantur. Palmā Christi propter similitudinem quam eius radix cum humana habet manu, dixerunt.

Palma Christi.
Digi citrini.

GENERA.

Duo eius sunt gênera, quorum alterum mas folia non maculosa, floresq; purpureos habet. Alterum fœmina maculosis est & paulò latioribus folijs, floribus in purpureo albescentibus. Radicum etiam in colore est differentia, quod mas quidem radix flauescat citra albedinem, fœminæ autem cum albedine. Quam sanè differentiam Auicenna etiam expressisse uidetur, dum unam ex flauo & albo cōmistam esse colore, alteram uerò ex flauo sine albedine inquit.

Mas.
Fœminā.

FORMA.

Folia cum reliqua superficie Cynosorcho similia sunt. Radix tamen ei subest lutea aut flauescens, instar manus ramosa: modo enim quatuor, modo quinque, modo sex aut plures radices prodeunt, quæ ferè humanos digitos imitari uidentur.

LOCVS.

Prouenit in montibus, & locis soli expositis.

TEMPVS.


In Maio & Iunio mensibus inuenitur. Mas quidem Iunio, fœmina uerò Maio.


TEMPERAMENTVM.

Viruncq; amarū est, magis tamen amarum quod maculosis constat folijs. Ideoq;

SATYRIUM BASI
LICVM MAS.

Kreuzblüm männle.





SATYRIUM BASILI
CVM FOEMINA.

Kreuzblum weiblich.

C non perperam censent Auicenna & alij quidam ex recentioribus medicis, qui calidum esse & siccum in secundo ordine tradunt.

VIRES EX RECENTIORIBVS.

Vfus eius ad erugandā cutem, ad neruorū dolores, & contra noxia medicamentā. Fertur & amuletum esse radix gestata. Semen ex uino sumptum nouem diebus, comitiales sanat. In eundem effectum uinum diluitur herbę decocto. Scobs radices propinatur in uino ad arcendam quartanā, quam & uomitione curat paulò ante accensionem pota. Plura in praesentia rescire de huius facultatibus non licuit.

DE SVCCISA CAP. CCLXXI.

NOMINA.



Succisa.

Morsus diaboli.

VO nomine ueteres aut posteriores Græci appellauerint hanc herbam, cognitamq; illam habuerint nec ne, nobis nondum constat. Nonnulli Geum esse arbitrant. Nos Succisam nominare uoluimus, partim quod id nominis latinum esset, & pulchrè huic herbæ quadraret, cuius radices circunrosæ sunt, partim quod antiquus manuscriptus herbarius sic uocaret. Vulgus superstitione quadam motum credit cacodemona, tantæ efficacię radicem inuidere hominibus, atque hac ratione ubi succreuerit statim eam undiquaq; circunrodere. Hinc est quod Diaboli morsum appellitent. Quam etiam superstitionem plusquam muliebrem secuti Germani, Teuffels abbiß, hoc est, præmorsam à diabolo, nominant.

FORMA.

D Binum cubitorum fastigiatur altitudine, folijs Plantaginis minoris, aut Cirsij leuioribus, solidioribusq; leniter laciniatis. Floribus purpureis. Radicib. subnigris, succisis & circunrosis.

LOCVS.

Nascitur locis incultis & montanis, saltibus, ac interdū etiam pratis & dumetis.

TEMPVS.

In Augusto eius magna est passim in locis iam dictis copia.

TEMPERAMENTVM.

Supra modum amara est, unde calidam & siccam esse satis constare cuius potest.

VIRES.

Præsentaneo remedio ad maturandos, atque adeo sanandos carbunculos adhibetur, si herba uiridis trita imponatur, aut uinum in quo decocta fuerit bibatur. Radix per se estur, aut uinum eius decocti in uulū doloribus bibitur. Hæc manuscriptus herbarius. Hodie, cum habeat facultatem discutiendi & incidendi, utuntur ea ad dissoluendos sanguinis grumos.




715

SVCCISA

Teuffels abbiß.

00 4



SCABIOSA.

Apostemtranc.

NOMINA.



Thæ herba quo nomine Græcis uocetur, fatemur nos ignorare. Sunt qui Aëtio *ψάρα* dictam uelint: uerum cum nomine tenus eam tantum prosequatur non adiecta descriptione, nihil certi constitui potest. Vulgus Scabiosam uocat, quo nomine nobis utendum erit donec legitimū compertū fuerit, Germani *Scabiosen* / oder *Apostemtra* aut nominant. Scabiosam uerò aut à scabro herbæ habitu, aut quod scabiei medeatur appellatam esse euidentissimum est: id quod etiam Plora uox prætere uidentur, Stæben Dioscoridis non esse multis argumentis constat, quæ prætereo.

*Scabiosa.**Scabiosa unde dicta.**Scabiosa non est Stæbe.*

FORMA.

Folia carnosæ, Erucae modo laciniata & multifida habet, subhirsuta, non tamen aculeis horrentia. Flores speciosos, diurnos, coloris ex casio aut purpureo albicantis. Radicem crassam.

LOCVS.

Pasim in omnibus, potissimū autem humidis pratis prouenit.

TEMPVS.

In Iunio, antequā gramine denudentur prata, pasim floret.

TEMPERAMENTVM.

Quum sit uehementer amara, calidā & siccam esse nemo nescit, idemq; cum Succisa temperamentum habet.

VIREs.

Easde quas Succisa facultates obtinet. Potissimū autem scabiem & tussim sanat.

DE SMILACE ASPERA CAP CCLXXIII

NOMINA.



SMILAX *μαλὰ* Dioscoridi, *μύλαξ* Galeno, Smilax aspera Latinis dicta, officinis nostris incognita, germanicè *groß stechend* oder *scharpff Windt* / ab aculeis quos habet, nominari aptè potest.

Smilax et Milax

FORMA.

Folia habet Peryclimeno similia, uel, ut Theophrastus ait, hederacea: ramulos multos, tenues, Paliuri aut Rubi modo aculeatos. Circūuoluitur arboribus sursum deorsum se circūagens. Florem candidū, fructum racemosum fert, cum maturuerit rubentem, gustu leuiter mordentē. Radicem crassam & duram.

LOCVS.

In palustribus & asperis nascitur, Plinio autem teste in conuallibus opacis.

TEMPVS.

Smilacē quidem asperam nascentem, non uidi: sicca enim aliunde ad me transmissa est, ita ut certò indicare quo tempore floreat aut fructum producat, haud possem. Id quod ideo referre uolui, ne nos calumniandi ansam habeat osor peruersus, si non ex omni parte picturam natuæ ipsius herbæ formæ respondere uiderit. Cogitet enim non uiridem, sed siccam nos pingendam tantum dedisse. Theophrastus tamen libro iij, cap. ult, de histor. plant. hanc uerno tempore florere scribit.

TEMPERAMENTVM.

Quale sit eius temperamentū, uires satis dedarant, & folia ipsa atq; fructus, quæ singula in gustu lenem quandam mordicationē præ se ferunt, ut calidam esse & siccam haud dubium sit.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Huius folia & fructus si antè & post bibantur cōtra letalia uenena efficacia sunt.
Traditum

718

SMILAX
ASPERA.

Großstachelnd Windr.



A Traditum est, quod si quis tritum eorum aliquid nuper genito infanti bibendū de-
derit, nullum illi postea uenenum nociturū. Conciditur etiā in alexipharmaca.

EX GALENO.

Milax aspera clauiculis plena est, ut arboribus sursum deorsum diuersimodē cir-
cumuoluatur. Folia gustata acrimoniā aliquam habent, & alioqui si illis utaris ca-
lesciunt.

EX PLINIO.

Coronam ex ea factam impari foliorū numero, aiunt capitis doloribus mederi.
Contra uenenata efficacissimi acinorū corymbi, in tantum ut acinorū succo infanti-
bus saepe instillato, nulla postea uenena nocitura sint.

DE SMILACE LEVI CAP. CCLXXIII

NOMINA.



MILAX Asiae Dioscoridi, *μύλαξ* Galeno & Paulo dicitur. Latinis Smilax
leuis. Officinis & herbarijs Volubilis maior, à nōnullis Campanella, & *volubilis maior.*
Funis arborum, Germanis Windenfrant / glatte Winden / oder weiß *Funis arborum.*
Glocken uocatur, Læuis autem non alia ratione, nisi quod aculeis ca- *Smilax leuis cuius*
reat, dicta est. *nominata.*

FORMA.

Hederæ similia folia habet, molliora tamen, læuiora & tenuiora. Ramulos supra
dictæ similes, aculeis carentes. Conuoluitur & hæc arboribus, ut prior. Fructū fert
Lupino similem, nigrum, paruum, super quem semper flores albi, copiosi, & orbi-
culati per totam Smilacē exeunt. Æstate tabernacula per ipsam fiunt, autumno au-
tem folia cadūt. Ex qua descriptione planum fit omnibus, herbam hanc quam uul-
B gus herbariorū Volubilem maiorem uocat, esse Smilacem læuam, quod illi scilicet
singulæ notæ à nobis cōmemoratę conueniant. Id quod etiā pictura Smilacis aspe-
ræ, si cum hac cōferas, satis demonstrat, quam uno hoc nomine dedimus, ut ex eius-
dem collatione manifestius leuis ipsa agnosceretur. His accedit antiqui & manuscri-
pti herbarij testimoniū, qui Smilacem leuam, Volubile maiorē interpretatur. Eius
etiā pictura, Volubilem quam maiorem appellamus, penitus exprimit.

LOCVS.

Nascitur passim per fruteta, & sepibus sese inuoluit. Amat culta, & in ijs etiā po-
tissimum gignitur.

TEMPVS.

Æstate floret, autumno semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Modicam amaritudinem in gustu præ se fert.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Huius semen cum Dorychio, & utrunq; trium obolorū pondere potum, somniā
multa & turbulenta facere fertur.

EX GALENO.

Milax læuis facultate quodammodo prædictæ similis est.

EX PLINIO.

Nullius est effectus.

APPENDIX.

Empirici hodie succo Volubilis maioris ad calidas utuntur passiones, capitis po-
tissimum & oculorum.



SMILAX
LEVIS.

Großglatte Winde

A

NOMINA.



SISYMBRION Græcis, Sisymbriū Latinis appellatur. Sisymbriū dici putat Varro à Sisymbrio, quæ fuit ueteribus comædijs meretricula. Coronam etiam Veneris nonnulli dixerunt, uel quod ob odoris suauitatē quam præ se fert, eo iuuentus quæ amoribus gaudet coronata, in comælationibus suis blando odoris oblectamento suas illecebras cōmendaret. Vel potius, quod Sisymbrij caulis articulatim per internodia uerticillato florum ambitu concinnè coronetur.

Corona Veneris
curdila.

GENERA.

Sisymbrij duo sunt genera. Vnum quod simpliciter Sisymbriū dicitur: hoc seplasiarij Balsamitā, ut manuscriptus etiam testatur herbarius, uulgus autem Menthā aquaticam, Germani *Sischmünnz*, *Wassermünnz*, oder *Bachmünnz* uocant. Alterum cum adiectione Sisymbriū cardamine nominatur. Officinis Nasturtiū aquaticum, Germanis *Brunnentress*. Sic uerò dictum, quod sapore Cardamum, hoc est Nasturtium, imitetur.

Balsamita:
Mentha aqua-
tica.
Nasturtiū aqua-
ticum.

FORMA.

Sisymbriū hortensi Menthæ simile, quadrato caule, quadantenus purpurascēte, folijs Menthæ, ferratis, latoribus & odoratoribus: floribus internodia geniculatim coronantibus, uerticillato semper ambitu. Sisymbriū cognomento cardamine folia inter initia orbiculata habet, cum autē creuerint ut Eruce folium laciniatum fiunt. Caule profilis cauo, sesquipedali, ima sui parte pluribus radicularum fibris subinde capillato, è cuius alarū cauis cirri frequentes sinuatim erumpunt, Flore candido. Semine Eruce instar in siliquis acris & exiguis.

Sisymbrium.

Sisymbrium car-
damine.

B

LOCVS.

Viruncꝝ riguos tractus amat. Primum autem potissimū circa stagna & piscinas nascitur. Alterum nusquam non in aquatilibus.

TEMPVS.

Æstate, potissimū uerò Augusto mense, cum Mentha florent.

TEMPERAMENTVM.

Sisymbriū primū exalfaciat atqꝫ resiccat in tertio ordine. Alterū autē quum siccū est, itidem tertij est ordinis exalfacientij & exiccantiū: quum humidū & uiride, secundi.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Sisymbrium primum uim calfaciendi obtinet. Semen eius ad strangurias & calculos cum uino potum prodest. Tormina & singultus sedat. Folia temporibus & fronti illinuntur contra capitis dolorem. Aduersus etiam apum & uesprium ictus ualent. Vomitiones potum sistit. Alterum cardamine cognominatū calefacit, urinam ciet. Comeditur quoqꝫ crudum. Lentigines & cutis à sole nigriciem & asperitatem exterit tota nocte illitum, mane autem ablutum.


EX GALENO.

Sisymbriū primum tenuiū partium est, digerentis, calefacientis & exiccantis facultatis. Semen quoque eius tenuiū partium est & calidum. Quocirca ipsum quidam cum uino exhibent singultientibus, & tormina patientibus. Sisymbriū quoddam Cardaminem uocant, quandoquidē Cardamo, id est, Nasturtio simile quiddam gustu præfert, eadem ferè potest.

EX PLINIO.

Utruncꝫ Sisymbriū efficax aduersus aculeata animalia, ut sunt crabrones & similia. Sedant capitis dolorē, item epiphoras. Alij panē addunt. Alij per se decoquunt in uino. Sanat & epinyctidas, cutisqꝫ uitia in facie mulierum intra quartum diem noctibus impositu, diebusqꝫ detractu. Vomitiones, singultus, tormina, stomachi

pp dissolu-



SISYMBRIVM

Fischmünz.



SISYMBRIVM
CARDAMINE.

Brunnenkreß.

C dissolutiones cohibet siue in cibo sumptum, siue in succo potum. Non edendū grauidis nisi mortuo conceptu. Quippe etiam impositum ejicit. Mouet urinam cum uino potum. Syluestre & calculos, Quos uigilare opus sit excitat infusum capiti cum aceto,

DE SIO CAP. CCLXXVI

NOMINA.



Sion unde dicitur.

Anagallis aquatica.

Lauer.

ION, ἡ ἀναγallis ἔνυδρος Græcis: Sion, Lauer & Anagallis aquatica Latinis dicitur. Officinis ignota herba. Germanis Wasserpungen/ Bachpungen/ oder Pungen appellatur. Sion autē nomen sibi adsciuit à concussu, quod Græci σέσω dicunt: nam excutiendū uim nactum est, utpote quod à renibus calculos pellat, urinā & menses ducat. Anagallis aquatica, quod flores eius Anagallidis fœminæ floribus per omnia respondeant. Lauer nomen haud dubiè à lauando cōtraxit, quod sonantibus aquis enatū semper elui gaudeat.

FORMA.

Puillus est frutex, rectus, pinguis, folijs latis, Olusatro similibus, minora tamen, & odorata. Quæ deliniatio prorsus astipulatur huic herbæ quam Germani Wasserpungen nominant. Hæc enim riuulis gaudet, frutex puillus pinguisq; est, latis folijs, Hippofelino similibus, & digitis leniter friata iucundū expirantibus odorē. Floribus cœruleis, Anagallida fœminam referentibus.

LOCVS.

Inuenitur in aquis citato lapsu repentibus, aut etiam resedibus. Sæpe uerò intumescens demersum uidetur.

D

TEMPVS.

Iunio mense floribus prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Quum amara admodū sit hæc herba, ut calefaciat & exiccet necesse est. Atq; hinc iterum colligere licebit, ut patebit ex uerbis Aëtij, eam esse Sium.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Sij folia cocta crudaq; comesta calculos cōminuunt & excernūt. Vrinæ mouent. Fœtus & menses educunt. Dysentericis utiliter comeduntur.

EX GALENO.

Sium quantum gustu odoratū est, tantum etiam calefacientis facultatis est participes. Digerit autem & urinā mouet, & calculos renum frangit, & menses euocat.

EX AETIO.

Sium quatenus gustu odoratū est, eatenus calefacit, & exiccat. Discutiendi etiā vires habet, urinā mouendi, calculos in renibus dissoluendi, ac menses ciendi.

EX PLINIO.

Prodest urinis, renibus, lienibus, mulierumq; mensibus, siue ipsum in cibo sumptum, siue ius decocti, siue semē è uino drachmis duabus. Calculos rumpit, aquisq; quæ gignunt eos, resistit. Dysentericis prodest infusum. Item lentigini illitum, & mulierum uitij in facie, noctu illitū momento cutem emendat, & ramices lenit, & scabiem equorum.

APPENDIX.

Veterinarij in hodiernū usq; diem hæc herba in tumoribus discutiendis, & scabiæ equorum sananda utuntur, ut hinc manifestū fiat illam esse Sium.

DE STRATIO-



SIVM

Wasserpungen.

PP 3

NOMINA.

Millefolium.

Stratiotes unde
dicta.

ΤΡΑΤΙΩΤΗΣ ὁ χιλιόφυλλον Græcis, Stratiotes millefolia Latinis, officinis & herbarijs Millefolium, Germanis Garben/ Schafgarben/ Schastipp/ Tausendblatt/ & Gerwel nominatur. Stratiotes uerò Græcis, id est, militaris dicta est, quod uulnera ferro facta sanet, atque adeo in militia & castris multus eius usus sit.

FORMA.

Frutex est exiguus, dodrantalis & maior. Folia habet pulli auium pennis similia. Suntq; foliorum exortus admodum breues, incisuris diuisi. Breuitate uerò & asperitate Cumino syluestri maximè assimilantur, & etiamnum breuiora. Huius denique umbella densior & plenior: furculos enim in cacumine paruos habet, in quibus Anethi modo umbellæ sunt. Flores illi candidi & exigui sunt.

LOCVS.

Nascitur in agris asperis, & præcipuè circa uias ac semitas.

TEMPVS.

Per integram floret æstatem.

TEMPERAMENTVM.

Nonnihil adstrictionis habet, atque adeo exiccat.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Eximiè utilis est herba ipsa ad sanguinis eruptionē, & ad ulcera & cetera ac recentia: item ad fistulas.

EX GALENO.

D Vulnera glutinare potest, & ulcerib. utilis est. Sunt qui ea ad sanguinis eruptiones utantur, & ad fistulas.


EX PLINIO.

Hetruria Millefolium appellat herbam in pratis tenuem, à lateribus capillamenti modo foliosam, eximij usus ad uulnera. Boum neruos abscissos uomere, solidari ea, rursusq; iungi addita axungia affirmant.

APPENDIX.

Recentiores ad eosdem usus Millefolium suum adhibent, ad sananda nimirum omnis generis uulnera, dissoluendum sanguinem concretum, & ad constringendos menses. Vnde à Stratiote millefolia non esse diuersum omnibus perspicuum sit.


DE SARRA-



727

STRATIOTES
MILLEFOLIA.

Garben.



SOLIDAGO
SARRACENICA.

Hedysich Wundkraut.

NOMINA.



VVM nobis non constet quo nomine ueteribus nominata sit herba hec, placuit uisitatā ac tritam nostri temporis herbarijs appellationē usurpare, donec ueriores comperire contingat. Non tamen latet à nonnullis corrupta uoce Cartafilaginē, uel magis deprauata Filaginem nominari, cum dicendum esset Ceratophylacē, quia nimirum partem oculorū ceratoīda, hoc est, corneam, defendat, salutēq; percussam aclāsam restituat. Cur uerò hoc nomine non appellandā censeam, facit in primis quod descriptio Ceratophylacis illi non conueniat. Dein quod pictura eiusdē in manuscripto herbario illi herbę quam Fortem uocant, prorsus non respondeat. Herbam itaq; Fortem, uel ut alij habent Sortis, nominamus eam quæ Germanis heydnisch Wundkraut uocant, quod fortē à Sarracenis reperta putetur. Hinc, ni fallor, à quibuscūq; Consolida Sarracenicā dicitur. Fortis uerò à uehementi odore.

Herba Fortis nō est Cartafilago, seu ut rectius dicam, Ceratophyllax.

FORMA.

Caulem rubescentē, duūm triūmue cubitorum ac cauum habēt, ē quo prodeunt folia oblonga, in extremitatibus serræ modo incisa, Saliciq; similia. Flores luteos in pappos euanescentes. Radicē multifidam, forisq; rubentem.

LOCVS.

Nascitur in syluis & in montibus altis. Copiose autem in monte post arcem Tubingensem, quem germanico nomine die ödē burg uocant, prouenit.

TEMPVS.

Augusto mense floret.

TEMPERAMENTVM.

Gustu adstringit, modicēq; amara est, atque adeo siccare euidentissimū est.

VIRESEXRECENTIORIBVS.

Vulneraria herba est, id quod germanica appellatio abundē satis monstrat. Imposita itaq; uulneribus carnem primum generat, dein statim glutinat. Sicca in puluerem trita recentia uulnera, si inspergatur, celeriter sanat. Fistulis etiā medetur, malignaq; ulcera mundificat, ac confestim sanat.

DE SAXIFRAGA CAP. CCLXXIX

NOMINA.



ΑΡΞΙΦΑΓΟΝ, ἡ σαξίφαγον, ἡ ἐμπετρον Græcis, Saxifragon & Saxifraga Latinis. Officinis quibuscūq; perperam Capillus Veneris dicitur, ut in Adianto docuimus. Rectius muraria ruta uocaretur. Sunt qui Saluiā uitam hodie nominent. Germanis Maurrauten & Steinnrauten appellant. Saxifragon, quod calculos ē corpore pellat frangatq;. Empetron uerò, quoniam in saxis proueniat. Officinę hodie alias præter hanc latinorū Saxifragas ostendunt, de quibus suo dicemus loco.

officinarū error

Saxifragon cur dictum. Empetron.

FORMA.

Surculosus frutex saxi hærens, iuncis tenuibus, Epithymi non dissimilibus, nigris, breuibus, folijs Trichomanis, maioribus, interius leuibus, auersa uerò parte annexa puncta habentibus, sine flore, sine semine, radice nigra, superuacua.

LOCVS.

In saxi & asperis locis prouenit. Ideo eius magna copia inuenitur apud uetusta ædificia, in lapidum cōmissuris.

TEMPVS.



SAXIFRAGA

Maunrauten.

TEMPVS.

Vere & æstate inuenitur, potissimum autem Iunio mense.

TEMPERAMENTVM.

Satis ex facultatibus eius gustuq̃, in quo manifesta quædam adstrictio apparet, colligitur hanc herbam calidam & siccam esse.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

In uino cocta & pota, febricitantibus opitulatur, stranguriæ & singultui medetur, Lapides uesicæ frangit, & urinam mouet.

EX PAVLO.

Saxifraga urinam ciet, & calculos conterit.

DE SILIQVASTRO CAP. CCLXXX.

NOMINA.



SILIQVASTRVM conuenientissimo nomine à Plinio lib. xx. cap. xvij. dicta est herba hæc, à siliquis nimirū magnis & oblongis quas producit. Eadem etiam ab eodem Piperitis, quod semen eius gustatum piperis saporem & acrimoniā præ se ferat, nominatur. Alia tamen est ab ea quam uulgò Piperitim appellant, ut supra etiam monuimus. Sunt qui piper Hispanum, alij piper Indianum, nonnulli etiam piper ex Chalechut uocant. Auicenna uidetur appellare Zinziber caninum. Germanicè dici potest Chalechutischer oder Indianischer Pfeffer.

Siliquastrum.

Piperitis.

Piper Indianum.

Zingiber caninum.

GENERA.

Maius & minus est Siliquastrū. Maius siliquas producit maiores, & colore subnigras, aut fufcas. Minus contrā minores profert, & colore puniceas. Nos tamen utrunq̃ genus una pictura complexi sumus, utq̃ hiantes duæ pingerentur siliquæ curauimus, non sanè quod sponte sua sic rumpantur, sed ut quale intus esset semen cerneretur. Præter hæc, genera alia sunt bina, quorum unum longissimas & colore puniceas, alterum uerò latiores multoq̃ breuiiores producit siliquas. Damus itaq̃ quatuor Siliquastri distincta genera, ut ex pictura manifestissimè deprehendit. Horum primum discriminis gratia maius, alterum minus, tertium longum, quartum latum appellauimus Siliquastrum.

FORMA.

Herba est caule rubro & longo, crebris geniculis, folijs Latrī, floribus candidis, semine in siliquis oblongis & magnis albo, uel potius flauescente, tenui, gustu Piperis acerrimo. Radice unica, subalba, capillamentis fibrata. Ex qua nimirum deliniatione satis constat herbam cuius picturam damus esse Plinij Siliquastrum seu Piperitim. Caule siquidem, ut ex Castore collegit Plinius, rubro & longo, densis etiam geniculis, unde folia Lauri folijs similia erumpunt, semine albo, tenui admodum, gustu piperis. Quibus omnibus etiā Siliquastri & Piperitidis nomenclaturæ, quæ huic optimè quadrant, accedunt.

LOCVS.

In Germania iam in fœtilibus ac testaceis satum passim ferè prouenit. Per paucis antè annis Germanis incognitum fuit.

TEMPVS.

Æstate quidem floret, atque mox decedente flore siliquæ primum herbaceæ, dein puniceæ aut fufci coloris subnascuntur, plenæ semine.


TEMPERAMENTVM.

Valenter excafcit atque desiccet, id quod seminis immensa acrimonia, & foliorum amaritudo euidentissimè monstrat: ut certè non temerè pleriq̃ hoc semine loco ueri



SILIQVASTRUM
MAIVS ET MINVS.


Calechutischer Pfeffer.



SILIQVASTRUM
TERTIVM.

Langer Indianischer Pfeffer.

734



SILIQVASTRVM
QVARTVM.

Breyer Indianisch
Pfeffer.

A coueri Piperis utantur: eisdem enim facultates haud dubiè habet, quas etià ex Dioscoride sumptas subiiciemus.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Piper cōmuniter calefaciendi facultatē habet, urinā mouendi, cōcoquendi, extra hendi, discutiendi, & quæ pupillas oculorū obtenebrant exterendi. Prodest rigoribus circuitu certo inuadentibus potū & inunctū. Venenatorū moribus succurrit. Fetus ex utero ducit. Tussi & omnibus thoracis affectib. in eclegmate & potu sumptum auxiliat. Cum melle inunctū angina correptos iuuat. Tormina cum teneris Lauri folijs potū soluit. Pituitā ex capite purgat cum Staphysagria cōmanducatū. Dolores leuat, ualitudinemq̃ tuetur. Appetentiā mouet, Concoctiōē adiuuat ad intinctus additū, Strumas cum pice exceptū discutit. Cum nitro alphas abstergit.

EX PLINIO.

Siliquastrū utile gingiuis, dentibus, oris suauitati, & ructibus.

APPENDIX.

Auicenna Zinziber caninum abstergere cutis & faciei maculas, lentesq̃ tradit. Item strumas aliosq̃ tumores, eius semen digerere scribit, ut hinc etià eisdem cum uero Piperi habere facultates colligere liceat.

DE SCORODO CAP. CCLXXXI.

NOMINA.



ΚΟΡΟΔΟΝ græcè, Allium latinè appellatur. Officinæ latinum nomen retinuerunt. Germanicè Knobloch/oder Knoblonch. Scorodon autē *Scorodon unde dictum.* dicit, ut nonnullis placet, quasi *σκαζον ποδον*, id est, rudis Rosa, quod asperè supra modum redoleat, & olfacientiū nares offendat. Latini Allium *Allium.* à Græco fortassis uerbo *ἄλμα*, id est, exilire, uocāt, quod nimirū exiliendo crescat.

GENERA.

Tria in uniuersum Allij sunt genera. Vnum hortenſe & satiuū domesticūm, *Allium hortenſe.* quod Germani garten oder heymisch Knoblonch uocant. Alterū syluestre, quod Græci *ἰεωσόν ποδον*, id est, anguinū Allium nominant, in aruis ac campestribus spon- *Anguinū Allium* te nascens. Cuius nos duo genera damus, quorum primū Germanis wilder Knoblonch dicitur, alterum uerò *feldknoblonch*. Tertium itidem syluestre, ursinum co- *ursinum.* gnominant, in syluis proueniens, Germanis *Waldknoblonch* appellatur.

FORMA.

Allium hortenſe fronde uiret cepitia, caule tereti & inani. In cacumine flores in *Hortenſe.* globum circumaguntur, in quo semē emicat. Radicis bulbus tenuis, uelatur membranis, mox pluribus coagmentatur nudeis, & ijs separatim uestitis, in cuius uertice complures fibræ cirrurum exemplo crispantur, tedioso habitu, & aspero sapore. Syluestre folijs constat prælongis, teretibus, intus concavis, iuncēā speciem repræ- *Syluestre.* sentantibus, caule procero, leni, purpureos flores ostentante, cacumine tum colore tum forma conspicuo, radice bulbosa & capitata, nucleis spicatim cōpactilibus intumescēte, summo uertice capillamentis fibrato. Vrsinū odore molli, folijs gran- *Vrsinum.* dibus, & Ephemeris non letalis folijs similibus, floribus in summo candidis, capite prætenui.

LOCVS.

Hortenſe pascim in hortis satum & plantatū prouenit. Syluestre sponte in aruis, ut diximus, & campestribus nascitur. Vrsinū autem in nemoribus.

TEMPVS.


Hortenſe & syluestre æstate florent. Vrsinū autē uere, Aprili & Maio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Allia desiccant & calfaciunt quarto excessu.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Facultas Allio est acris, calfacit, flatus excernit, aluum turbat, stomachū exiccat.




ALLIVM
HORTENSE.

Gartenknoblauch.




ALLIVM SYLVE
STRE PRIMVM.

Wilder Knoblauch.



ALLIVM SYLVE
STRE ALTERVM.

Feldknoblouch.



739

ALLIVM VR-
SINVM.

Waldknoblouch.

99 4

C Sitim efficit. Inflationes permutat alteratue, & summam corporis cutem exulcerat. Eadem potest Anguinum allium. Comestū latos uentris lumbricos expellit. Vrinās ducit. Contra uiperarū morsus & hæmorrhoidū prodest, ita ut non aliud magis, si uinum iugiter sumatur, aut in eodem tritum bibatur. Contra rabioforū morsus utiliter illinitur. Allium ipsum in cibo sumptum contra aquarū mutationes confert. Asperas arterias clarificat. Veterem tulsim crudum & coctum comestū lenit. Cum Origani decocto potum, pediculos & lendes enecat. Vstum & cū melle subactum illitumq̃, hypopya & alopecias sanat. Exanthemata cum nardino unguento, sale & oleo curat. Alphos, impetigines, lentigines, achoras, lepras, furfuresq̃ eximit. Cum teda & thure decoctum, si in ore contineatur, dentium dolorem leuat. Contra muris aranei morsus cum ficulneis folijs, & Cumino illinitur. Comæ decoctum in infesionibus menses & secundas trahit. Eiusdem gratia suffitur. Factum ex eo & nigra oliua intritum, quod Græci *μυρωτόν* uocant, urinā cit, & obstructiones aperit, Vtile etiam hydropicis.

EX GALENO.

Excalefacit corpus, crassos in eo humores extenuat, glutinososq̃ incidit. Bis tamen aut ter in aqua decoctū, acrimonia spoliatur: quanquā nec sic quidem uim perdit extenuandi, uerum facultatē quandam obscurissimā alendi corporis acquirit, cuius antea quā coqueretur, nihil prorsus obtinebat. Cæterū Allium non modo ut obsoniū, uerumetiam ut medicamentū sanitati accōmodum, quod obstructa soluere & discutere possit, usurpatur. Est autem Allium ex eorum ciborū genere, quī & flatum discutiant, & minimē sitim inferant. Ophioscorodon domestico, uel reliqua omnia syluestria, ualentius est.

EX AETIO.

D Allium comestū flatu discutit, sitim reprimi, crassos & lentos humores incidit. Habet tamen quidpiā uirosum, & mali succi, quod amittit si aqua elixetur. Ab eius assiduo usu præsertim calidas temperaturas cauere oportet.

EX PLINIO.

Allio magna uis, magnæ etiam utilitates contra aquarū & quorumlibet locorū mutationes. Serpentes abigit & scorpiones odore: atq̃, ut aliqui tradidere, bestiarum omniū ictibus medet̃, potu uel cibo, uel illitu. Priuatim contra hæmorrhoidas prodest, cum uino redditū uomitu. Ac ne contra araneorū murum uenenatū morsum ualere miremur, aconitū, quod alio nomine pardalianches uocatur, depellit: item Hyoscyamū: contra canū morsus, inq̃ uulnera cum melle imponitur. Ad serpentū quidem ictus potū cum restibus suis, efficacissimē ex oleo illinitur. Attritisq̃ corporū partibus, uel si uestica intumuerit. Quin & suffitu eo, secundas partus euocari existimauit Hippocrates: cinere eorū cum oleo, capitis ulcera manantia sanitati restituens. Suspiriosis coctum, aliqui crudum id dedere. Diocles hydropicis cum Centaurea, aut in fico duplici ad euacuandā aluum: quod efficacius præstat uiride, cum Coriandro in mero potum. Suspiriosis aliqui & tritū in lacte dederunt. Praxagoras & contra morbū regiū uino miscuit: & contra ileum in oleo & pulte, sicillinens. Strumis quoque. Antiqui & insaniētibz dabant crudum. Diocles phreneticis elixum. Contra anginas tritum imponi & gargarizare prodest. Dentiū dolorem tribus capitibus in aceto tritis imminuit: uel, si decocta aqua colluantur, addaturq̃ ipsum in caua dentiū. Auribus etiam instillatus succus cum adipe anserino. Phthiriales & prurigines potum, tusum item in aceto & nitro. Cōpescit & destillationes cum lacte coctū, uel tritum permixtū mæ caseo molli: quo genere & raucitatem extenuat: uel phthisin, in fabæ sorbitione. In totum autē coctum utilius est crudo, elixumq̃ tosto, sic & uoci plus confert. Tineas & reliqua animalia interaneorū pellit, in aceto mulso coctū. Tenasmo in pulte medetur. Temporū doloribus illitum, elixum, & pustulis coctum cum melle, deinde tritum. Tulsī cum adipe uctu, sto deco-

3 fito decoctū, uel cum lacte. Aut si sanguis etiā excreetur, uel purulenta sint. Et pituita sub pruna coctum, potum, & cum mellis pari modo sumptū. Cōuulsis & ruptis cum sale & oleo. Nam cū adipe tumores suspectos sanat. Extrahit fistulis uitia cum sulphure & resina, etiam harundines cum pice. Lepras, lichenas, lentigines exulcerat, sanatq; cum origano, uel cinis eius ex oleo & garo illitus. Sic & sacros ignes. Sugillata aut liuentia ad colorē reducit, cōbustum ex melle. Credunt & comitialē morbum sanare, si quis in eo cibo utatur aut porione. Quartanas quoq; excutere potū caput unum cum Laerpitij obolo. In uino austero tussim, & alio modo acceptum. Suppurationes quantaslibet sanat, fracta incoctū faba, atq; ita in cibo sumptum, donec sanitatē restituat. Facit & somnos, atq; in totum rubicundiora corpora. Venerem quoq; stimulat cum Coriandro uiridi tritum, potumq; ē mero. Cæterū contra pituitam & gallinæ & gallinaceis prodest. Mixtum farre in cibo, iumentis urinam reddere, atq; non torqueri tradunt, si eo trito natura tangatur.

EX SYMEONE SETHI.

Cōmodissimū est crassum & tenacē, aut crudum humorē aggregantibus: eum enim incidit, & obstructiones ab eo factas tollit. Habet uerò quippiam mali succi, quod decoctū aqua abijcit. In frigidis temperaturis sæpe sanitatē præseruat. Temperatura uerò calidos, lædit, & maximè oculos, caput, pulmonem, & renēs eorum. Proprietate autem quadā sitim à salso humore factam sedat, & lumbricos eiicit, & flatus discutit. Etsi uerò sanum uisum offendat, nihilominus tamen eius heberudinem propter humiditatē ortam sanat. Semen in calidis corporibus exiccat. In frigidis uerò & humidis corporibus idem calefacit, Veneremq; excitat. Est etiam remedium contra uenena, & morsus uenenatorū, perinde atq; theriaca: unde & Galenus hoc theriacam rusticorum uocat. Hoc ipsum fugiunt serpentes, tanquam Rutam. Quapropter Persæ coquinas ipsorum Allijs replent. Non solum autem flatus discutit, sed etiam horum generationē prohibet. Colicos affectus à flatibus ortos, & diuturnos coxendicū qui à pituita proueniunt dolores, iuuat. Alimentū & sanguinē extenuat, & faciem rubificat, asperamq; arteriam purgat. Si uerò assetur, & corrosis dentibus aut propter humiditatē dolentibus imponatur, prodest. Non solum uerò sumptum ad uenenatorū morsus confert, sed etiam postquā tritum est, superpositum. Lædit prægnantes & lactentes, mensesq; ducit.

DE SANCTI IACOBI FLORE

CAP. CCLXXXII.

NOMINA.



VM herba hæc ueteribus Græcis & Latinis cognita fuerit, nondum cetero affirmare aut inficiari audeo. Vulgus tamen herbariorū sancti Iacobi florem aut herbam nominat. Officinis incognita est. Germani & Iacobs blum appellant.

FORMA.

Herba est fruticosa, cauliculo rubente, multifariā striato, folijs exiguis, Erucae instar confectis, floribus luteis, forma Chamemeli floribus haud dissimilibus, radice adnascantias multas habente.

LOCVS.

Nascitur in agrorū marginibus, & aquarum ripis, locisq; arenosis.


TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Amara est & adstringit, ideoq; calidam & siccam esse constat.

VIRES.



S. IACOBI
HERBA.

S. Jacobs blum.

A

VIREs.

Recentiorū medicorum experientia cognitū est, herbam hanc uulneribus mirificè mederi, & ad interanea prodesse, Fistulas quoque iſdem curare, & ne ultrā ſerpant prohibere, impositam tradunt, Quæ ſanè omnes facultates pulchrè eius temperamento respondere uidentur.

DE SELINO HORTENSI

CAP. CCLXXXIII.

NOMINA.



SEΛINON *λεπιδιον* Græcis, Apium hortense aut satium Latinis uocatur, *Apium hortense* Officinæ latinum retinuerunt nomen, Germanis *Epffich/oder Ep-* *pich* nominatur, Selinon autem Græci uocant, quasi *ελας σδύμενον*, hoc *Selinon quare* est, paludibus impulsū : paludosis enim gaudet, & in ijs enatum lac, *dictum.*
tius exurgit.

FORMA.

Apium hortense sæpe cubitalem æquat altitudinē: caule rotundo, tenuiter striato, multisq; ramulis brachiato: folijs tripartitò dissectis, & leniter crispis, in extremi-
tibus lacinia-
tis: flosculis candidis, & quibus minores haud temerè reperiās: semine exiguo: radice singulari, longa, capillata. Hæc itaq; herba, cuius picturā damus, est uerum Apium, quod illi omnes respondeant notæ, adeò ut temerè nonnulli putent esse uulgare nostrum Petroselinum.

LOCVS.

In hortis satum prouenit: amat autem loca potissimū aquosa. Hinc est quod sua
B sponte nō procul à Canstadio Ducatus Vuirtenbergenſis oppido in paludosis proueniat.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus floret ac semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Calidum est in secundo ordine, & siccum in medio tertij.

VIREs. EX DIOSCORIDE.


Ad oculorū inflammationes cum pane aut tenui polenta illitū prodest. Aestum stomachi mulcet. Mammas grūmis induratas dissicit. Crudū aut coctum comestū urinā mouet. Decoctum eius radicūq; potum, leſiferis medicamētis aduersatur, uomitū ciens. Alium cohibet. Semen efficacius urinam cit, Succurrit & ferarū mor-
sibus, & ijs qui lithargyrū hauserunt. Inflationes discutit, Miscetur etiam utiliter medicamentis dolorem leuantibus, theriacis, & tulsī medentibus.

EX GALENO.

Apium usque adeo calidū est, ut & urinas & menses cieat. Flatus quoq; discutit, & magis semen quàm herba ipsa, Ori, stomachoq; gratissimum.

EX PLINIO.

Rami Apij largis portionibus per iura innatant, & in cōdimentis peculiarē gratiā habent. Oculis illitū cum melle, ita ut subinde foueant feruenti succo decocti, alijsq; membrorū. Epiphoris per se tritum, aut cum pane, aut polenta impositū, mirè auxiliatur. Pisces quoq; si ægrotent in piscinis, apio uiridi recreantur. Verū apud eruditos non aliud erutum terra in maiore sententiarū autoritate est. Ad cibos non est admittendū, imò omnino nefas: nam id defunctorū epulis feralibus dicatū existimant. Ipsi quoq; uisus claritati inimicū. Eos qui ederint sterileſcere mares fceminasq; tradunt. In puerperijs uerò ab eo cibo comitiales qui ubera hauriunt. Innocentiorē tamen esse marem. Eaq; causa est, ne inter nefastos frutices damnet. Marum duritiā impositis folijs emollit. Suauiores aquas potui incoctū præstat. Succo maximè radice cum uīno lumborū dolores mitigat. Eodem iure instillato grauitatem



APIVM
Epfich.

Auitatem aurium. Semine urinā ciet, menstrua ac secundos partus. Et si foueantur semine decocto sugillata reddit color, cum oui albo illitum. Aut ex aqua coctum potumq̃ renibus medetur. In frigida tritum oris ulceribus. Semen cum uino, uel radix cum ueteri uino uesicā calculos frangit. Semen datur ex tribus cyathis ex uino albo.

EX SYMEONE SETHI.

Vrinam cit, obstructions tollit, non inflat, magis uerò flatus discutit, & menses ducit. Difficulter autem concoquitur, atq̃ ob eam causam oportet ipsum in medio ciborū sumi. Paululum quid uentrem sistit. Proprietate uerò quadam comitiales lædit, & oportet hos omnino abstinere. Sæpe enim quidam qui ferè ex hoc morbo conualuere, parati autem eum incidere, ex eius usu iterum comitiales facti sunt. Offendit etiam testes. Semen autem quàm folia ualidius & efficacius, & eo radix. Prodest ad singultus à crasis excrementis profectos. Abstergit renes & uesicā. Obstructions in uenis & arterijs factas aperit. Semen præsumptū, ebrietatem arcet. Confer etiam ad bonum * corporis odorem, multiq̃ crebriore huius usu grauem * cor-
poris odorem abegerunt. Mulieres ad rem ueneream promptiores facit. Si in huius decocto calculosi desidant, calculos, ut ferunt, eijcit, & difficultatē urinæ sanat, & renes curat. Lactantes mulieres oportet ab eius usu abstinere; minuit enim lac.

* al. oris
* oris

S. BARBARAE HERBA

CAP. CCLXXXIIII.

NOMINA.



BOQUE huius herbæ aliud nomen, quàm quo uulgò appellatur, asferre potuimus. Superstitione enim quadam ducti prioris temporis herbarij, diuæ Barbaræ herbam nominarunt. Nec nos aliud nomen utcunque inuestigantes ex herbariæ rei peritis extorquere potuimus. Germanis S. Barbara traut uocatur.

S. Barbaræ herba
cur dicta.

FORMA.

Caulē habet rotundū, solidum, striatum, folia Erucae modo laciniata, flores luteos, filiquas teretes, semine refertos, radicem ex obliquo prodeuntē, & oblongam.

LOCVS.

Pæssim in campestribus nascitur.

TEMPVS.

Maiō & Iunio mensibus floret, ac subinde in filiquis semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Gustanti primum subacris esse, dein parum etiam adstringere uidetur, ut calidā & siccam esse nemo dubitare debeat.

VIREs.

Vulnerariam herbam esse & temperamentū eius & experientia docet. His uerò potissimū ulceribus medetur quæ impura sunt, & in quibus caro supercrescens fuerit; nam quia ualenter siccatur, ideo sordes extergere, & carnes minuere potest.

IT DE SAXI-




S. BARBARAE
HERBA.

S. Barbara frut.

SAXIFRAGA MA
IOR SEV ALBA.

Hoher Steinbrech.



DE SAXIFRAGA MAIORE

CAP. CCLXXXV.

NOMINA.



Nueteribus Græcis & Latinis herba hæc cognita fuerit, nondum mihi constare ingenuè fateor. Vulgus herbariorū & officinæ Saxifragā maiorem, & albam, quod scilicet mirificam in cōminuendis frangendisq; calculis uim, ac flores albos habeat, hodie uocant. Germani *hoben Steinbrech*/uel *weissen Steinbrech* appellant.

FORMA.

Caulē habet lanuginosum, subrubicundū, folia exigua, rotunda, in extremitatibus incisa, flores candidos, radicē exilem, cui granula Coriandri seminis quantitatē referentiā adhærent, partim alba, partim rubea, quibus officinæ pro semine eius utuntur.

LOCVS.

In pratis & montibus, potissimum siccis, prouenit.

TEMPVS.

Maior mense floret, dein statim euanescit.

TEMPERAMENTVM.

Quum flores, folia & radix gustanti amara sint, calidam & siccam in ordine tertio esse uerisimile existit.

VIREs.

Vrinā mouet, calculos frangit & conterit, Stranguriæ itaque confert: abstergit enim expurgatq; & quæ in uenis est crassitiem, sicut omnia alia quæ amara sunt, incidit. Menfes quoque cit, crassaq; ac glutinosa ex thorace educit.

D

DE SAXIFRAGA LUTEA

CAP. CCLXXXVI.

NOMINA.



Saxifraga ciliatula.

NOMEN hoc in præsentia fingere adlubuit, cum scilicet aliud quo herbam hanc appellaremus non occurreret, ut hac ratione à priori discerni posset. Saxifragā autem uocare placuit, quod nimirū calculos frangat. Ad quod sanè nomē alludentes Germani *Steintlee* nominant, quod idem ualeat, ac si *Trifolium* frangens lapidem dicerent. Alio nomine *gulden oder geelertlee* & quod sententiam nostram confirmat, *Steinbrechen*/à cōminuendo lapide appellant. Luteā uerò diximus à luteis floribus, uolentes eam ab alba discriminare Saxifraga. Cōmodissimè itaq; germanicè *geeler Steinbrech* uocabitur. Perperam ea officinæ nōnullæ pro *Meliloto* usurpant, ut suo etiam loco indicauimus.

officinarum error.

FORMA.

Caulē cubiti ferè altitudine obtinet, folia scenogræco similia, in quouis pediculo tria: floribus pisi, multò tamen minoribus, luteis, odoratis, deorsum nutantibus, semine per ramulos diffuso rotundo, radice subcandida.

LOCVS.

Pasim in aruis & segetibus prouenit.

TEMPVS.


Floret tota æstate, potissimū autem Iulio mense, in quo semen etiam producit.

TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse gustus abundè docet: amara enim & subacris existit.

VIREs.

Abstergit, expurgat, & quæ in uenis est crassitiē incidit, atque adeo obstructions iecinoris



SAXIFRAGA
LYTEA.

Grosser Steinklee.

C iecinoris & lienis tollit. Vrinā mouet, menses cit, lapidem frangit, & quā in thora-
ce sunt glutinosa extenuat & educit. Rectē itaq; recentiores in ob structionibus re-
num & uesicæ, earundemq; partiū calculis hac herba utendum esse docent. Succus
etiam eius herbæ ac florum eiusdem ad caliginē oculorum instillatus confert.

DE SISARO CAP. CCLXXXVII

NOMINA.

Sifer.



*Serullum pro Si-
serculum.*

I SAPON Græcis, Sifer Latinis, uulgo Pastinaca, quod ei congener sit,
appellatur. Sunt qui extritis priorib. literis diminutrice forma Serullū,
aut Seruillam, aut Cheruillā, pro Siserculo nominent. Germani ad cor-
ruptam hanc appellationē respicientes, Gerlin & Geirlin uocant.

GENERA.

Duo sunt Sifari, Plinio lib. xx. cap. v. autore, genera. Vnum satiuū, quod iterum
duūm est generum: unum enim magnum dicitur, Germanis *groß zam Wozen*.
Alterū uerò minus, quod sīdem priuatim *Geirlin/weiß Wozelen/Elein zam Wo-
ren/uel Wozhelen* nominant. Alterum erraticum, quod *wild Wozen* appellant.

Baucias. Officinis nonnullis Baucias dicitur.

FORMA.

Sifaron satium. Sifaron satiuū caulem habet angulosum, folia oblonga, & in extremitatibus in-
cisa, flores magnū luteos, minus uerò candidos, semen latum & foliaceū, radices in-
Erraticum. tus candidas, iucundi gustus, esuiq; gratissimas. Erraticū caule est bicubitali, folijs
Pimpinellæ, sed maioribus, flore luteo & umbella Anethi, semine lato & rotundo,
ut satium, radice tenui ac longa.

D

LOCVS.

Copiose in Germania nostra prouenit: gaudet enim frigidis locis. Satium qui-
dem in hortis, erraticū uerò passim in incultis, uberius autem in apricis pratis.

TEMPVS.

Vtruncq; æstate floret, atque subinde semen producit.

TEMPERAMENTVM.

Sifaron Paulus in tertio ordine, Galenus autem rectius in secundo calidum esse
statuit. Satium autem siccum quidem simul in primo ordine, quandoquidē Vene-
rem stimulat: erraticum uerò, quoniam adiectam habet amaritudinē quandā cum
leuicula adstrictione, siccus existit.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Suaui orielixa Sifari radix, stomacho utilis, urinā cit, & appetentiā excitat.

EX GALENO.

Sifari radix cocta, stomacho grata est, & urinam mouet.


EX PAVLO.

Sifari radix cocta, stomacho utilis est, & urinæ ciendæ. Semen tenue est & dis-
cussorium, ualidumq;: idcirco ijs quos singultus & tormina male habent, cum ui-
no exhibetur.

EX PLINIO.

Sifer erraticum satiuo simile est & effectū. Stomachū excitat, fastidium discutit.
Ex aceto laserpitatio sumptum, aut ex pipere & mulso, uel ex garo, urinam ciet, ut
Opion credit, & Venerem. In eadem sententia est Diodes. Præterea cordi conue-
nire conualescentiū, aut post multas uomitiones perquam utile. Heraclides contra
argentum uiuum dedit, & Veneri subinde offensanti, ægrisq; se recolligenti-
bus. Satiū priuatim succus cum lacte caprino po-
tus, sistit aluum.

DE SYCE.



SISARVM SATIVVM
MAGNVN.

Groszamporen.



SISER
SATIVUM.

Gerleir.



SISER SYL-
VESTRE.

Wild Moen.

Ficus.



ΥΚΗ ἡμῶν Græcis, Ficus sativa Latinis & officinis, Germanis Feigen-
baum dicitur.

FORMA.

Ficus sativa arbor est non magnopere procera, quanquā amplissimæ quædam inueniantur, uel pyris emula magnitudine, caudice breui, cortice leui, medulla carnosâ, folio perquam magno umbrosoq̃, profundè admodū laciniato, sine flore, pomo quod supra folij pediculū nascitur, tubinato, molli, intus granoso, succo cum maturescit lacteo, postea melleo: radicibus multis, obliquis ac longis.

LOCVS.

Iam in plerisq̃ Germaniæ nostræ hortis plantatur, at in paucissimis fructus maturos producit. Calidiora & aprica loca amat: arbor enim omnī ferè tenerrima & delicatissima, gelicidia & glacies horret.

TEMPVS.

Germinat sub Arcturum post uer, aut paulò ante solstitium.

TEMPERAMENTVM.


Ficus arbor calidæ temperaturæ est, tenuiumq̃ partiū, ceu indicant tum liquor eius, tum foliorum succus. Valenter enim eorum uterq̃ calidus est. Ficus quoque recentes & aridæ primo ordine completo calefaciunt, aut secundo incipiente: desiccant uerò in medio primī.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Fici maturæ, teneræ recentēsue stomacho noxiæ. Aluum soluunt, sed facilè ab eis contracta fluxio sistitur. Exanthemata & sudores prouocant. Sitim sedant, calorē restringunt. Siccæ nutriunt, calefaciunt, sitim magis afferunt, bonam faciunt aluum. Fluxionibus tamen stomachi & uentris inutiles: arteriæ uerò, uesicæ & renibus utiles. Amicæ etiā ijs quos longa uoletudo decolorauit, asthmaticis, comitiali morbo laborantibus & hydropicis. Decoctæ cum Hyssopo & potæ, quæ in thorace sunt purgant. Veteri tussi, & diuturnis pulmonis affectibus profunt. Aluum molliunt, tusæ cum nitro & croco manducatæ. Decoctū earum arteriæ & tonsillarum inflammationibus gargarizatu confert. Cum hordeacea farina cataplasmati miscetur, & in muliebria fomenta cum scenogræco, aut ptisana. Cum Ruta decoctæ, in torminibus infundunt. Coctæ, tritæ illitæq̃, duritias discutiunt, parotidas ac furunculos emolliunt. Panos maturant, maximè iride, nitro, aut calce addita. Crudæ cum antedictis tusæ, eadem efficiunt. Cum malicorio, pterygia purgant. Cum atramento sutorio difficiles curatu & maleficas tibiæ fluxiones sanant. Quin cum uino decoctæ, addito absinthio & hordeacea farina, hydropicis illitæ auxiliantur. Crematæ & cerato cōmixtæ, perniones sanant. Crudæ & tritæ sinapi humido exceptæ, ac auribus impositæ, sonitus & prurigines curant. Succus tam syluestris quàm satiuæ Fici, coaguli modo lac coagulat, concretumq̃ ut acetum dissoluit. Exulcerat corpora, ac uenarum ora aperit. Soluit aluum. Vterum laxat, cum Amygdala trita potus. Menstrua ciet cum luteo oui appositus, aut tyrrhenica cera. Podagricorū cataplasmatas cum farina scenigræci & aceto utilis. Lepras, lichenas, discolorē a sole cutem, alphas, scabies, achoras, cum polenta expurgat. Instillatum plagæ percussis à scorpionibus, uenenatorū ictibus, & rabiosi canis moribus auxiliatur. Dentium doloribus lana exceptus prodest, & cauis eorum inditus. Myrmeciam tollit cum adipe circumlita in ambitu carne.

EX GALENO.

Fici arboris liquor, & succus foliorū eius non mordicat tantū, aut absterget uehementer, sed & ulcerat, & ora uasorū referat, & myrmecias ejicit. Verum & purgare potest.



FICUS SA-
TIVA.
Feigenbaum.

- c potest. Ficus aridæ tumores duros concoquunt, eosq̃ statim discutunt. Atq̃ ipsæ per se illitæ eiusmodi uim obtinent. Sed & decoctū earum eiusdem utiq̃ naturæ est. Verum ubi magis cōcoquere consiliū est, miscenda est farina triticea: ubi uerò plus digerere, hordeacea, Panis horum in medio est. In præsentiarū hæc de caricis nouisse sufficiat. Scire uerò oportet, quod quæ pinguiorēs sunt, magis possunt concoquere: quæ uerò gustu acriores, magis tum extergere, tum discutere. Cæterū quod ex ijs plurimū in aqua coctis efficitur, simile est melli non solum consistentia, sed & facultate. Porro Ficus uirides comelæ propter admistam humiditatē facultatis sunt imbecillioris: subducunt tamen aluum utræq̃ tum humidæ tum siccæ. Præterea Ficus cōmeabiles sunt, & facile in totum corpus peruadunt, penetrantq̃. Nam & abstergendi ui pollent haud obscura: cuius gratia cōmansæ, è calculosis renibus arenularū uim propellunt. Caricę licet multiplici utilitate cōmendantur, si quis tamen crebrò largiterq̃ elitauerit, sentiet non esse innoxias. Non admodū enim probum sanguinē gignunt, quapropter pediculorū quoq̃ agmen eas comitatur. Incidendi extenuandiq̃ uim habent, quo nomine aluum stimulant ad excretionē, renesq̃ expurgant. Iecori autem lieniq̃ inflammatione oblesis officiant, uelut Ficus quoq̃, cōmuni ratione omniū dulcium epularū, non peculiari quadam eximia facultate. Obstructis autē illis, aut scirrho tentatis, ipsæ ex sese proprijs uiribus nihil prosunt, nec obsunt: sed incidentibus, extenuantibus, & abstergentibus iunctæ, non medio critè auxiliantur: ideoq̃ medici nonnulli in dictis lienis iecorisq̃ affectibus eas longè ante cibum cum thymo, aut pipere, aut zingibere, aut pulegio, aut satireia, aut calamentha, aut origano, aut hyssopo dare soliti sunt. Ad eundē modum cum alio quouis acrem qualitatem, aut omnino incidendi extenuandiq̃ uim gerente caricas assumere, nō solum ita affectis, sed sanis quoq̃ ex usu fuerit. Siquidē iecoris meatus,
- D per quos fertur alimentū, patentes apertosq̃ seruari non solis laborantibus, sed bene ualentibus etiam tutissimū est. Proinde hoc pacto Ficus extenuante sale, aceto garoq̃ conditas uulgo comedunt, experimento id utile esse cōpertum habentes.

EX PLINIO.


Fici succus lacteus, aceti naturā habet: itaq̃ coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatē pomi, & in umbra siccat ad aperienda ulcera, cienda menstrua, appositus cum luteo oui, aut potus cum amylo. Podagris illinitur cum farina fecni-græci & aceto. Pilos quoq̃ detrahit, palpebrarumq̃ scabiē emendat. Item lichenas & psoras. Aluum soluit. Lactis ficulni natura aduersatur crabronū, uesparumq̃, & similium uenenis, priuatim scorpionū. Idem cum axungia uerrucas tollit. Folia & quæ non maturuere Fici strumis illinuntur, omnibusq̃ quę emollienda sunt discutendæ. Præstant hæc & per se folia. Et alij usus eorū, tanquam in fricando liene & alopecijs, & quæcunq̃ exulcerari opus sit, & aduersus canis morsus. Ramorū teneri cauliculi cuti imponunt. Idem cū melle ulceribus quæ ceria uocantur, illinuntur. Extrahunt infracta ossa cum Papaueris folijs syluestris. Canum rabiosorū morsus, folio trito ex aceto restringunt. E nigra Ficu candidi cauliculi illinuntur furunculis, muris aranei moribus cum cera. Cinis earum ē folijs, gangrænis, consumendisq̃ quæ excrecant. Fici maturæ urinā ciunt, aluum soluunt, sudorē mouent, papulasq̃. Ob id autumno in salubres, quoniā sudantia huius cibi opera corpora refrigerant. Nec stomacho utiles, sed ad breue tempus. Nec uoci contrariæ intelliguntur. Nouissimæ salubriores quàm primæ. Medicatæ uerò nonnunquā iuuenum uires augent. Senibus meliorem ualeitudinē faciunt, minusq̃ rugarū. Sitim sedant, calorem refrigerant: ob id non negandæ in febribus constrictis, quas stegnas uocāt. Siccæ Fici stomachū lædunt, gutturi & faucibus magnificè utiles. Natura ijs excalfaciendi. Sitim afferunt. Aluū molliunt, rheumatismis eius & stomacho contrariæ. Vesicæ semper utiles, & anhelatoribus, ac suspiriosis. Item iecinorū, renum, lienum uitijs. Corpus & uires adiuuant, ob id antè athletæ hoc cibo pascebantur.

Pythago.

A Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos transtulit. Recolligentibus se à longa uoletudine utilissimæ. Item comitialibus & hydropicis, omnibusq; quæ maturanda aut discutienda sunt, imponuntur. Efficacius calce aut nitro admixto. At coctæ cum hyssopo pectus purgant, pituitam, tussim ueterem. Cum uino autem ad sedem, & tumorē maxillarum, & furunculos, panos, parotidas, decoctæ illinuntur. Vtiles & decocto earum fouere sceminas. Decoctæ quoq; eadem cum scenogræco utiles sunt pleuriticis & peripneumoniciis. Cum Ruta coctæ, torminibus profunt. Tibiarū ulceribus cum aris flore. Pterygijs cum punico mâlo. Ambustis, per nionibus cum cera. Hydropicis coctæ in uino, & cum absinthio & farina hordeacea, nitro addito. Aluum sistunt manducata. Scorpionū ictibus cum sale tritæ illinuntur. Carbunculos extrahunt in uino coctæ & impositæ. Carcinomati, si sine ulcere est, quam pinguisimā Ficum imponi, penè singulare remediū est: item phagedænæ. Cinis non ex alia arbore aciem purgat acrior, conglutinat, replet, adstringit. Bibitur & ad discutiendū sanguinem concretū. Item percussis, præcipitatis, cōuulsis, ruptis, cyathis singulis aquæ & olei. Datur tetanicis & spasticis. Item potus uel infusus coeliacis, dysentericis. Et si quis eo cum oleo perungat, excalfacit. Item cum cera & rosaceo subactus, ambustis cicatricē tenuissimā obducit. Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiumq; uitia, crebro fricatu. Produnt etiam, si quis inclinata arbore, supino ore aliquem nodum eius morfu abstulerit nullo uidente, atq; in aluta illigatum licio è collo suspenderit, strumas & parotidas discuti. Cortex tritus cum oleo, uentris ulcera sanat. Crudæ grosi uerrucas & thymos nitro farinaq; additis tollunt, spodijsq; uicem exhibet fruticum à radice exeuntiū cinis. Bis tostus adiecto psimmythio digeritur in pastillos, ad ulcera oculorum & scabritiam.

EX SYMEONE SETHI.

B Ficus admodū nutriunt, non tamen adstrictam & robustam carnem efficiunt, ut panis ac caro, sed laxam. Ventrem flatibus implent, nisi probè coquantur. Minus uerò quàm cætera opora sunt mali succi, & uentrem proritant, & faciliè exeunt. Effatu dignā extergendi facultatē obtinent: proinde arenosa multa si edantur nephreticis excernuntur. Maturæ Ficus nihil ferè obsunt, proximèq; ad caricas accedunt, quæ multa utilia habent. Malum hoc illis inest, quod sanguinem non admodū bonum gignunt, unde & pediculi procreantur. Oportet autem post usum Ficuum, alimentum quod extenuet, ingerere. Ad hæc Fici pulmonem & thoracem iuuant. Aiunt insuper cōtra uenena facultatē habere, si quis singulis diebus ieiunus ijs utatur. Caricæ pectus iuuant, & tussis. Vrinam ciunt, satisq; nutriunt, corporis etiam bonam habitudinē efficiunt. Ante cibum sumptæ, uentrem irritant, sed nisi celerius uentrem pertranseant, non bonum sanguinē gignunt. Quapropter si ad satietatem usque eduntur, scabiem & pruritum excitant. Cibus autem bonus est, & aduersus uenena remedium, si cum nucibus aut amygdalis comedantur. Renes expurgant, & iecoris, lienisq; obstructions auferunt, uerum calefaciunt, & sitim inferunt, & flauam in calidioribus temperamentis bilem procreant. Impositæ parotidibus & reliquis abscessibus, emolliunt & concoquunt, potissimum in ijs quibus sunt carnes molliores. Podagricis cum scenogræco & aceto impositæ, non parum iuuant.



SPARTVS

Pfeimmen.

NOMINA.



SPARTON, *ἡσπαρίον* Græcis, Spartum Romanis uocatur. Officinis incognitum. Germanis *Pfirsimmen* appellari potest. Sparton uero dixerunt, quod funiculi ac uinculi usum in alligandis uitibus præbeat.

Spartum unde dictum.

FORMA.

Frutex est uirgas longas proferens, sine folijs, ualidas, difficulter fragiles, quibus uites ligant. Siliquas phaselorum modo fert, & in ijs semina lentis formam habentia. Florem luteum, ueluti *Leucoion*.

LOCVS.

Aridum solum amat, estq; ueluti terræ iuncus.

TEMPVS.

Floret circa Idus Iunias, ac subinde siliquas producit.

TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccum esse, & gustus & uires indicant.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Sparti semen & flores in aqua mulsa pota quinque obolorum pondere, per superna cum intensione ueluti *Elleborus* citra periculum purgat. Semen per inferna purgat. Quinetiam maceratis in aqua uirgis eius, deinceps uero tuls & expressis, si succus cyathi unius mensura ieiunis bibatur, ischiadicis & angina laborantibus auxiliatur. Quidam etiam muria, aut marina macerantes, ischiadicis clysterem infundunt, Strigmenta autem cruenta elicit.

EX GALENO.

Sparti, quo & uites apud nos alligant, tum semen, tum uirgarum succus, non in strenue trahentis est facultatis.

EX PAVLO.

Sparti, quo uites ligant, & semen & flos cum mulsa pondere quinque obolorum pota, per superiora purgant ueratri modo sine periculo. Semen per inferiora quoque purgat. Virgæ ipsius ad coxendicum dolores proficiunt.

EX SYMEONE SETHI.

Sparti, quo uites ligantur, semen & flores cum aqua mulsa si bibantur pondo obolorum quinque, per superna purgant, ut *Elleborus albus*, sine periculo. Semen autem per inferna purgat. Virgæ uero ischiadicis profunt.

DE SMYRNIO. CAP. CCXC.

NOMINA.




MYRNION Græcis, Smyrnion Latinis, officinis *Leuisticum*, Germanis *Liebstetel* dicitur. Smyrnion dictum, quod huic idem sit odor qui *Myrrhæ*. Errant qui *Leuisticum* hodie nominatam herbam, eam esse putant quæ *Dioscoridi* *Ligusticum* appellatur. Neq; enim caulem geniculatum, neque etiam folia *Meliloto* similia profert. Tolerabilior est sententia eorum qui arbitrantur secundam esse *Dauci* speciem.

*Smyrnion cur dictum.
Leuisticum non est Ligusticum.*

FORMA.

Caulem habet *Apio* simile, adnascencias obtinentem multas. Folia latiora *Apio*, ad terram confecta, subpinguia, robusta, cum acrimonia odorata, medicataq; & colore sublutea. Umbellâ supra caulem *Anetho* similem. Semen rotundum, nigrum, sapore acre. Radicem acrem, odoratam, teneram, succosam, fauces mordentem, foris nigram, intus pallidam, aut subalbidam. Ceterum si quis singulas has notas uelit expendere, facile perpendet *Smyrniū* eam esse herbam quam hodie *Leuisticum* nominant. Siquidem ea ut *Apiū* caulem profert concauū, ac stolones multos. Folia quoque *Apij*,

Smyrniū esse Leuisticum.



SMYRNIVM

Liebstöckel.

A at latiora, ad terram confracta, subpinguia, firma, cum quadā acrimonia odorata, odore tamen medicato, colore in luteum languido: muscariū in capitibus caulium Anetho simile: semen rotundū, nigrum, acris sapore: radicem odoratā, acrem, gustu fauces mordentem, succosam, mollem, foris atram, intus subalbidam, aut pallidam. His accedit quod Leuisticū forma & odore Apio ualde simile est, ita ut nonnulli hac ratione moti putauerint esse Apij speciem quandā: ut congenerē esse herbam, quemadmodū testatur Galenus, nemini dubiū esse debeat. Vnde iterum li-

*Leuisticū forma
et odore Apio si-
mile.*

quidō colligi potest esse Smyrnion, quod certē statim ab Apio Dioscorides, tanquā similem congeneremq; herbam, idipsum describat. Conueniunt etiam utrarumque herbarum facultates, ut paulō post monebimus. Item Dioscorides scribit Pæoniā fœminā folia Smyrniij habere. Quid uerō folijs Pæoniæ fœminæ, quā folia Leuistici hodie nominati magis simile; ut nemo dubitare debeat subinde Smyrnion esse Leuisticum.

LOCVS.

Nascitur hodie passim in hortis. Humida autem loca amat.

TEMPVS.

Floret æstiuo tempore.

TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccum in tertio ordine.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

B Calefaciendi facultatem habent radix, herba & semen. Olerū modo comeduntur folia muria macerata, aluumq; sistunt. Radix serpentū moribus pota succurrit. Tussis & orthopnoeas mitigat. Vrinæ difficultati medetur. Illita recentia cedemata, phlegmonas, & duritias discutit. Vulnere ad cicatricem perducit. Feruefacta & subdita, abortus facit. Semen eius lienis, renum & uesicæ uitijis prodest. Menses & secundas pellit. Cōmodē datur ischiadicis cum uino. Inflationes stomachi lenit. Sudores & ructus ciet. Potū peculiariter hydropicis, & febrīū circuitibus prodest.

EX GALENO.

Smyrnion est eiusdem generis cum Apio & Petroselinō: fueritq; Apio quidem ualidius, Petroselino autem imbecillius. Menses itaque & urinas mouet. Cilices in Amano monte natum Petroselinū uocant. Est quidem & ipsum Smyrnion, minus uerō Petroselino & Smyrnio acre est. Proinde & ulceribus imponi potest, quia uidelicet sine molestia desiccet. Sed & digerere quæ indurata sunt, ualet. Reliqua facultas eius Apio & Petroselino similis est. Quocirca & semine utimur ad menses, urinas & asthmata. Hæc Galenus. Ex ijs Galeni uerbis liquidō apparet duplex esse Smyrnion, unum quod alio nomine Hipposelinon, de quo suo diximus loco, dicitur: alterum autem quod in Amano nascitur monte, de quo hic nobis sermo est.

EX PLINIO.

Vrinā & menses ciunt folia & radix. Aluum sistit semen. Radix suppurationes recentes, & collectiones discutit: item duritias illita. Prodest contra phalangia, ac serpentes, admixto cachry aut polline, aut apiastro in uino pota, sed particulatim, quoniam uniuerſa uomitiones mouet, qua de causa nonnunquā cum ruta datur. Partus adiuuat, & secundas pellit. Medetur tussi & orthopnoeæ radix uel semen. Item thoracis, lienis, renum & uesicæ uitijis. Radix autem ruptis, conuulsis auxiliatur. Sudores ciet & ructus, ideo inflationem stomachi discutit. Vulnere ad cicatricem perducit. Datur ischiadicis in uino cum crethmo. Exprimitur succus radice, utilis fœminis, thoracis & præcordiorū desiderijs: calefacit enim, concoquit, & purgat. Semen peculiariter hydropicis datur potu, quibus & succus illinitur. Concoctiones facit. Sapore simillima piperi, ideo ad obſonia utuntur cum mulso, oleo & garo, maximē in elixis carnibus.

C

APPENDIX.

Confer cum iam dictis facultatibus eas quas Leuistico recentiores tribuunt, & comperies prorsus easdem esse. Tradunt enim eius semē mouere menses & urinas, inflationes tollere, serpentū moribus mederi, calculos confringere, sudores ciere, uulnera conglutinare, lienisq; obstructions auferre: adeo ut hinc iterum constet, Leuisticum à Smyrnio non esse, saltem uiribus, diuersum.

DE SILPHIO CAP. CCXCI.

NOMINA.



*Ostritium cur
dictum.*

ΙΑΦΙΟΝ Græcis, Laser, & Laserpitium Latinis dicitur. Vulgo & officinis corrupta uoce, deflexa tamen quadam à Laserpitio pristini nominis umbra, Osteritiū uocatur. Primum siquidē, ut dictum est, Laserpitium, dein deprauata nomenclatura, Osteritiū, postremo Ostritium cœpit appellari. Qui sanè lapsus facilis admodum fuit. Abiecta namq; prima litera, Asteritium, & dein a mutato in o, Osteritiū, ac postremo magis concise Ostritium nominare imperiti cœperūt. Veteribus Germanis haud dubie *Laserwur* dicta est hæc herba, quam quidem uocem, utpote semilatinā, posterī non rectē intelligentes, in *Oeysterwur* mutarunt, Qua quidem appellatio ne adhuc hodie omnes utuntur Germani.

FORMA.

Caulem ferulæ similem habet, folia uerò Apij, aurei coloris, semen latum, foliaceum, radicem quæ corticem nigrum obtinet, à qua liquor etiam modicè rubens, translucidus, myrrhamq; redolens, ac odoratus destillat. Ex qua quidē descriptione luce clarius constat, herbā hanc cuius picturā damus, esse Laserpitiū, saltem germanicū. Caulis enim ei sceniculaceus, seu ferulæ, hoc est, geniculatus, folia Apij in auri colorē languescencia, semen foliaceū & latum, nempe quod figura exile foliolū exprimit: radix crassa & multa, foris nigricans, intus candida, miraq; flagrans iucunditate, quæ si uulneratur, liquor profluit lentus, ac modicè rufus, suauissimumq; spirans odorem, & linguam sua acrimonia uellicans, ut sanè nulla sit prorsus nota quæ reclamare uideatur. His accedit quod facultates Ostritij nominati à Laserpitij uiribus non discrepant, quemadmodum ex sequentibus patebit.

LOCVS.

Nascitur in Syria, Armenia, Media & Aphrica. Quod ex Armenia & Aphrica affertur suauissimum odorem habet, præsertim Cyrenaicum, unde & *ἰπρός*, id est, succus Cyrenaicus appellatur. Ne hoc Laserpitium aliud est quàm concretus ille succus, quem officinæ Belzuinum, uel Ben-Iuinum uocant. Quod uerò ex Media & Syria affertur, Dioscoride teste, uirosū odorem obtinet, ac putrilaginē respicit, ideoq; uidetur esse id quod hodie officinæ pascim Alām foetidam nominant. Quod etiam hinc colligi potest, quod in hodiernum usque diem ex Syria Alexandrina, & hinc Venetias deportatur. Nostrium in montosis locis provenit, ac in omnibus ferè hortis nunc plantatur.

*Succus Cyre-
naicus.
Belzuinum est
Laserpitium.
Asa foetida.*

TEMPVS.

Iunio mense flores admodum exiguos ac candidos, instar Anisi, profert, atque subinde semen latum,

TEMPERAMENTVM.

Silphij liquor calidissimus est. Verumenimvero & folia, & caulis, & radix fat strenuè excalfaciunt. Nostrium etiam Laserpitiū in uniuersum calidius atq; acrius est pipere ipso, adeoq; calefacit & exiccat in tertio ordine. Radix autem & semen, folia & caulem superant, ut in eo etiam efficacissimus omnium aliarum partium sit liquor, secundo loco folia, postremo caulis.

VIREs.



LASERPITIVM
GERMANICVM.

Steinwurz.

C

VIRES. EX DIOSCORIDE.

† πικρὸν πικρὸν
δυσχρὸν λεγέ-
ται.

Lasēpitij liquor acris est, inflat. Inunctus cum uino, pipere & aceto, alopecias sanat. Oculorū aciem exacuit. Incipientes suffusiones cum melle inunctus dissipat. Cauernis dentium in eorundem dolore inditur, aut cum thure in linteo circumponitur, aut colluitur eo os cum Hyssopo, & Ficus coctis in posca. His prodest, quos bestia in rabiē efferata momorderit, uulneribus impositum. Valet aduersus omnia animantia quæ uirus eiāculantur, uenenata tela, potus aut inunctus. Scorpionum plagis oleo dilutus circumliniē. Gangrænis † antea scarificatis immittitur. Carbulisq̃ cum ruta, nitro & melle, uel per se. Clauos, callosq̃ prius circumscarificatos tollit, cerato, aut aridorū Ficuum carne præmollitus. Recentes lichenas ex aceto sanat. Excreſcentias carnis, polyposq̃, si aliquot diebus cū atramento sutorio aut erugine illinatur. Extuberantia cum forſice extrahit. Diuturnis asperæ arteriæ asperitibus opitulatur. Vocem subito exasperatā irraueſcentē mēue, dilutus aqua & absorptus confestim restituit. Vuam cum melle inunctus reprimat. Angina laborantibus ex aqua mulſa utiliter gargarizatur. Coloris bonitatē ijs qui eo uestunt auget. In forbilli ouo datus tussi auxiliatur, pleuriticisq̃ in sorbitionib. Suffulis felle, & hydropicis cum aridis Ficus utiliter exhibetur. Cum pipere, thure & uino potus, rigores soluit. Neruorum distentione laborantibus, opisthotonicisq̃ datur oboli pondere deuorandus. Hærentes gulæ hirudines, gargarizatū cum aceto deijcit. Ad lac intus in grumos concretū. Comitibus ex oxymelite sumptus succurrit. Menſes ciet cum pipere & myrrha potus. Cœliacos in acino uuæ sumptus iuuat. Cum lixi uio potus, repentinis conuulsionibus & rupturis prodest. Ad potiones dissoluitur amaris amygdalis, aut ruta, aut calido pane. Foliorū liquor eadem potest, sed multo minori efficacia. Cum oxymelite manditur ad expediendam asperam arteriam, præsertim amissam uocem. Vtuntur eo cum Lactucis, pro eruca comedentes.

D

EX GALENO.

Omnes Silphij partes flatulentæ magis sunt essentiæ, ac proinde concoctu difficiles. Foris tamen impositæ corpori, efficaciores, & omnium potissimū liquor, admodum trahentē facultatē obtinens. Attamē excreſcentias imminuendi, & liquandi uim quandam propter iam dictam temperiē habent. Liquor Cyrenæicus quidē omnes & caliditate & tenuitate exuperat, ac proinde etiam omniū maximē discutit.

EX PLINIO.

Folia Silphij ad expurgandas uulvas, pellendosq̃ emortuos partus, decoquuntur in uino albo odorato, ut bibatur mensura acetabuli à balneis. Radix prodest arterijs exasperatis, & collectionibus sanguinis illinitur. Sed & in cibis concoquitur ægrē. Inflationes facit & ructus. Vrinæ quoque noxia. Sugillatis cum uino & oleo amicissima, & cum cera strumis. Verrucæ sedis crebriore eius suffitu cadunt. Liquor eius per se algores excalfacit. Potum neruorum uitia extenuat. Fœminis datur in uino. Et lanis mollibus admouetur uulvæ ad menses ciendos. Pedum clauos circumscarificatos ferro, mixtus ceræ extrahit. Vrinam ciet ciceris magnitudine dilutus. Andreas spondet, copiosius sumptum nec inflationes facere, & concoctioni plurimum conferre senibus & fœminis. Item hyeme quàm æstate utilius, ueruntamen aquam bibentibus, cauendumq̃ ne qua intus sit exulceratio. Ab ægritudine recreationi efficax in cibo. Tempestiuē enim datus, cauterium obtinet: assuetis etiam utilius quàm expertibus. Ad externa corporum, indubitatas confessiones habet. Venena telorum & serpentium extinguit potus: ex aqua uulneribus his circumliniē. Scorpionum tantum plagis ex oleo. Vlceribus uerò non matureſcentibus, cum farina hordeacea, uel fico sicca. Carbunculis cum ruta, uel cum melle, uel per se uisco superlitū ut hæreat. Sic & ad canis morsus. Excreſcentibus circa sedem, cum tegmine punici mâli ex aceto decoctus. Clauis pedū, qui uulgò morticini appellant, nitro mixto, antè subactus. Carnes replet cū uino & croco, aut pipere, aut murium

A murium fimo & aceto. Perniones ex uino fouet, & ex oleo coctum imponitur: sic & callo. Clauis pedum superrasis præcipue utilitatis. Contra aquas malas, pestilentes tractus, uel dies. In tussi, uua, fellis ueteri suffusione, hydropicis, raucitatibus: confestim enim purgat fauces, uocemq; reddit. Podagras, in spongia dilutus posca lenit. Pleuriticis in sorbitione uinum poturis datur, contractionibus, opisthotonicis, ciceris magnitudine cera circumlitus. In angina gargarizatur. Anhelatoribus & in tussi uetusta, cum Porro ex aceto datur, atq; ex aceto his qui coagulum lactis forbuerint. Præcordiorū uitij, syntecticis, comitialibus in uino, in aqua mulla linguæ paralyti. Coxendicibus & lumborum doloribus cum decocto melle illinitur. Non censuerim, quod autores suadent, cauernis dentiū in dolore inditum cera includi, magno experimento hominis qui se eadem causa præcipitauit ex alto.

APPENDIX.

Lasertitū nostrum ex traditione recentiorū unice uenenis aduersatur. Item pestilentia populariter grassantis arcet contagia. Lentitiam pituitosorū humorum incidit ac discutit: quapropter tussi quam frigus attulit, medet. Crassa quæ in thorace coeunt, discutit. Coloris corporis bonitate ijs qui eo uescuntur, efficit. Concretum in corpore lac & sanguinem resoluit. Stomachū esu corroborat. Pituitam uentriculi deiecit, & elanguescētē appetentiam inuitat. Menses & urinam ciet. Rabiosi canis morfu, aut serpentis ictu liberat, si contrita folia uulneri indantur. Hypochondriorū uitij auxiliatur. Item lumborum doloribus. Carbunculos cum polenta tritum & impositū sanat. Cum uino potum rigores discutit. Herba ipsa in uino & aqua cocta uulnera interna glutinat: & in summa, omnia quæ Angelica uocata herba, & maiori efficacia, potest. Vt hinc etiam constet Osteritium à nostris nominatum, eandem habere quas ueterum Lasertitum, inefficaciores tamen, facultates.

Lasertitij germanici facultates.

B Quare cum metus sit ne Lasertitū adulterinum, aut saltem non optimū ad nos afferatur, præstat nostro uti, quod scilicet exigua admodū pecunia comparari possit, & uiribus satis efficax sit. Nam eadem quæ Dioscorides & Plinius Lasertitio assignant, recentiorum testimonio præstare ualet.

DE STACHY CAP. CCXCII.

NOMINA.



TA XVZ Græcis, Stachys Latinis dicitur, officinis ignota. Germanis riechender Andorn nominatur. Stachys uerò dicta, quod uerticillato florum ambitu, & orbibus spicarum caules cingentibus coronetur.

Stachys unde dicta.

FORMA.

Frutex est Marrubio similis, sed altior, folia ferens plura, sed rara, hirsuta, dura, odorata, incana. Virgas ab una radice plures emittit Marrubio candidiores. Ex hac descriptione perspicuum sit omnibus, herbam quam pictam damus, esse Stachyn: est enim fruticosa, Marrubijq; similitudinem refert, nisi quod altior est; folia quoq; plura, at rara obinet, item hirsuta, dura, odorata & albicantia. Virgulas denique, etsi pictura id ipsum non ostendat, ab una radice plures emittit, candidiores quam Marrubium. Quibus omnibus florum purpureorū uerticillatus accedit ambitus, ac orbes spicarum, qui caules circumdant.

LOCVS.

Asperis locis, montibus ac collibus prouenit.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Stachys gustu acri & amaro est, tertijq; ordinis excalfacientiu. Vnde iterū liquet hanc herbam esse Stachyn, quod gustata acris & amara uideatur.

VIREs.



STACHYS

Riechender Andorn.

A

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vim habet excafactoriā & acrem. Ideoq; decoctum foliorum eius potum, menses & secundas pellit.

EX GALENO.

Menses prouocat, abortum facit, & secundas eiicit.

EX PLINIO.

Pellit menstrua,

DE SECALE CAP. CCXCIII.

NOMINA.



SECALE dicitur Plinio lib. xviij. cap. xvi. & Farrago, Germanis *Rocten* & *Roun* nominatur. Magno in errore uersantur qui hoc frumenti genus Siliginem esse existimant. Siquidem ex hac, Plinio lib. xvij. cap. ix. *Secale non est Siligo.* teste, lautissimus fit panis, tener, candidus, & primatum tenens: ex illo cibarius, ater, & pondere precipuus, ad arcendam pauperum famem tantum utilis, qui ueterascens acorem etiam contrahit. Item Siligo habet spicam erectam, Plinio loco iam citato, cap. x. autore, nec rorem continet, quæ rubiginem faciat: hoc uerò procumbentē, & ideo quod imbres retineat, rubigini opportunū. Siligo præterea grano est candido, leui, & multipliciter tunicato: hoc contrà nigro, striato, & glumis ferè explicito. Deniq; Siligo sine arista est, hoc uerò aristis horret. Postremū ex Siligine pistrinarū opera fiunt laudatissima, ex Secale nullum ferè tentatū est. His itaque rationibus euidentissimū esse puto, hoc frumenti genus quod Germani nostri *Rocten* uocant, non esse Siliginem.

B

FORMA.

Secale frumenti genus uulgò notissimū, stipula est culmo triticeo, graciliore & proceriore, geniculis ut plurimū quatuor, spica innocentiorib. aristis horrente, non erecta, sed semper propemodum procumbente, grano glumis explicito, & ob id ca-duco, tristi, nigricante, strigoso. Plinius cap. xvi. libri xviij. scribit, Secale focunda, sed gracili stipula esse præditū, nigritia triste, sed pondere præcipuū. Quæ singula satis monstrāt, frumentū quod *Rocten* uocant Germani, esse secalen, & nō siliginē.

LOCVS.

Gignitur qualicunque solo, ideoq; passim in Germania, præsertim Rhetia, & Vindelica feritur.

TEMPVS.

Floret Iunio mense, metitur autem Iulio.

TEMPERAMENTVM.

Magis uidetur excalfacere quàm Triticum, minus tamen refrigerare quàm Hordeum. Magis item exiccare quàm Triticū, minus tamen quàm Hordeū aut Zea.

VIRES.

Habet aliquid lentoris & obstruentis naturæ. Hinc panis ex eo confectus, potissimum si à furfuribus non sit probè purgatus, stomacho grauis esse solet. Reliquæ uires ex capitibus de Tritico & Hordeo colligendæ.

DE SIDE-

768



SECALE

Rocher.



SIDERITIS
PRIMA.

Slidkraut.

*Chamæpitys
adulterina.*

*Sideritis cur
dicta.*



ΙΑΗΠΙΤΙΣ Græcis, Sideritis prima Latinis dicitur. Magna officinarū pars hac herba pro Chamæpity uera utitur, non sine errore, cum satis ex forma illius constet, ut paulò post monstrabimus, non esse Chamæpityn. Germanis Glidtr aut appellatur. Sideritis uerò nominata, quod glutinandis uulneribus apta, præcipuum in bello habeat usum.

FORMA.

Herba est folia Marrubio similia habens, longiora tamen, ad saluæ aut quercus figuram accedentia, uerum minora & aspera. Caules fundit quadratos, dodrantales, aut longiores, gustu non iniucundos, aliquo modo adstringentes, in quibus per interualla uelut in Marrubio uerticilli in orbem circumacti, & in his semen nigrum. Ex qua quidem deliniatione sole clarius cõstat, herbam cuius hic picturam exhibemus, esse Sideritin primam. Siquidẽ folia Marrubij habet, sed longiora, ad saluæ similitudinem aspera & rugosa, minora tamen. Caulem quadratum & hirsutum, non iniucundi gustus, aliquantum subadstringentis, quem per interualla uerticillati orbes coronant, ut in Marrubio uidere licet, in quibus flores subcandidi ac lutei, & subinde semen nigrum. Radicem exiguum & subluteam, quod silentio transiit Dioscorides. Non esse uerò hanc herbam Iuam arthriticam, nec Chamæpityos generibus posse annumerari, hinc conijcere licebit: primū, quod non sit pumila, sed in altum surgat, fruticis uerius quàm herbæ specie. Quod uerò neque primum neque secundū genus Chamæpityos dici queat, hinc manifestū fit, quod utrumque folijs Semperviui minoris sit, à quibus saluæ, qualia hæc habet, diuersissima sunt. Neque etiam tertium, quia folia eius non sunt exilia.

LOCVS.

Nascitur asperis, petrosis & incultis locis.

TEMPVS.

Iunio mense florere incipit, nec desinit nisi in Autumni fine.

TEMPERAMENTVM.

Sideritis habet quandam abstergerendi facultatẽ, id quod amaritudo eius satis indicat: & pauculam adstrictionem. Plurima tamen eius pars humida est, & medio-criter frigida.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Folia eius illita uulnera glutinare, & inflammationẽ arcere possunt.

EX GALENO.

Phlegmonem sedat, & glutinandi uim obtinet.


EX PLINIO.

Sideritis tantam uim habet, ut quamuis recenti gladiatoris uulneri illigata, sanguinem claudat.

SORGI

Welscher Hirz.

tt 2.



NOMINA.



PEREGRINVM est hoc genus frumenti, & ex Italia ad nos allatū, ideoq; Germani welschen Hirß uocant. Alij Sorgsomen / quod scilicet in Italia Sorgi nominetur. Neq; constat quo nomine ueteribus sit appellatum, nisi farris genus sit, quod in Gallia nunc rubrum & barbatū frumentum nuncupant. Probè enim illi hæc nomenclatura uidetur couenire, quod nimirum eius spica rubra & barbata sit. Certò tamen nihil affirmare audemus, nam Panicum etiam referre, quamuis magnitudo repugnet, uidetur.

FORMA.

Culmos habet quatuor aut quinque altos, crassos, geniculatos, rubicundos, folijs uestitos longis, latis, & in summitate acuminatis, harundini non dissimilibus: spicā quàm Panicū maiore ac densiore, rufam & barbata, in qua semen rufum, rotundū, lentis magnitudine, & acuminatū. Florem luteum, Radicem multis fibris capillatā.

LOCVS.

Non prouenit nisi satum, & nunc in multorū hortis colitur ac plantatur, non tamen facile emergit.

TEMPVS.

Floret Iulio & Augusto mensibus, flore, ut diximus, luteo, nec nisi extrema ferè autumnii parte ad maturitatem peruenit.

TEMPERAMENTVM.

Semen dulce est, & Panicum planè in gustu refert, ideoq; temperamento ab hoc minimè differre putamus.

VIREs.

Tametsi de illius facultatibus nihil comperti habeamus, tamen quia Panicū gustu refert, easdem illi facultates obtinere existimamus, quas suo loco inuenies.

DE SERPENTARIIS OFFICINARVM

CAP. CCXCVI

NOMINA.



Officinarum
erratum.

VO no mine ueteribus medicis Græcis & Latinis appellatæ sint, nemo hæctenus, quod sciam, indicare potuit. Recentiores herbarij & officinæ non sine magno & intolerando errore Serpentarias uocant, non certè quod in nomenclatura tantum sit situm, sed quod forma & uiribus plurimum ab ea herba quam Græci *σφακόνιον*, Latini autem Dracunculū ac Serpentariam nominant, plurimum discrepent, ut suo loco latius demonstrabimus. Germani nostri has herbas *Waternurz* sua lingua appellant.

GENERA.

Duo sunt Serpentariæ recentiorū & officinarū genera, forma non multum uariantes. Vnum quod leuibus admodū folijs, & radice in se contorta constat. Hinc *Bistorta*. est quod herbarijs nostri temporis Bistorta dicatur. Nos certioris discriminis gratia marem fecimus, germanicèq; *Waternurz* mennle uocauimus. Alterum rugosioribus folijs, maioriq; radice, & minus intorta, ac multum capillata uidetur. *Vulgares* herbarij Colubrinā nuncupant. Nos sceminā cōstituimus, ideoq; germanicè *Waternurz* weible uocauimus. Serpentarias uerò utrunq; genus dixerunt, propterea quod ubi primum è terra prodeunt, linguæ serpentinæ pelle tenui uestitæ, formam obtinent.

FORMA.

Cauliculo constant tenui ac iunceo, glabrescente, per ima tantum foliato, spicoso florū uertice, quibus dilutioris purpuræ color inest: folio Rumicis à terra cæsis, superne



SERPENTARIA MAS
SEV BISTORTA

Waterwurtz mennle.



COLVBRINA SEV SER-
PENTARIA FOEMINA

Wasserwurz weible.

A perne uiridi & herbaceo: radice, mas quidem draconis modo inuoluta & contorta, fœmina uerò oblonga, maiore ac capillata, extrà nigricante, intus rubefcente.

LOCVS.

Nascuntur locis umbrosis & humidis, pratis potissimū Martianæ syluæ.

TEMPVS.

Florent Maio mense & Iunio, quo maximè tempore, ut omnes aliæ que floribus ornantur plantæ, dignosci ac inueniri possunt.

TEMPERAMENTVM.

Vtriusq; radix mirificè adstringit, ut refrigerandi ac exiccandi facultate præditas esse nemini sit dubium. Antiquus manuscriptus herbarius frigidas & siccas esse in tertio ordine censet.

VIRE S.

Radices illarum glutinant uulnera, fœctum in utero retinent, uomitū biliosum reprimunt, dysenteriam sanant. Hæc antiquus herbarius. Nostræ uerò ætatis medici, aliorū errata impudenter sectantes, ad longè diuersos usus Serpentariæ utriusq; radices adhibent, nempe ad eos ad quos Dioscorides, Galenus & alij ueteres suum Dracontium, cum tamen uiribus inter se maximè discrepent, quod gustus etiā abundè testatur, cum Dracontij radix acris sit, illarū uerò uehementer adstringat. Vtigitur errorē hunc relinquant, subinde medicos & seplasiarios hortor, nisi fortè perdere magis quàm sanare in delitijs habeant: sciantq; Serpentarias suas non alias quàm Britannicā habere facultates, adstringendi nimirum, priuatim ad ea quæ in ore & tonsillis sunt depauperata ulcera accommodatas, & ad omnia alia quibus adstrictione opus est. Folia etiam in farinam trita labiles dentes confirmant.

DE SCORDIO CAP. CCXCVII.

B

NOMINA.



ΣΚΟΡΔΙΟΝ Græcis, Latinis Trixago palustris dicitur. Officinis ferè omnibus incognita. Germanis allusione quadam ad Romanā appellatio nem aptè Wasserbatenig nominabitur. Scordion autem Græcis ab Alijs dicta est herba hæc, quod nimirū eius folia affricta, Allij, quod Græcis Scorodon uocatur, odorē referant. Ab hoc mali & ingrati odoris sensu, ijdem etiam Νύκτομαρ appellata est. Vt uerò Trixago dicta sit, similitudo fecit: Trixagini enim, quæ Græcis Chamædrys nominatur, similis est. Palustris autem, quoniā humentibus ac palustribus locis nascatur.


Scordion unde dictum.

Dysosmon.
Trixago palustris cur uocata.

FORMA.

Folia Trixagini seu Chamædryi similia habet, maiora tamen, nec sic in ambitu incisa, odore aliquantū Allium referentia, gustu adstringentia & amara. Caules quadrangulos, in quibus flos subrubescens. Hæc delinatio sic refert herbā hanc, cuius picturā damus, ut ouum ouo non sit tam simile. Folio siquidem est Trixaginis, maiore, & per ambitum non ita profundè serrato & inciso, odore aliquatenus Allium reddente, adstringentis & amari gustus, quadrangulis caulibus: flore in caulibus, instar Chamædryos & Teucrij, subrubro, & minimè in summis caulibus, ut aliqui putant, quemadmodū pictura ipsa abundè docet. Hæc itaque herba in theriacos pastillos inferenda erit, & non syluestre Allium, ut maximo in errore uerferentur seplasiarij institutores, qui pro re tam salutari atq; omnibus putridis marcoribus, Galeno lib. i. de antidotis autore, aduersante, syluestre Allium usurpant. Sed indignius erratum, quàm quod multis explodi debeat. In hunc autem eisdem uicinitate uocabulorū potissimū incidisse errorem, libro primo Paradoxorū, cap. xxiij. abundè monstraui mus.

Seplasiariorum error.



SCORDIUM

Wasserbatenig.

LOCVS.

Nascitur in montanis & humentibus locis. Nec inter se pugnant Dioscorides & Plinius, dum hic in campis humidis pinguibusq; ille autem in montanis nasci scribit. Vterq; enim uerum dixit: in campestribus siquidem & montanis, non tamen omnibus prouenit, sed, quod Dioscorides etiam adiecit, humentibus tantum. Plantatum autem Scordium non difficulter nascitur, & possunt de uno duntaxat ramo complures prouenire, modò solo humido cõmittantur.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus floret, flos tamen non nisi diem unum durare uidetur, sic continuo unus alium sequitur.

TEMPERAMENTVM.

Tum ex saporibus, tum etiam facultatibus paulò pòst exponendis satis constat Scordiũ calidum esse, Nam, Galeno etiam teste, amarum quid obtinet, & acre.

VIREŠ. EX DIOSCORIDE.

Herba uim calefaciendi habet, & urinam cit recens trita & pota. Arida quoque cum uino decocta contra serpentũ morsus, & letalia uenena bibitur. Ad stomachi roisiones, dysenteria, & urinæ difficultatē pondere duarum drachmarũ cum hydromelite. Purgat crassa purulenta è thorace. Facit ad ueterē tulsim, rupta, conuulsa, cum nasturtio, melle & resina in ecligmate arida cõmixta. Hypochondriorũ uetustas inflammationes excepta cerato lenit. Succurrit eadem podagris cum acri aceto circumlita, aut ex aqua illita. Menses supposita mouet, uulnera glutinat, uetusta ulcera purgat, & cum melle ad cicatricē ducit. Siccata carniũ excrescentias reprimat. Succus præterea ex ea expressus ad prædicta uitia bibitur.

EX GALENO.

Expurgat simulq; excalfacit uiscera, tum menses urinamq; mouet. Preterea conuulsa ruptaq; & laterũ dolores ab obstructione & frigore natos sanat potum. Deniq; uiride illitum magna uulnera conglutinat: uerum sordida purgat, & maligna ad cicatricem perducit, illitum aridum.

EX PAVLO.

Scordium uarium existit, ut quod amarũ, acerbũ & acre sit. Purgat igitur simul & calfacit uiscera, urinas & menstrua cit, refrigerata omnia recalfacit, uulnera glutinat, repurgatq; aridum illitum cicatricem inducit.

DE STICHADĒ CAP. CCXCVIII.

NOMINA.



STICHAS græcè, Stichas uel Stoechas latinè appellatur. Officinæ cognomento Arabicam uocāt. Germanis nominatur *Stichas* traut. Stichas uerò nomen accepit à Stoechadibus ex aduerso Mafsiliæ sitis Galliæ insulis, in quibus prouenit. Arabę factionis autores patriam Stichada reliquis omnibus prætulerũt, hinc sequaces illorum gentili cognomento Arabicā nunc cuparunt.


FORMA.

Herba est tenuibus ramulis, comam similem Thymo habens, longiore tamen folio, & gustu acris, & aliquantũ subamara. Hactenus Dioscorides, qui flores atq; spicam prorsus omisit. Sunt autem flores, ut pictura abundè monstrat, exigui & cœrulei, spica uerò flauescit, semine referta exiguo, triquetro, & coloris spadicei. Radix illi est tenuis & lignosa.

LOCVS.

Nascitur, ut antea est cõmemoratũ, in insulis Galliæ è regione Mafsiliæ, quę Stichades appellantur, à quibus etiam gentilitiam appellationē accepit. Prouenit etiā in Arabia, alijsq; cõpluribus locis, & in multis etiam Germaniæ nostræ hortis.

TEMPVS.



STICHAS

Stichaskraut.

TEMPVS.

A Floret eo quo Lauandula tempore, nimirum ante Solstitium æstiuum, hoc est, Iunio mense.

TEMPERAMENTVM.

Stoechadis qualitas gustu quidē amara est, & mediocriter subadstringens. Temperamentū uerò compositum ex terrena essentia frigida exigua, unde sanè adstringit; & ex tenui, altera, quæ terrena est, copiosiore, à qua utiq; amara est.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Decoctum eius, quemadmodum & Hyslopi, ad thoracis uitia efficax est. Miscetur antidotis utiliter,

EX GALENO.

Obstructione liberare, extenuare, extergere, roborareq; tum omnia uiscera, tum totum corpus est nata,

EX PLINIO.

Menfes cit potu, thoracis dolores leuat. Antidotis quoq; miscetur.

DE STRUTHIO CAP. CCXCIX

NOMINA.



ΤΡΟΥΘΙΟΝ Græcis, Radicula, siue Lanaria herba Latinis, Mauritanis & officinis Condifi, nonnullis herba fullonum, uulgò Saponaria, Germanis Seyffenstrant dicitur. Vnde uerò Græci hanc herbam Struthiū appellauerint, non satis constat, nisi fortè à foliorū positura, quæ auium alas quadantenus imitant, nomen illi indiderint, Nam gens ea *σπυθῖοι* & *σπυθῖοι* passerem, & minores alias aues appellat. Vel forsitan quod Venerem stimulet, Græci enim, ut dictum est, *σπυθῖοι* passerem uocant, & ab eius aui salacitate lasciuos, & in Venerem procliuiores homines *σπυθῖοι*, quasi passerem uocant. Porro struthium, ut est apud Festum, nuncupant obscenā uirilem partem. Qua imitatione Martialis & Catullus passerem pro uirili membro in suis uersibus usurpasse uidentur. Lanariam uerò dixerūt, quod ad candorem & mollitiem lanarū ea usā fuerit antiquitas. Nam cum succidæ lanæ cespypo spurcatæ colores respuerent, prolutæ huius radices succo, ad quoscunq; suffectus imbibendos præparabantur, quibus cespypum erat impedimento. Sic sordelcentes lanas ueteres hac herba eluebant, ad munditiē contrahendam, quæ primum ab infectoribus quærebatur, sordidis colores aspernantibus. Sic quoq; à præcipua & utiliore parte, Radicula Romanis est appellata. Saponaria recentiorib. dicta est, quoniam eluendis uestimentorū maculis, sordibusq; lanarum expurgandis, saponis uicem exhibet. Herba autem fullonū nominata est, quod ea interpollandis uestibus, & mangonio poliendis fullones utantur.

Radicula.
Lanaria.
Condifi.
Saponaria.
Struthium unde
nominatum.

σπυθῖοι.

Lanaria cur
dicta.

Radicula quare
appellata.
Saponaria cur
uocata.
Herba fullonum.

FORMA.

Struthion herba est caule lanuginoso, folijs oleæ prodeuntib. ex interuallo quasi geniculatim, plerunq; quinis in unum coeuntibus, in summo coliculorū floribus candidis; radice, quam summo cespite non in altum ultrò citroq; per longitudinem fundit, magna, tereti & oblonga, quæ conciditur purgandis lanis.

LOCVS.

Nascitur in Asia Syriaq; saxosis & asperis locis præcipuè. Nunc in hortis quibusdam plantatur.

TEMPVS.

Floret æstate, Iunio maximè mense, sed per duos cōtinuos menses floribus prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccum temperamento, ex quarto quodammodo ordine.

VIRE S.



STRVTHIVM

Geyffenkraut.

A

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix eius acris est, urinam cit, iecinorosis auxiliatur, tussi & orthopnoeis cum melle cochlearis mensura sumpta. Aluum subducit. Eadem cum Panace & Capparis radice sumpta, calculos frangit, & per urinam exturbat. Lienem induratum minuit. Subdita menses elicit, & foetum manifeste enecat. Cum polenta & aceto illita, lepras tollit. Cum farina hordeacea in uino elixa, tubercula discutit. Miscetur praeterea collyrijs & malagmatis quae ad claritatem oculorum conficiuntur. Sternutamenta cit, & trita cum melle naribus infusa, per os purgat.

EX GALENO.

Struthij radice potissimum utimur, gustu acri quidem existente. Sed & abstergit, & irritat, ideoque sternutamenta mouet, ceu caetera omnia quae gustu acria sunt, & temperamento calida.

EX PLINIO.

Medetur morbo regio ipsa radix decocta, & ius potum; item thoracis uitijs. Vri nam cit, aluum soluit, & uulvas purgat. Ea & ex melle prodest magnifice ad rursim orthopnoeae cochlearis mensura. Cum polenta uero & aceto lepras tollit. Eadem cum Panace & Capparis radice calculos frangit, pellitque. Panos discutit, cum farina hordeacea & uino decocta. Miscetur & malagmatis & collyrijs, claritatis causa. Ad sternutamenta utilis inter pauca. Lieni quoque ac iecinori. Eadem pota denarii unius pondere ex multa aqua, suspiriosos sanat.

DE SCILLA CAP. CCC.

NOMINA.

B



SCILLA Græcis, Scilla Latinis, Squilla, exemplo Varronis, omnibus nunc officinis uocatur. Germanis autem Meerzwibel.

FORMA.

Scillæ radix capæ modo multipliciter tunicata corticosaque, ex qua prius, ut in croco, caulis prosilit, tum ex eo flos in luteo candidus emergens insidit, qui cum senuerit folia demum multis post diebus emicant lata, nullo nixa pediculo, capitia quadam specie, & pleraque ex ijs in terram deflexa.

LOCVS.

Scilla undique, ut capæ & allia, prouenit.

TEMPVS.

Scillam ter florere, triaque tempora sationum ostendere, Theophrastus libro septimo capite duodecimo tradit. Primum enim florum prouentum, arandi primum tempus significare scribit, secundum medium, tertium nouissimum. Quot enim fuerint isti, totidem & arari tempora ferme occurrunt. Scillæ praeterea flos, ut est Berytius auctor, uirgata specie prosiliens, modò celeriter non emarcescat, largos frugum prouentus, ac uberem annonam nobis promittit.

TEMPERAMENTVM.

Admodum incidentem facultatem obtinet, non tamen admodum calidam, sed secundum hoc eam quispiam secundi ordinis censeat excalfacientium.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Vim acrem & feruentem habet. Assata uero multiplicem obtinet usum. Pasta aut luto oblita, in clibanum conijcitur, aut carbonibus obruitur, donec circumlita pasta sufficienter tosta fuerit. Qua amota, si non emollescat, altera pasta aut luto circumlinitur, & eadem quae prius fiunt. Nam quae ita non assatur, noxia magis est, praesertim interaneis data. Torretur item in olla indito operculo, & in clibanum coniecta. Sumitur ex ea, abiectis extimis partibus, quod maxime medium est, quod concisum, effusa priore aqua, coquitur, nouaque superinfusa usque dum nec amaritudinem, neque

uu acri-



SCILLA

Meerzwibel.

A acrimoniam habeat aqua. Siccatur autem in umbra diffecta, & lino traiecta, ita ut ne taleolæ inuicem se contingant. Sic igitur secta, ad oleum, uinum, acetumq; scilliti cum utimur. Ad rimas uerò pedum crudæ Scillæ interanea pars in oleo feruefacta, aut cum resina liquefacta imponit. Decocta in aceto demorsis à uipera cataplasma est. Assæ eiusdē pars una tostī salis partibus octo subigitur, daturq; ieiunis cochlearis unius duorumue pondere ad emolliendā aluum. Additur potionibus & odoramentarijs medicamentis, & ijs cum quibus urinam ciere uoluerimus, hydropicisq; & stomachicis, quibus innatant cibi, & morbo regio, torminibus, in uetere tussī, asthmaticis, cruenta reijcientibus. Trium uerò obolorum pondus in delinctu ex melle sumpsisse satis est. Coquitur eadem cum melle, sumiturq; in cibo ad eadem, maximè coctionē adiuuans. Strigmentitia per aluum ducit. Cocta & simili modo sumpta, idem potest. Cauendus Scillæ usus ijs, quibus interaneū aliquod exulceratum erit. Prodest uerrucis & pernionibus assam inungere. Semen eius tritum, cum caricis aut melle exceptum, si manditur, aluum emollit. Pro foribus domus suspensa tota amuletum est.


EX GALENO.

Præstat assam aut elixam sumere: sic enim uirium eius uehementia exoluitur.

EX PLINIO.

Scillarum in medicina alba est quæ masculus, fœmina nigra. Scilla quæ candidissima fuerit, utilissima erit. Huic aridis tunicis direptis, quod reliquū ē uino est, confutum suspendit lino modicis interuallis, postea arida frustra in cadum aceti quàm asperrimi pendentia immerguntur, ita ne ulla parte uas cōtingant. Hoc fit ante Solstitium diebus quadraginta octo. Gypso deinde oblitus cadus, ponitur sub regulis, totius diei solem accipientibus. Post eum numerū dierum tollitur uas, Scilla eximitur, acetum transfunditur. Hoc clariorē aciem facit. Salutare est stomachi laterumq; doloribus, parum sumptum binis diebus. Sed tanta uis est, ut auidius haustum extinctæ animæ momento aliquo speciem præbeat. Prodest & gingiuis & dentibus, uel per se cōmanducata. Tineas & reliqua uentris animalia pellit ex aceto & melle sumpta. Linguae quoq; recens subiecta præstat ne hydropici sitim sentiant. Coquitur pluribus modis in olla, quæ coniiciatur in clibanum aut furnum, uel adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis. Et cruda siccatur, deinde cōciditur, coquiturq; in aceto, tum serpentium ictibus imponitur. Tosta quoq; purgatur, & medium eius iterum in aqua coquitur. Vfus sic coctæ ad hydropicos. Ad urinam ciendam tribus obolis cum melle & aceto potē. Item ad spleneticos & stomachicos, si non sentiant ulcus, quibus innatet cibus. Ad tormina, regios morbos, tussim ueterem cum suspirio. Discutit & ex folijs strumas, quadrinis diebus soluta. Furfures capitis, & ulcera manantia illita, ex oleo cocta. Coquitur & in melle cibi gratia, maximè uti coctionem faciat. Sic & interiora purgat. Rimas pedum sanat in oleo cocta, & mixta resinæ. Semen eius lumborū dolori ex melle imponitur. Pythagoras Scillam in limine ianue suspensam, malorum medicamentorum introitum pel-
lere tradit,

784



STAPHIS AGRIA

Bismünz.

DE STAPHIDE AGRIA

735

CAP. CCCI.

NOMINA.



ΣΤΑΦΙΣ ἀγρία Græcis, herba Pedicularis & Pituitaria Latinis, officinis Staphisagria, Germanis Bismünz. Pedicularis autem Pituitaria quæ Latinis à uiribus quas habet, dicta est: erumpentibus enim è corpore pediculis ex oleo inuncta aduersatur, & cōmanducata feruore multam pituitam trahit.

*Pedicularis quare dicta.
Pituitaria unde.*

FORMA.

Folia habet Labruscæ, incisuris diuisa, coliculos rectos, molles, nigrosq; flores liliati similes, semen in uasculis uiridibus similibus Ciceri triangulū, asperum, in nigro subrufum, intus candidū, gustu acre. Hæc descriptio herbæ huic cuius hic effigiem damus per omnia quadrat, floribus tantum exceptis, qui minimè liliati similes sunt, neq; in colore, neq; in quantitate. Liliatis enim flores lutei sunt, & exigui, huius contrà subcæsi, ac multo maiores, ut hinc ferè suspicer eam herbam non esse quam ueteres pingunt Staphida agrian. Cæterū cum proximè tamen ad picturam accedat, neque uiribus distet admodū, inter Staphidis agrias species rectè à plerisq; hodie herbarie rei studiosis cōnumeratur. Folia enim fert plerunq; septem, aliquando etiam paucioribus incisuris diuisa, coliculos rectos, nigros, & in folliculis herbaceis semen triquetrum, in nigro subrufum, intus candidum, gustu acre, ita ut illi omnes notæ, demptis floribus, respondeant.

LOCVS.

Nascitur, Plinio auctore, in opacis. Ea cuius picturam exhibemus, nunc passim in hortis plantatur.

TEMPVS.

Floret æstate.

TEMPERAMENTVM.

Quum urendi uim habeat Staphis agria, consequitur eandem in quarto ordine esse ex calfacientium & desiccantium.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Eius grana quindecim si quis trita in aqua mulsâ dederit, crassa per uomitū purgant. Sed qui biberint, ambulare debent. Quinetiam assidue attendere oportet, & aquam mulsam potui dare, quod strangulationis pericula inferant, & fauces deurant. Trita eadem, & ex oleo inuncta, pediculationi, prurigini & scabiei auxiliatur. Plurimā cit pituitā cōmanducata. Decocta in aceto, dentium dolori, si ea colluantur, subuenit. Gingiuarū rheumatismū sistit. Ulcera oris, aphthas nominant, cum melle sanat. Miscetur præterea urentibus malagmatis.

EX GALENO.

Vehementer acrem obtinet facultatē, adeo ut ex capite purget pituitam, abstergatq; ualenter. Itaq; ad scabiē accōmodata est. Sed & urendi uim aliquam habet.

EX PLINIO.

Nucleis eius ad purgationes uti non censuerim propter ancipitē strangulationē, nec ad pituitā oris siccandā: fauces enim lædunt. Phthiriasi caput & reliquū corpus liberāt triti. Facilius admixta sandaracha. Item pruritu & psōris. Ad dentiū dolores decoquuntur in aceto. Ad auriū uitiā, rheumatismū gingiuarū, ulcera oris manantia. Flos tritus in uino contra serpentes bibitur. Semen enim abdicauerim, propter nimiam uim ardoris. Quidam eam Pituitariā uocant, & plagis serpentium utiq; illinunt. Item phthiriasi, qua Sylla dictator consumptus est. Nascuntur quoq; in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. Resistitur Staphidis agrias succo, cum oleo perunctis corporibus. Hæc quidem in aceto decocta, etiam uestes eo tædio liberat.

786



SESELI
MASSILIENSE

Sescl.

A

CAP. CCCII.

NOMINA.



ΣΕΣΕΛΙ τὸ μασιλιανόν Græcis, Sefeli Massiliense Latinis, officinis Siler *Siler montanū.* montanū dicitur. Semen tamen quod à seplasiarijs hoc nomine uenditur, non Massiliensis, sed, si amaritudinē respicias, Æthiopici, uel, quod magis uero simile est, Peloponnesiaci (neutrius enim integram imaginē uidimus) Sefeli semen est: latius enim, odoratius, & carnosius Massiliensi existit. Germanis incognita hæcenus planta fuit, ob id Sefel rectē illam appellabunt.

FORMA.

Folia gerit Fœniculi, crassiora tamen. Caulem uegetiorē, umbellam Anetho similem, in qua semen est oblongum, angulosum, & degustanti confestim acre: radicem longam, & odoratam. Ex qua Dioscoridis delineatione satis constat stirpem, cuius picturam damus, esse Sefeli Massiliense, quod huic nimirum, nulla prorsus nota reclamante, tota descriptio suffragetur. Quid multa? dato etiam quod singulæ illi non responderent notæ, tamen cum eas quas ueteres Sefeli attribuerunt facultates obtineat, citra omne periculum pro eo usurparetur.

LOCVS.

Optimū iuxta Massiliam, teste Dioscoride, Galliæ urbem nascitur, unde etiam cognominatū est Massiliense. Prouenit autem alijs quoq; in locis calidioribus, & nunc in plerisq; Germaniæ hortis, sed non nisi satum & cultum.

TEMPVS.

Floret æstate, & semen subinde producit.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit & desiccatur in secundo ordine.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Semen & radix calefaciendi uim obtinent. Stranguriæ, orthopnoæ, uteri suffocationibus & comitialibus pota medentur. Menfes & foetus ex utero ducunt. Interaneis omnibus profunt, & diutinas tussēs sanant. Ipsum semen cum uino potum coctioni confert, tormina discutit, & epialis febribus utile est. Ad arcenda in itinere frigora cum pipere & uino bibitur. Datur capris alijsq; quadrupedibus bibendū, ut partus iuuat.

EX GALENO.

Sefeli & radix & semen usque adeo excalfacit, ut admodum urinā mouere queat. Sed & tenuium est partium, ut & comitialibus, & orthopnoeis competat.

EX PLINIO.

Prodest homini ad tussim ueterē, rupta, cōuulsa, in uino albo potum. Item opisthotonicis, & iecinorū uitijs, & torminibus, & stranguriæ, duarum aut trium ligularum mensura. Sunt & folia utilia, ut quæ partus adiuuent etiam quadrupedum. Hoc maxime pasci dicuntur ceruæ parituræ. Illinitur & igni sacro. Multum in summo cibo concoctionibus confert, uel folio, uel semine. Quadrupedum quoque aluum sistit, siue tritum potui infusum, siue mandendo cōmanducatum ē sale. Boum morbis medetur, uel si contritum infunditur.

B



SANGVISORBA
MAIOR.

Groß Köhleskraut.

SANGVISORBA
MINOR.

Klein Köhleskraut.

789



NOMINA.



*Sanguisorba cur
dicta.*

*Error eorum qui
Pimpinella cum
Sanguisorba con
fundunt.*

VVM ignoraremus quo nomine stirpem hanc ueteres Græci & Latini, si modo ijs cognita fuit, appellarint, maluimus interea uulgari uti nomen clatura, donec aliud certius nomen inueniremus. Elatinen tamen esse iudicarem, si folia pusilla, pilosa, & rotunda obtineret. Nunc quum neque pusilla, neque pilosa, neque rotunda, sed mucronata esse uideantur, certi statuere nihil possum. Sanguisorba uerò dicta est hæc herba, non quod uulneribus iniecta ferrū & spicula facili & citra sensum doloris exigat, ut nonnulli arbitrantur: id ipsum enim non posse mirifica quæ illi inest adstringendi facultas abundè ostendit: sed potius quod ei in sistendo sanguine undecumque emanarit, mira admodū in sit efficacia, adeo ut hunc ipsum quasi absorbere uideatur. Erroris autem huius nulla alia causa est, nisi quod hanc stirpem multi cum ea quæ hodie Pimpinella uocatur, confundant, quæ certè propter caliditatē quam obrinet haud exiguam, quandā etiam trahendi facultatē habere uidetur, adeo ut infixæ corpori extrahere facile queat. Quod uerò cum Pimpinella confuderint non alio factum est nomine, quàm quod huius folia proximè ad Pimpinellæ folia, quæ itidem ut hæc serrata sunt, accedere uidentur. Sed hæc confusio non caret errore, ut paulò post dicemus. Germanis hæc herba *Äölblestraut* / à capitellis quæ rufescentibus punctis maculata sunt, dicitur. Nonnulli etiam Germanorum *Hergots bärtlin* nominant, Quidam etiam à sistendo sanguine *Blüstraut*.

GENERA.

*Sanguisorba
maior.*

*D
Minor.*

Duo sunt eius herbæ quæ Sanguisorba uocatur genera. Vna enim maioribus constat folijs ac longioribus, coliculis tamen tenuioribus, ideoque ab hac foliorū forma maior à nobis dicta est. Altera minoribus folijs, coliculis autem maioribus esse deprehenditur, quare ab ista foliorū effigie rectè minor appellari potest, ut inter eas aliquod discrimen esse herbariæ rei studiosi hac ratione animaduertant.

FORMA.

Herba est à radice crassa & longa, statim foliosa, minor potissimū, coliculos habens plurimos rubentes, folia aspera, in extremitatib, latè crenata & serrata, in summo coliculorū capitella rufescentibus punctis maculata, quæ si hiant flores exeunt herbacei, in medio croceam comam ostendentes.

LOCVS.

Nascuntur locis incultis, aridioribus, & soli expositis. Vnde iterum colligere licebit non esse Elatinen, utcumque à facultatibus illius non discrepet, quòd Dioscoride & Plinio testibus, Elatine in cultis & segetibus proueniat.

TEMPVS.

Florent Maio & Iunio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Gustantibus adstrictionē haud uulgarem ac uiscositatem herba præ se ferre uidetur. Quapropter siccam admodum consistentiā nacta est, simulque corpora contrahere, & constringere potest, atque adeo emplasticam, eo quòd glutinosa sit, facultatem obtinet.

VIREs.

Ex ijs quæ diximus abundè constat utranque Sanguisorbam in restringendis ac supprimendis sanguinis profluuijs esse efficacissimas, adeo ut nonnulli constanter asserant, eas etiam manibus gestatas sanguinem undecumque manantē sistere posse. Experientia certè compertū est ad muliebri profluuiū sanandū, nullum posse reperiri præsentius ijs stirpibus præsidium. Glutinant etiam uulnera illarū folia, carcinomatosis & fistulis medentur. Generosum denique ac strenuum remediū easdem esse ad dy.

A ad dysenterias, & reliquos uentris fluxus, si ex aqua aut uino bibantur, nemini non notum est. Quid multa? Elatines herbæ, cuius certè hæc duæ stirpes genus esse uidentur, facultates habent. Quare toto cœlo errant qui herbas has, ut suprà etiam cōmemoratum est, cum Pimpinella confundunt, quod hæc ipsa acris admodū sit & multum calida: illæ contrā sapore, haud secus atq; Elatine, adstringente. Vtrum non tantum differunt facultatibus, imò etiam odore, coloreq; foliorū, maximè uerò florū diuersitate, ut quicuis ex utriusq; herbę picturę collatione statim deprehender.

Pimpinella nō solum facultatibus, uerum etiam forma à Sanguisorba diuersa.

DE SCOLYMO CAP. CCCIII.

NOMINA.



ΚΟΛΥΜΟΣ Græcis, Carduus & Strobilus Latinis, Columellæ Cinara dicitur. Sunt qui hodie Arcocum corrupta uoce nominent, primam uocis syllabam articuli uice præponentes. Alij paulò rectius Alcocalum uocant: Cocali siquidem nomine, nux pinea, cui Scolymi capitulum simile est, uenit. Nunc uulgo herbariorū ab articulo statim duabus interiectis literis Articocalus, aut expuncta uocali a, Articoclus, uel magis curtato, ut ferè sit, uocabulo, Articols uel Articoca nuncupatur. Germani instar uulgi Articoca nominabunt, aut Strobilodorn. Strobilum autem Romani hanc stirpem non alia ratione dixerunt, quàm quod eius capitulum, ut diximus, struclili nucleorū serie pineam nucem referre uidetur. Cinaram uerò sunt qui appellatā putent, quod satum & cultum cineribus gaudeat. Alij à Cinara potius puella, quæ in eius speciei Carduum mutata est, dictam esse uolunt.

*Carduus.
Strobilus.
Cinara
Alcocalus.
Cocalus.*

*Articocalus.
Articoca.
Strobilus curdila.
Cinara quare appellata.*

FORMA.

Folia habet Chamæleontis, & spinæ albæ uocatæ similia, nigriora tamen ac crassiora. Caulem emittit oblongum, foliosum, in quo capitulū spinosum. Radicē uerò nigram & crassam. Hæc Dioscorides. Carterum caput eius & uertex in squarosum extuberat globum, corticosis unguibus turgentē, spicisq; squamatim coagmentatum, quorū orbis exterior uiret, interior niueo candore nitescit. Flos purpureo rutilat colore, qui tandē euanescit in pappos. Caput uetustate tandem disilit in corticeas laminas, semen ostendens Cnici figura. Nos tamen integrā Scolymi faciē ac picturā hoc tempore dare non potuimus, quod primo anno fructum suum nō ostendat. Curabimus autem alio tempore ut studiosi integram eius habeant picturam.

LOCVS.

Nusquam, quod sciam, in Germania prouenit Cinara, nisi sata & culta. Quare Scolymus qui in hortis colitur & plantatur, uerè Cinara existit. Quod ideo monendum esse duximus, quia inter Græcos esse constat, ut est Paulus & Aëtius, qui Scolymum à Cinara discrimināt. Non est autē aliud inter eas stirpes discrimen, quàm quod Scolymus ferus est & syluester, Cinara uerò domita cultu, ideoq; à nonnullis Carduus altilis nominatur.

*Scolymus horten-
sis propriè
Cinara dicitur.*

*Scolymus.
Cinara.
Carduus altilis.*

TEMPVS.


Quum Solstitiū æstiuum agitur, Scolymi flos erumpit, Hesiodo in lib. ij. cui titulus Opera & dies, teste, qui ea florente cicadas acerrimi cantus esse, & mulieres libidinis audivissimas, uirosq; in coitum pigerrimos, capite, genibus, ac toto corpore præ Sirij æstu arefcentibus, scribit.

TEMPERAMENTVM.

Quæ secundum qualitatē editur actio, calidum in secundo ordine completo, aut tertio incipiente, medicamentū indicat, siccum uerò in secundo.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix Scolymi illita graueolentiā alarū, & totius corporis emendat. Item si decocta in



SCOLYMVS

Strobilum.

A cta in uino bibatur. Vrinā etiam copiosam fœtidamq̃ pellit. Herba cum recens nascitur tenerescitque, asparagorum modo in olera transit.

EX GALENO.

Scolymi radix copiosam urinam graueolentē elicit, si quis eam in uino coctā bibat: ideoq̃ graueolentiā sanat, tum alarum, tum totius corporis. Atq̃ hoc sanē medicamēto ex tota inest essentia, utpote eius succo existente purgatorio. Et in libro secundo de alimentorū facultatibus: Praui succi edulium est Cinara, præcipuē cum iam durior euaserit: tum enim biliosi humoris copia abundat, totaq̃ eius substantia durior existit, adeoq̃ ut ex ipsa melancholicus, ex succo uerò eius tenuis & biliosus humor producat. Proinde coctam edere præstiterit adiecto Coriandro, dein ex oleo, garo, uinoq̃ sumatur. Si tamen in patina aut sartagine ad fum præparetur, absq̃ ijs comedatur. Plerique enim sic eius ueluti cacumina comedunt, quæ spondylos nominant.

EX PLINIO.

Vrinam ciere Scolymum præcipuē traditur. Sanare lichenas & lepras ex aceto. Venerē stimulare in uino, Hesiodo & Alceo testibus, qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse, & mulieres libidinis audivissimas, uirosq̃ in coitū pigerrimos scripsere, uelut providentia naturæ hoc adiumento tunc ualentissimo. Item graueolentiā alarū emendat radice emedullata uncia, in uini falerni heminis tribus decocta ad tertias, & à balneo ieiuno, itemq̃ post cibum cyathis singulis pota. Mirū est, quod Xenocrates promittit experimento, uitium id ex alis per urinam effluere.

DE SPHATVLA FŒTIDA

CAP. CCCV.

B

NOMINA.



HERBA quam officinæ Sphatulam fœtidam uocant, quod grauem exhalet odorē, quomodo ueteribus sit appellata nondum certò scire possum. Nomen quidem ipsum Xiphij seu Gladioli speciem esse docet: Sphata siquidem Latinis gladium significat. Non esse autem Xiphium radix eius euidenter admodū ostendit, quæ non est bulbosa, nec gemina, ita ut altera alteri insideat, sed capillamentis fibrata. Neq̃ etiam Sparganiū esse partim folia eius quæ in terram non procumbunt, partim etiam semina, quæ non in pilulis, sed folliculis aut siliquis profert. Non uidetur etiam esse Xyris, quod illa radicem habeat longam & rufam, Sphatula uerò fœtida nec longam nec rufam, sed rotundam, albam & capillatam. Tamen quicquid sit gentilem ijs esse foliorum similitudine constat, Germani eam Wandteuſſer aut à necandis cimicibus appellant.

FORMA.

Folia Iridi similia habet, minora tamen & angustiora. Caulē ex se mittit, in cuius summo folliculos aut siliquas Pæoniæ fœminæ non dissimiles profert, quibus dehiscentibus semen in ijs apparet rotundum & rubrum. Radicē obtinet capillamentis multis fibratam.

LOCVS.

Circa sepes & dumeta nascitur, frequens in Italia, nusquā tamen in Germania, quod sciam, nisi sata prouenit.


TEMPVS.

Fructum seu siliquas suas autumnō profert, ac subinde in ijs, ubi dehiscunt, semen ostendit.

TEMPERAMENTVM.

Vehementer acrem qualitātē obtinet, adeò ut gustata, fauces quasi urere uideatur, Proinde calidam & siccam admodum esse constat.

794




SPHATVULA
FOETIDA.
Wandkleußkraut.

VIREs.

Non multum à Staphidis agriæ uiribus abesse apparet; ualenter enim abstergit. Hinc ad scabiem, eius potissimū succus, abigendam utilis est. Surculos etiam & spicula, perinde atque Xiphium & Xyris, sine dolore extrahit. Cimices quoque necat atque fugat.

DE TRICHOMANE CAP. CCCVI.

NOMINA.



TRICHOMANES græcè, Trichomanes, Capillaris latinè uocatur. Officinis Polytrichon falso dicitur: id enim nominis Adianto herbe, quam hodie Capillum Veneris uocant, Dioscoride & ueteribus alijs testibus, debetur. Germanicè *Widertodt/oder Abthon* appellatur. Trichomanes autè à facultate sua Græci nominauerunt, quod scilicet fluentem capillum expleat, & subnasci faciat: *μυκόν* enim ea gens rarum uocant, *τρυχ* autem capillum. Hoc etiam nomine Capillarem Latini dixerunt. *Polytrichon officinarum.*
Trichomanes cur dictum.
capillaris.

FORMA.

Filici simile est Trichomanes, paruum admodum. Ex utraq; parte ordine quodam folia habet tenuia, Lentis figura, contraria inuicem, in ramulis tenuibus, splendentibus, subnigris & auferis. Cuius equidem descriptionis notæ omnes, nulla penitus reclamante, herbæ illi quam hodie officinæ Polytrichon uocant, pulchrè quadrant. Siquidem cauliculis iuncèis, quincuncialibus, à radice statim penè foliatis constat, folijs rotundis, lenticulæ forma, aduersis inter se pediculis, ramulis subnigris & nitentibus, sine flore, sine semine.

LOCVS.

Nascitur in palustribus atque umbrosis locis, humentibus muris, & iuxta fontes, haud secus atque Adiantum,

TEMPVS.

Carpitur æstate & autumnii initio.

TEMPERAMENTVM.

Trichomanes in caliditate quidem & frigidityte symmetrum est, uerum deficit, extenuat & digerit.

VIREs. EX DIOSCORIDE.


Eadem potest quæ Adiantum. Cum itaque Adiantum aliunde in Germaniam sit deportandū, & Trichomanes passim proueniat, licebit hoc in alterius inopia uti. Et consultius multò ut Trichomane utantur officinæ, quàm Adianto adulterino. Prodest igitur Trichomanis decoctū potum asthmaticis, dyspnoicis, felle suffusis, lienosis, urinæq; difficultatibus. Calculos frangit. Aluum sistit. Venenatorū moribus, & stomachi fluxionibus in uino potum medetur. Menses & secundas ducit, sanguinis autem relectiones sistit. Crudum illinitur uenenatorū moribus. Alopecias explet, strumas disijcit. Furfures & achores cum lixiuio exterit. Cum ladano, myrtino, fusino, aut hyssopo & uino capillos defluentes continet. Decoctū etiam eius cum lixiuio & uino si eo abstergantur, idem potest.

EX GALENO.

Alopecias densat, & strumas & abscessus discutit, lapidesq; frangit potum. Viscosorum crassorumq; ex thorace pulmoneq; excreationibus non mediocriter confert. Ventris profluuiū sistit, nullam tamen manifestam caliditatē affert, sicut nec frigiditytatem.

EX PLINIO.

Calculos è corpore mirè pellit, frangitq; utique nigrum. Qua de causa potius quàm quod in saxis nasceretur, & à nostris Saxifragum appellatum crediderim.



TRICHOMANES

Widertodt.

A Bibitur è uino quantum terni decerpere digiti. Vrinam cient. Serpentiū & araneorum uenenis resistunt. In uino decocti aluum sistunt. Capitis dolores corona ex ijs sedat. Contra scolopendræ morsus illinuntur, crebrò auferendi ne pereant. Hoc & in alopecijs. Strumas discutiunt, furfuresq; in facie, & capitis manantia ulcera. Decoctum ex his prodest suspiriosis, & iecinori, & lienī, & felle suffusis, & hydropicis. Stranguriæ illinuntur, & renibus cum Absinthio. Secundas cient & menstrua. Sangui nem sistunt ex aceto, aut Rubi succo poti. Infantes quoque ulcerati perunguntur ex ijs cum rosaceo & uino prius. Folium in urina pueri impubis, tritum quidē cum aphronitro, & illitum uentri mulierum, ne rugosus fiat, præstare dicitur. Perdices & gallinaceos pugnaciores fieri putant, in cibum eorum additis, pecoriq; esse utilissimos.

DE TELI CAP. CCCVII.

NOMINA.



THAΪΣ, κοπάϊς, αἰγόκοπος, βουκόπος Græcis, Fœnumgræcū Latinis; officinæ genuinum nomen retinuerunt: Germanis *Bockshorn* / oder *Kühorn* dicitur. Magna græcarum appellationū pars à siliquarum quas producit figura desumpta est: hæ enim corniculis similes existunt. Hinc Cera-
tis à cornu simpliciter dici cœpit: *κίρας* enim Græcis cornu est. *Ægoceros* autem à caprini cornu similitudine, quemadmodum à bubuli *Buceros*, quod sanè nomen Theophrastus libro quarto de historia plantarum illi imposuit. Cum itaque corniculis similes habeat siliquas, factum est ut illam Columella simpliciter *Siliquā* nominauerit, Plinius *Siliciam*, Varro *Siliculam*.

*Cerātis cū
dila.
Ægoceros
Buceros.*

B

FORMA.

Cauliculis emicat exilibus, rubicundis, folio penè Trifolij, flore candido & exiguo, femine in siliquis oblongis, ac cornu instar incuruis fuluo. Radice subrotunda & oblonga innititur.

LOCVS.

Satum Fœnogræcum passim ferè prouenit.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus floret, & unā siliquas producit. Semen tamen in Augusto maturum legitur.

TEMPERAMENTVM.

Fœnumgræcum calidum est secundi ordinis, desiccatur primo.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Molliendi & dissijciendi facultatem habet Fœnogræci farina. Facit ad inflammationes quæ intus forisq; sunt si cum aqua mulsa decocta trita illinatur. Lienem cum nitro & aceto subacta & illita minuit. Decoctū eius in seffu ad muliebria mala, quæcunque per inflammationes aut præclusiones consistunt, utile est. Expressus Fœnogræci in aqua decocti succus, capillos, furfures & achores exterit. Cum anserino adipe pefsi uice apponitur, loca quæ iuxta uterum sunt emolliens & relaxans. Viride cum aceto imbecillis & exulceratis locis prodest. Decoctū eius aduersus tenebrinosos, & grauiter olentia dysentericorū excrementa confert, Oleum eius cum myrtino capillos & in genitalibus cicatrices abstergit.


EX GALENO.

Fœnumgræcū feruentes inflammationes irritat. Quæ uerò minus sunt calidæ, & magis duræ, eas digerendo curat.

EX AETIO.

Fœnumgræcū habet etiam abstergendi uires. Varijs modis comeditur, sed copiosius sumptum caput tentat. At cremor decocti Fœnogræci cum modico melle

xx 3 exhibi



FOENOGRAECVM

Bockshorn.

A exhibitus, omnes deprauatos intestinorū humores educit. Permodicū esse oportet quod permiscetur mel, ne erodat. In diuturnis uerò doloribus qui sine febris thoracem infestant, pingues simul palmulæ elixantur, inde succo expresso melleq; admixto suppositis carbonibus rursus decoquuntur usq; ad congruam consistentiam. Datur id diu ante cibum, obseruariq; oportet ne ijs exhibeatur quibus facillè caput dolet; palmulæ enim capiti infestæ sunt.

EX PLINIO.

Vis eius siccare, mollire, dissoluere. Succus decocti sceminarum pluribus malis subuenit; siue duritia, siue tumor, siue contractio sit uulug, fouentur, insidunt. Insitum quoq; prodest. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & impositum medetur. Item ex aceto. Siciecinori decoctū, Diocles difficilè parientibus semen eius dedit acetabuli mensura tritum in nouem cyathis sapæ ad tertias partes bibere, ut qui biberent in calida lauarentur. Et in balneo sudantibus dimidiū ex relicto iterum dedit, mox à balneo reliquum, pro summo auxilio. Farinā Fcenogræci cum hordeo aut lini semine decoctam aqua mullā cōtra uulug cruciatus subiecit. Itemq; imposuit imo uentri. Lepras, lentigines, sulphuris pari portione mista farina curauit, nitro antè preparata cute, sæpius die illinens, perungi q; præcipiēs. Theodorus Fcenogræco miscuit quartā partem purgati Nasturtij acerrimo aceto ad lepras. Damion Fcenogræci semen acetabuli dimidia mensura cum sapæ & aquæ nouem cyathis ad menses ciendos dedit potu. Nec dubitat quin decoctū eius utilissimum sit uuluis, interaneisq; exulceratis, sicuti semen articulis atq; præcordijs. Si uerò cum Malua decoquatur, postea addito mulso potus, ante cætera uuluis interaneisq; laudatur: quippe cum uapor quoque decocti plurimū prosit. Alarum etiam graueolentiā decoctum Fcenogræci semen emendat. Farina porrigines capitis furfuresq; cum uino & nitro celeriter tollit. In hydromelite autem decocta addita axungia genitalibus medetur. Item parotidi, podagræ, chiragræ, articulis, carnibusq; quæ recedūt ab ossibus. Aceto uerò subacta luxatis. Illinitur & lieni decocta in aceto, & melle tantum. Carcinomata subacta ex uino purgat, mox addito melle per sanat. Sumitur & sorbitio ē farina ad pectus exulceratū, longamq; tussim. Diu decoquitur donec amaritudo desinat, postea mel additur.

DE TELEPHIO CAP. CCCVIII.

NOMINA.



ΗΛΕΦΙΟΝ, ἢ ἀειζωον ἄριστον Græcis, Telephiū & Illecebra Latinis, officinis & uulgo Crassula maior appellatur. Sunt qui Fabam crassam, à foliorū quam cum faba habent similitudine, nominēt. Germanis Wundttraut/ Knabenttraut/ Sogzwang/ Sogwein dicitur. Telephiū uerò dictum est, quod ulceribus malignis & deploratis, quibus Telephus Mysiæ rex ab Achille uulneratus consenuit, quæ eam etiam ob rem Telephia uocantur, auxilietur.

Crassula maior
Faba crassa.

Telephium unde dictum.


Telephia ulcera.

GENERA.

Dioscorides duo genera facit. Vnum floribus albis, quod nobis Telephiū album nominare placuit, germanicè Wundttraut das weible. Alterum floribus luteis, quod Norimbergæ me uidisse memini. Damus pro illo Telephiū purpurascens, quod ad differentiā prioris Telephiū purpurascens appellare uoluimus, germanicè Wundttraut das menne. Præter flores qui in primo candidi sunt, in hoc autem purpurascens, foliorum etiam colore differunt, qui in candido uiridis & herbaceus existit, in purpurascens autem paulò pallidior. Cætera omnia in ijs similia apparent, folia potissimū, quæ fabacea prorsus sunt, nisi quod pinquiora, & crassiora existunt.


Telephium album.

Telephium purpurascens.



TELEPHIUM
ALBUM.

Wundkraut weiblich.



TELEPHIUM
PURPURASCENS.

Wundkraut mennle.

C

FORMA.

Folijs & caule Portulacæ similis herba Telephium. Alas binas in singulis foliorum geniculis inhærentes habet. Ramuli à radice senî septeniue prodeunt, referri folijs cœruleis, crassis, glutinosis, carnosiss; flores illi lutei, uel albi, uel purpurascens: radix ima, quod Dioscorides omisit, innumeris tuberibus scatet. Non est autem cur diuersum Telephiũ hoc nomine ab ea herba, quam herbarij hodie Crassulam maiorem nominant, suspicemur, cum omnes reliquæ notæ à Dioscoride cõmemoratae, illi adamussim conueniant. Et solenne certè est Dioscoridi ut multas notas, in his potissimũ herbis quæ ipse non uidit, atque adeo ex aliorũ fide pingit, easq; maximè quidem necessarias omittat, & silentio transeat. Quibus etiã accedit locus natalis, & facultates Telephij, quæ eadem sunt cum ijs quæ Crassulæ maiori recentes herbarij adscribunt. Sunt qui alterum acetabulũ esse putent, quorum sanè sententiam non admodum absurdam esse iudico.

LOCVS.

Nascitur inter uites, locis cultis & incultis humidis.

TEMPVS.

Vere statim profilit, Iulio autem & Augusto mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Telephiũ exicat ordine secundo intenso, aut certè principio tertij, nō tamen insigniter calida, uerum in hoc forsã quispiam ipsum primi esse ordinis censeat.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Folia senis horis illita, albas uutiligines sanant: sed oportet postea hordeacea farina illinere locum. Quinetiã alphos tollunt cum aceto in sole inuncta. Sed ubi inaruerint, absterguntur.

D

EX GALENO.

Telephiũ detergendi & exiccandi facultate est præditũ: proinde ad putrida ulcera conuenit, & leucas & alphos cum aceto sanat.

EX PLINIO.

Illinitur lentigini, & cum inaruit teritur. Illinitur & uutiligini, ternis ferè mensibus senis horis noctis aut diei, postea farina hordeacea illinitur. Medetur & uulneribus & fistulis.

APPENDIX.

Recentiores herbarij sua Crassula maiori in curandis uulneribus, & sistendo sanguinis profluuio utuntur, ut eandem esse cum Telephio uel hoc saltem nomine nemo dubitare debeat. Magna autem efficaciam habere in internis potissimũ uulneribus & ulceribus, mirificeq; harniosis prodesse iisdem tradunt.

DE TRINITATIS HERBA

CAP. CCCIX.

NOMINA.




Iouis flos.
Herba Trinitatis
unde dicta.
Iacea.

VO nomine priuatim planta hæc Græcis aut Latinis appellata sit medicis, ignorare me fateor. Constat tamen Violæ inodora genus esse, & mea quidem sententia Iouis florem. Vulgus à triplici colore floris, herbam Trinitatis nominat. Sunt qui laceam, & herbam clauellatã appellant. Germani Drey felstgeyrt blumen / & Freyschamtrant uocant.

FORMA.

Herba hæc folio est initio rotundo, per ambitum serrato, processu temporis oblongiore, cauliculo triangulo, intus cauo, leuiter striato, ex interuallis geniculato, prodeuntibus ex alarum sinu pediculis longis, in quibus summatim elucent flores

figura



HERBA TRI
NITATIS.

Fryschamkraut.

c figura & specie uiolarum purpurearū, superiore parte purpurei, in medio candidi, inferiori uerò lutei, radijs quibusdam nigris distincti. Quibus decidentibus semina protuberant.

LOCVS.

Sua sponte in aruis interdum prouenit. In hortis tamen ut plurimum plantatur, speciosiorq; nascitur.

TEMPVS.

Vere uiola hæc post purpuream emicat, & tota æstate floret.

TEMPERAMENTVM.

Herba in gustu lentorem quendam, atque modicam acrimoniam seu mordacitatem præ se fert, atque adeo à Symphyti temperamento non admodū abesse uidetur, id quod etiam ex facultatibus quas illi recentiores tribuunt facile deprehenditur. Calida itaque & sicca est.

VIREs.

Quum acrimoniæ ratione incidendi uim quampiā habeat, ideo recte recentiores asthmaticis, pulmonisq; phlegmonibus prodesse tradunt: collectū siquidem in thorace & pulmone pus expurgare potest. Hac ratione puerorum etiam comitialibus morbis auxilio esse solet. Ceterū non parum ad pruritū & scabiem confert, omniaq; cutis uitia emendat, idq; mediocris acrimoniæ & siccitatis ratione. Vlcera etiā, quia uiscositate obtinet, glutinare potest.

DE TEVTLO CAP. CCCX.

NOMINA.

D
Σδύτλον unde
dictum.
Beta cur dicta.



ΒΕΥΤΛΟΝ, ἢ σδύτλον Græcis, Beta Latinis appellatur. Germanis Mangolt/ oder Pießten. Σδύτλον autem Græci ab impulsu nominarunt, etenim cultus ratione quadam incrementū capessit arboris, neque ulli horrentium latitudo foliorū maior. Betæ nomen sibi adsciuit, quoniam figuram ⁶ literæ græcæ dum semine turget referre uidetur. Nam summitatem in cacumine reflexam obtinet. Id quod testatū nobis reliquit Lucius Columella in suo carmine de cultu hortorum ita canens:

*Nomine tum graio, ceu litera proxima primæ,
Pangitur in cera docti mucrone magistri,
Sic et humo pingui ferratæ cuspidis iclu
Deprimitur folio uiridis pede candida Beta.*

GENERA.

Candida Beta. Eius à colore omnes duo genera faciunt, candidam & nigram. Candida alio nomine Sicula, ut Theophrastus libro octauo de historia plantarum, & Plinius libro decimonono, capite octauo, memoriæ prodiderunt, appellatur. Et nunc extrita literatura una ferè omnibus nostri seculi medicis Sicla nominatur. Germanicè weisser Nigra Beta. Mangolt. Nigra ad atrum uidetur tendere colorem, & à Germanis roter Mangolt uocatur.

FORMA.

Caulem habet striatū, bicubitalem, folium ferè Atriplicis, flores exiguos luteos, semē in caulibus copiosum; radicē unicam in longum protensam, è cuius lateribus aliæ, modò singulæ, modò binæ, nonnunquā ternæ fundunt, fibris multis refertæ.

LOCVS.

In hortis passim, & cultis locis nascuntur Betæ.

TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus floribus & semine turgent.


TEMPERA-

BETA CAN
DIDA.

Weisser Mangolt.



yy



BETA
NIGRA.
Kocher Mangolt.

TEMPERAMENTVM.

A

Nitrosa qualitate particeps est. Nigra tamen adstrictionis quippiam adiunctū habet, & magis in radice quam in alijs partibus, Symeon Seihī calidam & siccam esse in tertio ordine asserit.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Nigra Beta cum lente cocta aluum efficacius cohibet, multoq; magis radix. Candida aluo utilis est. Vtraq; uerò propter nitrosam uim quam habet mali succi est. Vnde succus earum cum melle naribus inditus caput purgat. Aurium etiam doloribus auxiliatur. Decoctū radicum & foliorum, furfures & lendes deterget. Perniones fotu mitigat. Crudis folijs alphos nitro prius perfrictos, alopecias prurientes, atq; depascentia ulcera illini prodest. Cocta exanthematis, erysipelatis, & ambustis medetur.

EX GALENO.

Beta nitrosæ facultatis est particeps, qua tum extergit, tum digerit, & per nares purgat. Cæterum cocta nitrositate omnem exuit, sicut facultatis phlegmonis aduersæ, leuiter discutiens. Porro ad detergendū digerendumq; ualidior est Beta alba. Nam nigra adiunctū habet quippiā adstrictionis, & magis in radice quam alijs partibus. Beta itaq; absterforius inesse succus conspicitur, adeo ut aluum ad excretionem extimulet, & nonnunquā stomachū demordeat, præsertim ijs quibus ille sensilior obtigit: eoq; largius commansa, stomachum infestat. Huius ceu aliorum oleum, exigua est alimonia. Iecoris obstructionibus, quàm Malua, aptius accommodatur, magis autem ubi cum Sinapi estur, aut aceto, Lienosos item similiter manducata, mirificè iuuat.


EX PLINIO.

B Nec Beta sine remedio est utraq;. Siue candidæ, siue nigræ radix recens & madafacta, suspensa funiculo, contra serpentium morsus efficax esse dicitur. Candida Beta cocta, & cum Allio crudo sumpta, contra tineas. Nigræ radices ita in aqua coctæ, pruriginē tollunt, atq; in totum efficacior esse traditur nigra. Succus eius capitis dolores ueteres & uertigines, item sonitum aurium sedat, infusus ijs. Ciet urinā. Medetur dysentericis iniecta, & morbo regio. Dolores quoque dentium sedat illitus succus. Et contra serpentium ictus ualet, sed huius radici duntaxat expressus. Ipsa uerò decocta, pernionibus occurrit. Albæ succus epiphoras sedat, fronte illita. Aluminis pauco admixto, ignem sacrum. Sine oleo trita licet, adustis medetur. Et contra eruptiones papularum cocta. Eadem contra ulcera quæ serpunt. Illinitur & alopecijs cruda. Et ulceribus quæ in capite manant. Succus eius cum melle naribus inditus, caput purgat. Coquitur & cum lenticula addito aceto, ut uentrem molliat. Validius cocta, fluctuationes stomachi sistit & uentris.

EX SYMEONE SETHI.

Eius succus mediocriter abstergit. Hic etiam uentrem ad effluxū proritat, & stomachum aliquando uellicat, eorum præsertim qui hunc ualde sensilem obtinent. Quapropter edulium est stomacho infestum, si plurimū comedatur. Exiguum est eius alimentū, sicut cæterorū olerum. Vtilis uerò est ad iecoris obstructiones cum aceto comesta. Pari modo si edatur, & lienis obstructionib. bonum fit medicamentum. Constat autem Beta ex contrarijs facultatibus. Succus enim eius calidus est, uentrem constringit, & sitim affert. Eius uerò corpus crassarum partium, flatuosum, concoctu difficile & frigidum, uentremq; sistit, maxime si aqua in qua coctum est, subinde abijciatur.

808



TINCTORIVS FLOS

Silbblüm.

DE TINCTORIO FLORE

809.

CAP. CCCXI.

NOMINA.



N herba hæc ueteribus cognita fuerit nondum compertū habemus: quapropter ad germanicam alludentes appellationē, Tinctoriū florem interim dum certius nomen nacti fuerimus, nominabimus. Germani *Gilb oder Streich oder Serbblimen*/ quod florū illius in tingendis libris & alijs quibusdam usus sit, nuncupant. Sunt qui *Ackerpfimmen* uocant.

FORMA.

Genistæ non admodū dissimilis est hæc herba: ramos enim herbaceos, ut illa habet, ac scabros, folia tamen paulò longiora & latiora, ad Hyssopi ferè formam accidentia, florem luteum, Piso similem, semen in siliquis Lenticulæ haud ab simile, radicem planè ligneam.

LOCVS.

Prouenit locis altis, incultis & aridis, atque pratis nonnullis.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, atque deinceps semina profert.

TEMPERAMENTVM.

Amara est, haud aliter quàm Genistæ, ut calefacere illam & siccare in altero ordine sit euidentissimum.

VIREs.

Ut forma & temperamento Genistæ similis est, sic etiam facultatibus haud dubiè eidem respondet. Has igitur suo loco reperies.

DE TORDYLO CAP. CCCXII

NOMINA.



ΟΡΥΔΑΟΝ, ἢ τordύλιον, ἢ σέσλι κρητικόν Græcis: Tordylon & Tordylion, & Sefeli Creticū Latinis, Paulus Gordylion appellat, Germanis *Beerwurz* dicitur, ut suprà in capite de Dauco quoque diximus. Nam cum Dauci semen hirsutum sit, ut cunq; cætera respondeant, hoc uerò minime, non est cur Daucum esse credamus.

Sefeli Creticum.

FORMA.

Fruticosa est herbula, semen habens rotundū, geminatum, clypeo simile, subare & odoratum. Quæ sanè omnes notæ huic herbæ, quæ à Germanis *Beerwurz* dicitur, respondent, ut eius pictura, quam in capite de Dauco reperies, abundè docet. Hanc autem propter radicum similitudinē inter Daucorum effigies habere locum uoluimus.

LOCVS.

Nascitur in Amano Ciliciæ monte, In multis etiam Germaniæ nostræ locis copiosissimè prouenit.

TEMPVS.

Iulio mense floret, ac subinde semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Calfacit & exiccat, ut ex facultatibus eius abundè colligere licet.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Potum eius semen contra urinæ difficultatē, & ducendis mensibus prodest. Succus uerò caulis feminisq; adhuc uiuentis trium obolorum pondere haustus decem diebus in passo, nephriticos sanat. Efficax etiam radix; cum melle siquidem lincta, quæ in thorace sunt educit.

C

EX PAVLO.

Gordylon alij Sefeli appellant, urinæ & mensibus ducendis habile. Radix ipsius ex melle linctâ, quæ in thorace hærent, educit.

EX PLINIO.

Combusta potu ciet menses, & pectoris excreationes, efficaciore etiamnum radice. Succus eius ternis obolis haustus renes sanat. Additur radix eius & in magmata.

DE TITHYMALIS. CAP. CCCXIII.

NOMINA.



Lactaria herba
cur nominata.

Lactuca caprina
quare uocata.

ΙΟΥΜΑΛΟΣ, ἡ πθυμάλου Græcis, Lactaria herba, & Lactuca caprina aut marina Latinis, barbaris & officinis Esula, Germanis Wolffsmilch dicitur. Lactariâ autem herbam cōmuni appellatione, ob cōmune omnibus lac, uniuersum hoc genus uocauerunt. Lactucam uerò ob eandem causam, quia scilicet ex hac herba haud secus atq; ex Lactuca secta lac fluit. Caprinam, quod capræ Tithymalis uescantur.

GENERA.

Septem sunt, Dioscoride & alijs ueteribus testibus, Tithymalorum genera. Primus Characias, id est, uallaris dicitur, quod uallis septisq; muniendis idoneus sit. Secundus Myrsinites, à Myrti foliorū figura: aut à nucibus, quibus similē fert fructum, Caryites nominatur. Hunc fructum sunt qui Nucem uomicam, Germanis Kronâglin uocatam, esse putent. Tertius Paralius, id est, marinus, quod in maritimis nascatur, appellatur. Quartus Helioscopius, hoc est, solisequus, quia eius coma ad solis cursum circumagitur, nominat: germanicē Sonnenwendede Wolffsmilch uocari potest. Alijs nominatur groſſ Wolffsmilch. Quintus Cyparissias à Cupressi similitudine nuncupatur. Germanicē cypressene Wolffsmilch nominari potest. Sextus Dendroides, à ramorū copia dicitur. Septimus Platyphyllos, id est, latifolius, à latitudine foliorū nominatur. Germanicē breytbletterte Wolffsmilch / alij groſſ Teuffelsmilch uocant. Nos ex ijs generibus tria tantum depicta damus, quod reliqua uidere nondum nobis licuerit. Proferent fortē alij longē plura.

FORMA.

Nos ea tantum genera quorum picturas exhibemus, omīsis alijs, describemus. Helioscopius itaque Portulacæ similia folia obtinet, tenuiora tamen atque rotundiora. Ramos autem à radice prodeuntes quatuor aut quinque mittit, dodrantales, tenues & rubentes, copioso lactis liquore plenos. Caput huic est Anetho simile, & semen ueluti in capitulis inclusum. Circumagi huius coma cum sole, unde & Cyparissias. Helioscopij nomen accepit. Cyparissias caulem emittit dodrantalem, aut maiorem, subrubrum, ex quo germinant folia pini similitudine, teneriora tamen ac tenuiora. Et in uniuersum pino nuper natæ similis est, unde & nomen traxit. Abundat hæc etiam succo candido Platyphyllos Verbasco similis est, longiora q; reliquis folia habet.

LOCVS.

Helioscopius in ruderibus potissimum, & circa oppida nascitur. Cyparissias in campestribus frequentissimus occurrit. Platyphyllos uerò in syluis.


TEMPVS.

Semē Tithymalorū autumnō legitur, succus uerò incipiente pomorū lanugine.

TEMPERAMENTVM.

Vincentem habent acrem calidamq; facultatē, inest uerò & amaritas, Ex quarto itaque calefacientium sunt ordine, & ualenter desiccant,

VIRES.



TITHYMALVS
HELIOSCOPIVS.

Sonnenwendede Wolffsmilch.



TITHYMALVS
CYPARISSIAS.

Cyp:essene Wolffsmilch.



TITHYMALVS
PLATYPHYLLOS.

Breytbletterne Wolffsmilch.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

C Vim habet Characiæ liquor lacteus aluum per inferna purgandi, pituitâ & bilem ducens, duorum obolorū pondere ex posca sumptus. Cum melicrato autem uomitum cit, Appetente uindemia lacteus colligitur liquor. Depilat liquor hic recens ex oleo in sole inunctus, renascentesq; flauos & exiles efficit, tandemq; omnes destruit. Cauernis dentium inditur, leuatq; doiores: sed cera dentes oblinendi, ne effluens fauces aut linguam uitiet. Idem inunctus myrmecias, acrochordonas, thymos & impetigines tollit. Valet etiam aduersus pterygia, carbunculos, phagedænas, gangrænas, fistulasq;. Semen & folia eadem lacteo succo præstant, dimidij acetabuli pondere pota. Radix drachmæ pondere cum hydromelite insparfa & pota, per inferna purgat. Decocta cum aceto, colluto ore, dentiū dolori auxiliatur. Helioscopius eandem priori uim habet, non tamen usqueadeo intentâ, Nec diuersam facultatem obtinent Cyparissias & Platyphyllos.

EX GALENO.

Validissimus Tithymalorū liquor est, Secundū locum tenet semen & folia. Sed & radix earundem facultatum particeps est, sed non ex æquo. Sanè ipsa cum aceto decocta dolores dentiū sanat, maximè qui illis erosio proueniūt. At liquores ut qui ualentiorum uim habeant, in foramina quidem ipsa dentium induntur. Cæterum si aliam corporis partem contigerint, continuo adurunt, ulcerantq;: quapropter foris illis cera circunlinitur. Sic pilos quoque succus inunctus tollit. Porro quum uehementior sit, oleo miscetur: & si id sæpe fiat, tandem prorsus radices pilorum adustæ corrumpent, corpusq; depile reddetur. Eadem facultate myrmecias, acrochordonas, pterygia & thymos auferunt, detergentq; lichenas & ploras, quia scilicet abstergendi illis facultas inest, propter amaritudinē. Præterea ulcerum phagedænica, **D** anthracæde & gangrænade, quia ualenter calefaciunt & abstergunt, si in tempore & moderatè quis utatur, iuuare poterunt. Verum enim uero & fistularū callos, eadem facultate adimunt. Porro hæc omnia genere quidem similiter, imbecillius tamen & folia & fructus præstare possunt. Quibus sanè & ad pisces in aqua stagnali capiendos uti assolent. Celerrimè nanque ab illis in uertiginem acti, ac semimortui redditi, ad aquæ superficiem feruntur. Cæterum quum septem sint eorum genera, ualentissimus est quem Characiam nominant, & Myrsinites, & qui in petris nascitur ad modum arboris: deinceps qui Verbasco adsimilis est, & Cyparissias: post Paralius, denique Helioscopius. Proportionem uerò comprehensæ illorum facultatis & cinis & lixiuium erit.

EX PLINIO.

Tradunt toties purgari hydropicos fico sumpta, quot guttas lactis Characiæ exceperit. Est & semen in usu cum melle decoctum ad catapotia soluendæ alui gratia. Semen & dentium cauis cera includitur. Colluuntur & dentes succo radices decoctæ in uino aut oleo. Illinunt & lichenas succo, bibuntq; eum ut purgent uomitiones, & aluo soluta, aliàs stomacho inutilem. Trahit pituitâ sale adiecto in potu, bilem aphronitro. Si per aluū purgari libeat, in posca; si uomitione, in passo aut aqua mulsa. Media potio tribus obolis constat. Ficos à cibo sumpsisse melius est. Fauces urit leniter. Est enim tam feruentis naturæ, ut per se extrâ corpori impositū, pustulas igniū modo faciat, & pro caustico in usu sit. Helioscopius trahit bilem per inferna in oxymelite dimidio acetabulo. Cæteri usus qui Characiæ, Cyparissias eadem uis quæ Helioscopio aut Characiæ. Platyphyllos pisces necat, aluum soluit, radice uel folijs, uel succo in mulso, aut aqua mulsa drachmis quatuor, Detrahit priuatim aquas.



TRIFOLIUM
ODORATUM.

Süßholzzeit.

NOMINA.

Trifolium odoratum cur dictum.



ΤΡΙΦΥΛΛΟΝ Græcis, Trifolium odoratū Latinis, officinis simpliciter Trifoliū dicitur. Germanis Sibengezeit/propterea quod singulis diebus septies odorē suum habeat, & toties etiam amittat, quandiu in hortu creuerit. Decerptum enim & exiccatum, odorem suum perpetuò retinet. Qui certē pluuiosa temporis constitutione ac tempestate instante multo uehementior est, sic sanē ut totas ædes, in quibus hæc herba reposita est, odore suo compleat. Poteſt etiam appellari cōmodiſſimē wolrichender Klee.

FORMA.

Frutex est cubito altior, uirgas habens tenues, nigris, iunceisq; adnascētijs multis prædita, in quibus folia Loto arbori similia sunt, terna in singulis germinationibus. His recens enatis odor Rutę inest, auctis uerò iam, bituminis. Florem emittit purpureum, semen modicè latum & subhirsutū, ex altero extremo apicem obtinens. Radix illi tenuis, longa, ualida. Ex qua quidem deliniatione satis constat herbam, cuius picturam damus, esse Trifolium odoratum: siquidem cubito altior est, caules tenues obtinens, unde ramusculi multi nigricantes quodammodo, ac iuncea oriuntur, qui singuli terna folia producant odorata. Flores etiam habet in purpureo cœruleos. Semen quoq; Milio haud dissimile in folliculis modicè latis, pilosis, & in summitate aculeum habentibus, profert. Radicem deniq; longam, candidam ac ualidam habet, ut prorsus nihil sit quod descriptioni non respondeat.

LOCVS.

Sponte sua in Germania non prouenit. Satum uerò nulla difficultate prodit.

TEMPVS.

D Iulio mense floret, ac subinde semen producit.

TEMPERAMENTVM.

Calidum est & siccum in tertio ordine.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Semen & folia in aqua pota lateris dolore laborantibus, difficultati urinæ, comitialibus, incipienti aquæ inter cutem, uuluaq; strangulationibus auxiliantur. Menses etiam ducunt. Oportet autem seminis tres, foliorū uerò quatuor drachmas dare. Succurrunt & uenenatorū morſibus folia trita cum oxymelite & pota. Referūt quidam, si totius fruticis, radicis & foliorū decocto foueantur facti ex serpentū morſibus dolores, eos mitigari. Si uerò alius ulcus habens eodem illo decocto quo quispiam sanatus fuerit foueatur, eadem sentit quæ morſi à serpentibus. Dant quidam etiā in tertianis bibenda folia eius tria, aut totidē semina cum uino, in quartanis autē quatuor, ueluti quæ circuitus soluere possunt. Miscē uerò eius radix & antidotis.

EX GALENO.

Triphyllum potum laterum dolores ab obstructione natos iuuat, urinā & menses prouocat.

EX PLINIO.

Trifolium scio credi præualere contra serpentū ictus & scorpionū, ex uino aut posca, seminis granis uiginti potis, uel folijs, & tota herba decocta, serpentesq; nunquam in Trifolio aspici. Præterea celebratis autoribus cōtra omnia uenena pro antidoto sufficere uiginti quinque grana eius.

APPENDIX.

Debet eius Trifolij odorati usus esse subinde in omnibus officinis, quod mirificè uenenis aduerſetur, & ad ulcera malefica sananda perquam utile sit.




TRIFOLIUM PRATENSE
PURPUREUM.

Braun Wyselee.



TRIFOLIUM PRATEN
SE ALBUM.

Weiß Wyseslee.



819

TRIFOLIUM PRATEN-
SE LVTEVM.

Geeler Wyfentlee.

ZZ 2

DE TRIFOLIO PRATENSI

CAP. CCCXV.

NOMINA.



ΠΙΦΥΛΛΟΝ *συ χερνισπέαις γρονώλου* Græcis, Trifolium pratense Latinis dicitur. Officinæ latinum nomen retinuerunt, & simpliciter Trifolium uocant. Utendum uerò illis esset odorato Trifolio, quemadmodum altero abhinc capite diximus. Germanis *Wysentlee* nominatur.

GENERA.

Tria genera pratensis Trifolij.
Purpureum.
Candidum.
Luteum.

Tria apud nos passim in pratis proueniunt fastigia, quorum primum à floribus purpureis, Trifolium pratense purpureum, germanicè *braun Wysentlee* / alterum itidem à floribus suis candidis, Trifolium pratense candidum, germanicè *weiß Wysentlee* / & tertium luteum, germanicè *geel Wysentlee* appellauimus. Quod ad folia ipsa attinet, non admodum differunt: quoduis enim horum generum tribus constat folijs, quæ in primo sunt latiora & herbacea, in secundo autem longiora & angustiora, magisque palleſcentia candicantiaue. In tertio sunt minora & rotunda, atque ad Fœnigræci folia accedentia. Sunt qui hoc genus Lagopum esse putent. Sed de Lagopo suo diximus loco.

FORMA.

Caulem rotundum, cubitalem obtinent, ramos exiles, folia per interualla tria: flores in summo aut purpureos, aut candidos, aut luteos; radicem longam & lignosam.

LOCVS.

Scatent ijs prata omnia, unde etiam nomen nata.

TEMPVS.

D Florent Maio & Iunio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Adstrictiorique cuiusdam qualitatis sensum in gustu præ se ferunt, non tamen multum admodum, ut nihilominus sint tenuium partium & exiccatoria, quandoquidem etiam exigua quasi acrimonia prædita uideantur.

VIREs.

Haud dubie mediocriter concoquendi & exiccandi uim possident, ut non temere quidam ex recentioribus herbarijs tradant, Trifolia hæc albo muliebri profluvio mirifice conferre. Eadem etiam inflammationibus imposita, eas concoquunt, & ad maturationem perducunt.

DE TRAGOPOGONE

CAP. CCCXVI

NOMINA.

Hirci barba.



Tragopogon dicta.

ΤΡΑΓΟΠΟΝ, *ἡ ἡμὴ* Græcis nominatur, Latinis Hirci barba, & Coma: officinis ignota est herba. Germanis *Bochsart* & *Gauchbrot* dicitur. Hieronymus herbarius Braunschuuigenſis magno errore hypocisthida in hac herba nasci putauit. Sic autem eam Græci uocarunt, quod à calyce eius promissæ pendeant barbæ, uel rectius quod lutei illius flores in uolucres barbulas euaneſcant.

FORMA.

Caulem habet exiguum, longum tamen, & bicubitalem interdum, geniculatum, folia Croco similia, radicem longam & dulcem, supra caulem calycem magnum, & in eius summo semen nigrum, florem luteum, qui in canescentes barbulas fatiscit. Hæc etiam cum carpitur lacte manat.

LOCVS.

Sua sponte in pratis nascitur.

TEMPVS.



821

TRAGOPOGON

Rock-rose.

ZZ 3

Maio & Iunio mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Dulcedo quæ in radice ac tota ferè planta apparet, satis monstrat eam esse caliditate tepida præditam, & modicè humidam.

VIRES EX DIOSCORIDE.

Herba & cruda & cocta edendo est.

APPENDIX.

Ex recentiorum traditione, & temperamenti ratione, æstuantî stomacho utilis est herba, thoracis & iecoris vitrijs, renum item & vesicæ malis, Succus eiusdem mirificè laterum doloribus auxiliatur.

DE TYPHA▷ CAP▷ CCCXVII▷

NOMINA.



Τύφη Græcis, Typha Latinis, officinis inusitata, Germanis Mos/ oder Narrentolb dicitur. A nonnullis Knospen vnd Liesen.

FORMA.

Foliū profert Cyperidi simile, caulem læuem, enodem, cuius in summo capite flos obducitur densus, euadens in pappum seu lanuginem. Quæ descriptio huic plantæ sic quadrat, ut nulla sit nota quæ reclamet. Folio siquidem Cyperidis erumpit, caule alto, læui, plano, enodi, cuius cacumen densa florum congerie stipatur, & ueluti spissa cingitur lanugine, quæ in pappos tandem euanescit.

LOCVS.

D Gignitur in palustribus & stagnantibus aquis.

TEMPVS.

Iulio mense caulis lanosa floccorū densitate obducitur, Augusto autem in pappos abit, & euanescit.

TEMPERAMENTVM.

Quantum ex uiribus eiusdem colligi potest, non euidenter, potissimū eius flos, calefacit & refrigerat, modicèq; abstergit, atque adeo exiccat. Quum enim ambustis medeatur, & ambusta, Paulo libro quarto, capite undecimo teste, medicamenta quæ mediocriter citra insignem caliditatem aut frigiditatem abstergunt, requirant, sequitur hoc quale diximus temperamentum obtinere.

VIRES EX DIOSCORIDE.

Flos eius cum suillo adipe uetusto eloto exceptus ambustis medetur.

TYPHA

Narrenfolben.

zz 4



NOMINA.

Turcicū frumentum cur dictum,



HOC frumentum, ut alia multa, ex eorum est genere quæ aliundè ad nos translata sunt. E Græcia autem & Asia in Germaniam uenit, unde Turcicum frumentum appellatū est: Asiam enim uniuersam hodie immanissimus Turca occupat. Germani etiā ad loca unde affertur respicientes, *Türkisch Korn* nominant.

GENERA.

Quatuor huius frumenti reperiuntur genera. Quoddā enim grana rufa, quoddam uerò purpurea, aliquod lutea, aliquod subcandida grana profert. Spicarū seu panicularum etiam in ijs est diuersitas: etsi enim omnes muticę sint, tamen alia candidos, alia luteos, alia purpureos, prout scilicet grana colorata erunt, flores obtinet. Aliās, quod ad formam attinet, in ijs nulla est differentia.

FORMA.

Culmum habet crassum, rotundum, altum longūmque, infima eius parte purpureum, geniculis interfectum: folia oblonga & harundinacea, in summitate paniculas, aut spicam muticam, & granis uacuam, instar Secales florentē, nunc luteo, nunc candido, nunc purpureo colore, prout fructus quem profert coloratus est. Fructū uerò & grana triangula, diuersis iam cōmemoratis coloribus tincta, in foliaceis, rotundis ac crassis membranis ac uaginis, quæ è lateribus geniculorum fere singulorū prodeunt, contenta obtinent, coaceruata ac penitissimè iuncta, in octo aut decem uersus ordine digesta. E fastigio uaginarū capilli tenues, iam candido, iam luteo, nunc purpureo colore maculati dependent, ut pictura satis ostendit, quæ **D** unica quidē tibi omnia genera repræsentabit. Hæc in una uagina quatuor tibi granorum colores monstrat, cū tamen quæuis unius duntaxat coloris grana, nempe aut lutea, aut purpurea, aut rufa, aut subcandida omnia habeat. Quod nos, ne aliquem pictura deciperet, monendum esse duximus.

LOCVS.

E Græcia uel Asia, ut dictum est, primū ad nos peruenit. Nunc autem passim in omnibus hortis prouenit.

TEMPVS.

Seritur mense Aprilī, nec nisi sub finem Augusti & initia Septembris ad maturitatem peruenit.


TEMPERAMENTVM.

Dulcedinē & lentorem quendam grana gustu præ se ferunt, ut haud dubiè idem cum Tritico habeat temperamentum.

VIRE S.

Cum idem cum Tritico habere uideatur temperamentū, easdem etiam obtineat facultates necesse est. Grana itaque teruntur in candidissimam farinam, quæ in panificia subinde cogitur. Panis tamen ille lentoris quiddam & obstruentis naturę habet. Hinc est quod in Asia & Turcia illius nullum in cibo usum esse, nisi cum anno-

næ premit inopia, dicunt. Cæterum foliorum succum refrigerandi facultatem obtinere tradunt, hinc ad erysipelata utilem admodum esse coniungunt.



TVRCICVM
FRUMENTVM.
Turckisch Korn.

C

NOMINA.

Serpillum Romanum.

Thymus unde dictus.



YMOZ Græcis, Thymus Latinis, herbarijs uulgaribus Serpyllū Romanum, haud dubiè ab odore quem cum Serpyllo cōmunem habet, dicitur. Officinæ antiquum nomen retinuerunt. Germanis Thym / & Xōmischer quendel uocatur. Thymus autem Græcis ab excitando, quod θυμω dicunt, nomen inuenit. Nonnullis potius hoc placet etymum, ut Thymos quasi thyæmos, hoc est, sanguinem impellens dicatur.

FORMA.

Thymus furculosus frutex est, minutis multis & angustis folijs circumdatus, in summo capitula floribus purpureis referta habens. Ex qua sanè deliniatione omnibus conspicuū fit, herbam cuius picturam damus esse Thymum. Dodrantalis enim & furculosus frutex est, folijs exiguis, flosculis ex purpura candicantibus, suauissimi odoris, capitella specie complicatarū formicarum, radice lignosa, enascentias uirides multas obtinente, quibus in terra radicator.

LOCVS.

Nascitur petrosus & tenuibus locis: neque enim locum pinguem, neq; stercoreatum, sed apricum desiderat, Nunc in hortis multis Germaniæ prouenit.

TEMPVS.

Floret serò, quod Theophrastus etiam libro sexto de historia plantarū, capite secundo testatur, circa Solstitia, cum & apes decerpunt, & auguriū mellis est.

TEMPERAMENTVM.

Thymus uehementer calefacit, Itaque in calefaciendo & exiccando in tertio ordine statuendus est.

D

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Potus cum sale & aceto, pituitā per aluum ducit. Decoctū eius cum melle orthopnoicis & asthmaticis prodest. Lumbricos uentris, menses, fetus & secundas pellit. Urinam ciet. Mixtus melle in eclegmate, excreabilia efficit thoracis uitia. Recentia cedemata cum aceto illitus discutit. Sanguinis grumos dissoluit. Thymos & uerucas pensiles tollit. Ischiadicis cum uino & polenta impositus auxiliatur. Hebetibus oculis in cibo sumptus opitulatur. Vtilis etiā pro condimento in sanitatis usu.

EX GALENO.


Thymus incidit, & calefacit manifestè: ob id & urinā & menses prouocat, foetum euellit, & uiscera potus expurgat, educendis ex thorace & pulmone confert.

EX AETIO.

Hæc experimentis de Thymo comperta sunt. Dato ieiunis articulari morbo laborantibus, Thymi aridi minutissimi drachmas quatuor cum oxymelitis cyatho. Bilem enim reliquosq; humores atq; acrem saniem euacuat. Facit & ad uesicæ mala. Ventre inflatis, ubi intumescere cœperint, drachmā unam dato ieiuno cum cochleari aquæ mulsæ. Ad lumborū coxendicumq; dolorem, laterisq; & thoracis, ac hypochondriorū suspensiones, ac inflationes, pondere trium drachmarū cum oxymelire temperato, mensura cochlearij ieiuno exhibeto. Similiter etiam & melancho licis, & mente turbatis, timoreq; detentis drachmas tres cum oxymelitis temperati cochleari præbeto. Dato item ieiunis & ante cœnam aduersus lippitudinē, & uehemementem oculorum dolorē. Præterea contra podagram, etiam quæ motum omnino interceperit, cum uino utilissimè propinatur. Postremò ad tumefactos testes, ieiunis trium drachmarum pondere exhibeatur.

EX PLINIO.

Oculorū claritati multum conferre existimatur, & in cibo, & in medicamentis. Item diutinæ tussi eclegmate faciles excreationes facere cum aceto & sale. Sanguinē conrescere non patitur è melle. Longas faucium destillationes extrā illita cum Sinapi,



THYMVS

Römisch quendel.

C napi, extenuat: item stomachi & uentris uitia. Modicè tamen utendum est, quoniã exalfacit, quamuis sistat aluum: quæ si exulcerata sit, denarij pondus in sextarium aceti & mellis addi oportet. Item si lateralis dolor sit, aut inter scapulas, aut in thorace. Præcordijs medentur ex aceto cum melle: quæ potio datur & in alienatione mentis & melancholicis. Datur & comitialibus, quos correptos olfactus excitat Thymí. Aiunt & dormire eos oportere in molli Thymo. Prodest & orthopnoicis & anhelationi, mulierumq; mensibus retardatis. Vel, si emortui sint in utero parus, decoctum in aqua ad tertias. Viris uerò contra inflationes, cum melle & aceto. Et si uenter turgeat, testésue aut uesicæ dolor exigat. Euino tumores & impetus tollit impositū. Item cum aceto, callum & uerrucas. Coxendicibus imponitur cum uino. Articularibus morbis trium obolorū pondere in tribus cyathis aceti & mellis. Et in fastidio, tritum cum sale.

DE TEUCRIO CAP. CCCXX

NOMINA.

Teucrium unde dictum.



Teucrium hoc diuersum ab Hemionitide, quod multi non obseruant.

ΕΥΚΡΙΟΝ, ἢ τευκρίδης Græcis, Teucrion Latinis appellatur. Officinis ignotum. Germanis groß Bathengel dicitur. Teucrium autem uocatum est Græcis pariter & Latinis, quod Teucer Aiadis frater hoc inuenit. Inuentum uero ab eo sic tradit Plinius. Quum exta in sacrificio super id proiecta fuissent, liení adhæsit, eumq; exinaniuit. Proinde quod casus ostenderat, obseruatumq; à Teucro fuit, ad æternū humani beneficij decus & famam illi accreuit. Diuersum tamen hoc Teucriū ab Hemionitide, quod à Plinio etiam Teucrium appellari diximus. Chamædrys autem nominata est hæc herba, quod Chamædry simillima sit, adeò ut uicissim etiam Chamædrys hoc nomine, ut suo dicemus loco, dicta sit Teucrium. Maius tamen est Teucrium quàm sit Chamædrys, D ut meritò Germanis groß Bathengel nuncupari queat.

FORMA.

Herba est uirgæ referens effigiem, Chamædry similis, tenui folio, non multum Ciceri dissimile. Hæc quanquã breuissîma sit Teucrij delinatio, tamẽ abundẽ monstrat herbam hanc, cuius picturã exhibemus, esse uerum Teucriū, cum nihil Chamædry magis simile dici queat, si diligenter utriusq; plantæ notas expendas.

LOCVS.

Nusquam, quod sciam, sponte sua in Germania prouenit. Satum tamen copiose nascitur. In Cilicia plurimum habetur.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, ac subinde semen producit.

TEMPERAMENTVM.

In secundo exalfacientium, tertio autem exiccantium existit ordine.

VIRES, EX DIOSCORIDE.

Viride cum posca potum, aut aridum decoctum ac hauustum, lienem potenter minuit. Lienosis cum fîcis & aceto illinitur. Venenatorum autem moribus cum aceto sine fîcis,

EX GALENO.

Teucrium incidendi, & tenuium partium facultatis est, quare lienes sanant.

EX PLINIO.

Recens Teucra in posca, uel sicca deferuefacta, potu lienem efficaciter cõsumit. Item ex aqua illinitur. Pota arida & decocta quantum manus capiat, in aceti heminis tribus liení medetur. Ad uulnus illinitur eadem cum aceto, aut si tolerari non possit, ex fîco uel aqua, Serpentiū plagis imponitur cum aceto tantum.

DE HYPE-



TEUCRIVM

Groß bathengel.

aaa

C

NOMINA.



Perforata.

Androsæmon.
Chamæpitys.

Fuga dæmonū.

ΠΕΡΙΚΟΝ, ἀνδρόσαμον, χαμαίπυτος Græcis, Hypericū Latinis dicitur. Nomen latinum in officinis seruat. Vulgus herbariorū Perforatam uocat, quod folia soli obiecta innumeris foraminibus scaterere, & omni ex parte punctis quibusdā pertundi uideantur. Herbam quoq; diui Ioannis appellant. Germanis S. Johans kraut nominatur. Androsæmon ob florem eius qui digitis confricatus sanguineū emittit liquorem, dixerunt. Chamæpitys uerò ab odore seminis resinaceo nominata est. Fugam dæmonū aliqui, quod superstitione quadam inducū, fugare posse dæmones crediderint, appellauerunt.

FORMA.

Marcelli Florentini
erratum.

Folia Rutæ similia habet, furculosus frutex, dodrantalis, rubescens. Florem luteum, qui digitis attritus sanguineum emittit succum, qua ratione Androsæmon, quasi humanum dixeris sanguinē, appellatur. Siliquas gerit subhirsutas, in rotunditate oblongas, hordei magnitudine, in quibus semen nigrum, resinam obolens. Cuius nimirum descriptionis notæ ita herbæ illi, quam Perforatam uocant nostri temporis herbarij, respondent, ut nemo nisi prorsus præfracto sit animo Hypericū esse deinceps reclamare possit. Siquidē furculosa est herba, dodrantalis, subrubens, folio Rutæ, flore luteo, quem si digitis libeat terere, manus profectò inuenies sanguineo succo cruentatas. Siliqua denique terete, hordei magnitudine, semine intus nigro, resinam olente. Duo itaq; in Perforata inueniuntur, quæ esse Hypericū certam tibi faciūt fidem, cruentus nempe floris triti succus, odorq; seminis resinaceus, qui diuersum sentiunt haud dubiè Marcelli Florentini interpretatione falsa seducti sunt, qui flore albo constare Hypericum asserit, cum tamen in Dioscoride sit, ὀρθόχρον μίλανον, hoc est, florem luteum habens.

LOCVS.

Gignitur in cultis, & asperis locis.

TEMPVS.

Aestate floret, Iulio potissimum & Augusto mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Hypericum calefacit & exiccat, tenuisq; substantiæ est.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vrinam cit, menstrua ducit appositū. A tertianis quartanisq; cum uino potum liberat. Semen quadraginta diebus potum ischiadicis medetur. Folia cum semine illa sanant ambusta.


EX GALENO.

Menses & urinas prouocat : sed ad hæc totus sumendus est fructus, non tantum semen. Cum folijs illitis uiridis ad cicatricem ducit cum alia, tum etiam ambusta. Caterū si sicca contusa inspergas, humida & putredinosa ulcera sanabis. Sunt nonnulli qui ischiadicis bibendum exhibent.

EX PLINIO.

Natura semini Hyperici spissandi. Alium sistit, urinam cit, ad calculos uesticæ cum uino bibitur.

DE HYOSCYAMO.




HYPERICVM

S. Johans kraut.

aaa

NOMINA.

Altercū.  OΣΚΥΑΜΟΣ Græcis, Hyoscyamus, Apollinaris Latinis dicitur. Arabibus Plinius Altercū uocari testatur. Officinis corrupta uoce Iusquiamus dicitur. Germanis Bilsamtrant/uel simpliciter Bilsen. Hyoscyamon autem Græci uidentur appellare quasi fabam suillam aprinām ue, quod, ut in historia sua Helianus inquit, pastu huius herbę conuellantur sues apriue, præsenti mortis periculo, nisi copiosa aqua statim se foris & intus proluerint. Adeuntq; aquas non ut proluant se tantum, uerumetiam ut cancros uenentur: ijs enim nactis protinus sanitati restituuntur. Atque hinc est quod à nonnullis etiam Apollinaris. Germanis Sewbon nominetur. Apollinarem uerò Latini ab Apolline medicinæ inuentore dixerunt.

GENERA.

Niger Hyoscyamus. Tria sunt Hyoscyami genera. Vnum purpureos fert flores, folia Smilaci similia, semen nigrum, cytinus duos & spinosos. Hoc nigrum herbarij appellant. Alterū **Flauus.** flores luteos ceu māli effigie, folia & siliquas teneriores, semen subflauū ceu Irion: **Albus.** flauum uocant. Et hoc est quod pictum damus. Tertium utile ad medicinam, placidissimum existens, pingue, tenerum, lanuginosum, flore & semine candido: album nominant. Quod si uerò illud non adsit, utendum flauo erit. Nigrum ut deterrimum improbandum.

FORMA.

Frutex est caules emittens crassos, folia lata, oblonga, incisa, nigra, hirsuta. Per caulem deinceps flores prodeunt ueluti māli punici cytini, clypeolis septi, semine, ut Papaueris, plenis. Quid multa: frutex est tristi aspectu, folio lato, longo, pingui, **D** hirsuto, uenoso, & laciniato: caulibus crassis, è quorum latere flores prodeunt tanquam mālorum punicorum cytini, muricatis calycibus, ramos continua serie uescentibus, semine intus Papaueris refertis.

LOCVS.

Primum genus in Galatia nascitur. Alterum passim circa littora, & inter ruinas & rudera prouenit. Tertium in maritimis & rudibus.

TEMPVS.

Semen nullum nisi postquam inaruerit legendum. Floret ferè per integrā æstatem, potissimum Iulio mense.

TEMPERAMENTVM.

Candidus ex tertio quodammodo ordine refrigerantium est. Reliqua duo genera uenenosa.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Exprimitur succus ex tenero semine, folijs, caulibusq; in quem usum tunduntur omnia, expressusq; in sole siccatur. Vsus eius ad annum usq; facile enim putrescit. Exprimitur priuatim etiam succus ex arido semine, aqua calida peruso, tuso & expresso. Est uerò succus liquore prestantior, & magis dolores finit. Herba autem uiuens contusa, & trimestri farinæ mixta in pastillos cōformatur & reconditur. Prior uerò succi expressio, & quod à sicco semine exprimitur, collyrijs dolorem lenientibus cōmodè miscetur, & contra acres calidasq; fluxiones, dolores aurium, & uuluarum uitia. Cum farina autem aut polenta, contra oculorū, pedum, aliasq; inflammationes. Semen eadem potest. Facit ad tussim, destillationē, oculorum fluxionē, uehementes dolores, muliebria profluuiā, aliasq; sanguinis eruptiones, oboli pondere cum Papaueris semine, & aqua mulsa potum. Confert podagris, testibus inflatis, mammisq; à partu turgentibus, si tritum cum uino illinitur. Miscetur utiliter & alijs cataplasmatibus dolorem leuantibus. Folia omnibus medicamentis dolorem sedantibus, per se, & cum polenta mixta utiliter illinuntur. Recentia ad mitigandos omnes

HYOSCYAMVS
FLAVVS.

Dulsam.

C omnes dolores illinunt. Tria aut quatuor cum uino pota, hepialas febres sanant. Decocta olerū modo, & triblij mensura comesta, mediocre infaniam gignunt. Idem efficere tradunt, si in colo ulcus habenti quis per clysterem infundat. Radice in aceto decocta, dentes in dolore colluuntur.

EX GALENO.

Hyoscyamus cuius semen atrum est, infaniam & soporem affert. Huicis cui semen mediocriter flauum est propinquam facultatē obtinet. Fugiendi autem utriq; sunt ut inutiles & uenenosi, Ceterū cuius semen ac flos candidus est, ad sanationes uel maximē idoneus est.

EX PLINIO.

Hyoscyamū contra canum morsus ualet, inq; uulnera cum melle imponit. Con-
tulum cum folijs ex uino datur peculiariter contra aspidas. Eius succus sanguinem excreantibus medetur. Nidor quoq; accensū tulsientibus. Vfus seminis & per se, & succo expresso. Exprimitur separatim, & caulibus folijsq; utuntur, & radice, teme-
raria in totum (ut arbitror) medicina. Quippe etiam folijs constat mentem corrumpi, si plura quā quatuor bibantur. Etiam antiqui in uino febrē depelli arbitraban-
tur. Et oleum fit ex semine, quod ipsum auribus infusum tentat mentem.

DE HYACINTHO ► CAP ► CCCXXII ►

NOMINA.



YAKINΘOZ Græcis, Hyacinthus Latinis, officinis incognitus, Germa-
nis Blaw Wergenblümlin / quod uidelicet cum Viola purpurea in
Martio & primo uere erumpat, appellatur.

GENERA.

Albi Hyacinthi.

D

Duplices sunt Hyacinthi, albi & cœrulei, ut ex hoc Columellę carmine colligi po-
test: Necnon uel niueos, uel cœruleos hyacinthos. Albos uerò non intelligas prorsus
candidos, sed eos potius qui si cum cœruleis cōferas pallefcere uidentur, quem-
admodū pictura affabre tibi demonstrat. Germani album fœminā, sicut cœruleum
marem uocant. Sunt qui ad ætatem hanc differentiam coloris referre uolunt, quo-
rum ego sententiā ueriorē esse existimo: cum enim adolefcunt, pallefcere incipiunt.
Cœruleū autem Hyacinthū nostra terra triplicem producit, ut ē pictura manifestē
cernere licet: maximū, maiorem, & minorē. Minor floribus differt plurimū à maio-
re: in illo enim maiores ac patentes, in hoc autē minores & quasi orbiculati sunt
flores. Omnibus autem descriptio, ut ex ijs quæ statim subijciemus planū fiet, pul-
chrē conuenit, ut hinc congeneres herbas esse cōjicere cuius liceat.

FORMA.


Folia Bulbo similia habet, caulem dodrantalē, leuem, minimo digito tenuiorē,
uiridem, comam adiacentē incuruam, plenam florum purpureorū, radicē & ipsam
bulbosam. Hæc certē descriptio ita picturis quas damus quadrat, ut nulla prorsus
sit eius nota quæ illas nō appositisimē exprimat. Folia siquidē Bulbi protinus à ra-
dice prodeunt, caulis dodrantalis, leuis, & minimo digito tenuior, herbaceus, coma
procumbens incurua, plena florum purpureorū, radix bulbacea. Verū posset ali-
quis cauillari, hos quos descripsimus flores non esse Hyacinthos, quod in ijs discor-
rentibus uenis græcarū literarum figura **ΑΙ**, ut Plinius lib. xxi. cap. xi. prodidit, &
Poetæ fabulantur, haud inscripta legatur. Cui sic respondemus: Hyacinthū, quem
Dioscorides & alij historici describunt, diuersum esse ab eo de quo Poetæ fabulan-
tur. Cuius rei testis est Pausanias, qui refert florē qui natus est extincto Aiace apud
Salamina, non esse Hyacinthū, sed literis Hyacintho similem uideri, ex candido ru-
bentem, ac Lilio minorem, quemadmodū Ouidius, itemq; Virgilius describunt.
Idem etiam autor Cosmofandalon dici florē apud Hermionenfes, Trecentijs con-
fines


Ouidius xiiij. me-
tanor. ipse suos
gemitus folijs in-
scribit, & ac ac
flos habet inscri-
ptum, fumesq;
littera ducta est.

Theo-
Idyll.
Nō μύ
βι λαι
σά γρ
τα η;
αἰαί,
οι τοί
τῶλοι

HYACINTHVS COERV
LEVS MAXIMVS.


Blaw Wergenblüm die gröffer.






HYACINTHVS COERV-
LEVS MAIOR.

Blaw Mergenblümkin die kleiner.



HYACINTHVS COERVLEVS
MAS MINOR.

Blaw Aergenblüm mènnele.



HYACINTHVS ALBICANS SEV
FOEMINA

Blaw merzenblümlin weiblich.

A fines testatur. Cum itaque constet duplicem esse Hyacinthum, alterum rubentem, cum literis illis inscriptis, qui à Poëtis describitur; alterum uerò purpureū seu cœruleum (nihil enim refert utrum dixeris, quod Dioscorides per purpureum colorem uiolaceum dilutū, hoc est, clariorem & apertiorē, quem cœruleum uocamus, intellexerit: nam & Plinius lib. xxxvij. cap. ix. Hyacinthi colorem uiolaceū dilutum uocauit) sine literis, à Dioscoride alijsq; historicis descriptū; nihil enim Dioscorides in suo Hyacintho de literis cōmeminit: Haud igitur temerē in Virgilio ferrugineos hyacinthos, non cœruleos, sed rubentes ad similitudinē ferruginis quispiam interpretabitur, potissimum cum Poëtarum Hyacinthus, non cœruleus, sed rubens sit, quemadmodū alibi Virgilius & Pausanias docuere. Rubet etiā color ferrugineus. Neque obstat quod Nonius ferrugineos hyacinthos cœruleos interpretatus est: is enim cœruleū tantum Hyacinthū nouerat. Quod si uerò hæc morosis quibusdā non probabuntur, sed prorsus funestas literas inscriptas esse contendant, ijs ita responsum uolo. Quas in Hyacintho literas appellant Poëtæ, ueras non esse, sed potius notas quasdam nigras, id quod hinc palam fit. Plinius lib. xvij. cap. xij. ubi de leguminibus loquitur, literas lugubres in flore etiam fabæ ex sententia M. Varronis reperiri tradit, in quo tamen flore non literas ulla, sed nigras tantum notas, ut res ipsa & pictura docent, inspicere licet. Quod si nec ista satisfecerint, dicemus tum penitus fabulosum esse quod regum nominibus inscriptum Poëta, florem hunc canit. Si enim id credendū erit, credendum etiam quod idem ex puero transformato natus sit. Vel, quod uero similis est, de regijs florū appellationib. Poëta iocum struxisse uidetur, cum pastorem inducit sciscitantē, quibus in terris inscripti nomina regum nascuntur flores: sunt enim complures flores quibus à suis inuentoribus regibus nomina sunt indita. Neq; nunc ulla prorsus regū permultorū extaret memoria, nisi in florū nomenclaturis, qui nominibus regum inscripti sunt, asseruaret.

LOCVS.

Nascitur in nemoribus: atque hinc est quod Galli, apud quos, Plinij etiam testimonio, eximiè prouenit, ut in suis cōmentarijs de Natura stirpium uir eruditione clarus Ioannes Ruellius autor est, nemoralem uel agrestem cepam nominent. Et eius certè magna est copia uerno tempore in nemore haud procul à uico Lufchenau iuxta Tubingam sito, ut uel ex natali etiam satis constet flores hos quos pictos exhibemus, esse genuinos Hyacinthos.

TEMPVS.

Vere, mensibus nimirū Februario & Martio, cum uiola purpurea, Theophrasto lib. vi. de Stirpium historia, cap. ultimo teste, erumpit: hinc Martium florem Germanis nostris dictum esse suprā monstrauius. Hoc potissimū tempore prorumpit is quem Hyacinthū minorem nominauimus. Exit etiam, eodem Theophrasto autore, cum Gladiolo, qui uernus etiam flos est. Quo sanè tempore is maximè floret, quem maiorem appellauimus. Proinde cum tempus etiam cōueniat, nemo est qui deinceps ueros esse Hyacinthos, dubitare meritò possit aut debeat.

TEMPERAMENTVM.

Hyacinthi radix bulbosa est, ordinis primi in desiccando, secundi uerò completi, aut incipientis in refrigerando. Semen autem tertio quadantenus ordine desiccatur, in medio caliditatis & frigiditatis consistens.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Hyacinthi radix pueris cum uino albo illita impuberes seruare creditur. Sistit aluum. Pota urinam ducit, & phalangiorū morsibus auxiliatur. Semen magis adstringit, & cœliaci prodest. Potum cum uino regium morbum emendat.

EX GALENO.

Radix pueros diutissimè seruare impuberes in uino illita creditur. Semen regio morbo affectis in uino exhibetur.

EX PLINIO.

Hyacinthus
poëtarum.

Hyacinthus Dioscoridis.

Ferrugini Hyacinthi qui apud Virgilium.

Virgilius Eclog. tertia: Et suauiter rubens Hyacinthus.

Literæ in Hyacintho quales.

Virg. Dic quibus in terris inscripti nomina regū nascuntur flores. Eclog. iij.

Ruellius. Agrestis cepa.

Martius flos.

C

EX PLINIO.

Radix Hyacinthi in uino dulci illita pubertatē coërcet, & non patitur erumpere. Torminibus & araneorū morsibus resistit. Vrinam impellit. Contra serpentes & scorpiones, morbumq; regium, semen eius cum Abrotono datur.

DE HYSSOPO. CAP. CCCXXIIII.

NOMINA.



ΞΥΣΘΟΣ græcè, Hyssopus & Hyssopū latinè, Officinæ nomen legitimum retinuerunt. Germanicè *Ïspen/oder* *Ïsop* uocatur.

GENERA.

Hortensis.
Montana.

Duūm generū Dioscoridi Hyssopus est, hortensis & montana, Hortensis quæ in hortis prouenit, ac culinarū causa colitur, *garten Ïspen* Germanis uocatur, Montana quæ in montibus nascit, & germanicè *birg Ïspen* appellari potest.

FORMA.

Herba est pedali altitudine hortensis, fruticosa, folio Satureiæ satiuæ, floribus in cœruleo purpurascens, thyrsos spicæ modo uestientibus, radice longa & lignosa. Montana priori haud dissimilis est. Errant qui nostram Hyssopum hortensem non esse ueram putant: habet enim planè folium origani, nisi quod angustius est. Nec plures sunt eius apud Dioscoridē notæ. Nam quæ de umbella quidam obijciunt, nihil ad Hyssopū attinent, cum simpliciter scribat Dioscorides, Origanum non habere umbellam rotæ speciem obtinentem, Id quod uerum est.

LOCVS.

In hortis, ut diximus, hortensis, in montibus uerò montana nascit. Carteris præfertur quæ in Tauro monte prouenit.

TEMPVS.

Æstate floret, quo etiam potissimum tempore carpenda uenit.

TEMPERAMENTVM.

Hyssopū calefacit & desiccet ordine tertio: sed & tenuium est partium.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vim habet extenuandi & calefaciendi. Decocta cum ficis, aqua, melle ac ruta, & pota, peripneumonici, asthmatici, tussi uetustæ, destillationi & orthopnceæ opitulatur. Lumbricos necat. Cum melle linctæ idem præstat. Decoctū eius cum oxymelite potum, crassitudinē per aluum ducit. Estur cum ficis uiridibus, aluum subducens. Vehementius purgat adiecto illi cardamomo, aut iride, aut erysimo. Colorem bonum præbet. Cum fico & nitro illinitur ad lienem, aquam intercutē. Cum uino ad inflammationes. Discutit sugillata cum aqua feruenti illita. Angina laborantibus cum decocto ficorum optimū gargarisma. Decocta cum aceto, dentium dolorem collutione mitigat. Inflammationes quæ circa aures sunt suffitu soluit.

EX PLINIO.

Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit, & prurigini in capite. Stomacho est contrarium. Purgat cum fico sumptum per inferna, cum melle uomitionibus. Putant & serpentium ictibus aduersari, tritum cum melle & sale & cumino.

DE HYDROPI-



HYSSOPVS
HORTENSIS

Garten Hyssop.

bbb

C

NOMINA.

Hydropiper quare dictum.



ΔΡΟΠΕΡΕΡΗ Græcis, Hydropiper Latinis, officinis incognitum, Germanis Wasserpfeffer / oder Wuckentraut nominatur. Hydropiper autem à locis quibus nascitur, & piperis sapore quem præ se fert, quasi dixeris piper aquatile, appellatum est. Muscæ denique ab eo uehementer abhorrent: neque enim id quod succo eius aspersum est attingunt, hincque adeo alteram appellationem Germani illi indiderunt.

FORMA.

Caulis ædit geniculatus, robustus, circa quem alarum concauitates, & folia Menthae similia, maiora, teneriora, candidioraque, gustu piperis acri, non tamen odorato. Semen in ramulis fert secundum folia nascens, continua serie congestum, racemosum, & acre. Radicem exigua & inutili. Ex qua descriptione satis constat herbam hanc, cuius imaginem damus, esse Hydropiper: nulla siquidem nota est quæ illi non conveniat. Caulis enim eius geniculatus, solidus, circa quem alæ panduntur, & folia Menthae cõsimilia, maiora tantum, hoc est, longiora multo, teneriora & albiora. Quæ singula faciliè diligens quispiam oculis lustrabit. Si uero linguam consulat, folia meram piperis acrimoniam respiciunt, nullam tamen odoris suauitatem in eis deprehendet. Quod si reliquam faciem excusserit, offendet semen prope folia enatum racematim congestum, & quadam serie coherens, ipsumque acre. Accedunt denique natales, facultates, & alia, ut nullus plane ambigendi locus relictus sit. Damus hanc etiam alterius herbae quæ in aquis prouenit picturam, quam nonnulli Hydropiperis speciem esse arbitrantur, quæ ferè Hederae folia obtinet, & secundum ea semen, Ari semini haud dissimile. Nos à colore seminis appellauimus Hydropiper rubeum, germanicè rot

D Wasserpfeffer. Huius herbae & racemosus fructus, & folia acrimonia sunt prædita.

LOCVS.

Gignitur prope stantes aquas, aut quæ leniter fluunt. Copiose prouenit ad flumen Pegnicum haud procul à Norimbergo.

TEMPVS.

Floret Augusto mense floribus albis spicatum coherentibus, ac subinde semen minutum profert.

TEMPERAMENTVM.

Calidum est, non tamen usque adeo ut piper, & siccum: id quod gustus abundè docet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Folia cum semine illita, cedemata, ueteresque duritias discutunt. Sugillata delent. Siccata & tusa pro pipere salis & obsonijs miscentur. Radix parua, nullius in medicina usus.

EX GALENO.

Hydropiper à locis in quibus nascitur, & à similitudine quæ illi cum Pipere in gustu est, nomen sortitum est. Cæterum calidum est, sed minus quam piper. Atque herba ipsa etiamnum uiridis cum semine cataplasmatibus in modum imposita sugillata, & induratos tumores digerit.

EX AETIO.

Hydropiper herba est in aquosis nascens, ramusculis ac folijs Menthae similis, maior tantum, gustu acerrima ut piper, per exigua semina singulis folijs ferens. Calida quidem est, non tamen accedens piperi, quæ recens illita sugillata ac durities sanat. Hanc nonnulli condimentis piperis loco addunt.

APPENDIX.


Cum interea temporis dum sub prælo sunt nostri cõmentarii, quomodo ueteribus sit appellata herba quam Hydropiper rubeum uocauimus diligentius cogito, tertiam Dracontij apud Plinium lib. xxiij. cap. xvi. speciem esse cõperio: hanc enim ita pingit: Tertia demonstratio fuit folio maiore quam Cornus, radice harundinea, totidem



HYDROPIPER

Wasserpfeffer.

bbb 2



HYDROPIPER


RVBEVM.

Hot Wasserpfeffer.

A totidem ut affirmabant geniculata nodis, quot haberet annos: totidemque esse folia. Hi ea ex uino uel aqua contra serpentes dabant. Quæ quidem notæ huic etiam herbæ competere uidentur. Est enim folio maiore quam Cornus, radice harundinea, nodisque geniculata. An uerò tot nodis sit geniculata, quot habet annos, totidemque folijs, nondum obseruare potuimus. Quinetiã uniuersa tum foliorum tum fructus forma, acrisque sapor, Ari ac Dracontij genus esse euidenter ostendunt. Facultas denique contra serpentes, quam Dioscorides suis etiam tribuit Dracontijs, abunde quod contendimus docet. Non est autem, ut quidam existimant, Plinij Aris, quod eius radix oliuæ grandis magnitudinem atque formam non referat. Hanc nostram de hac stirpe sententiam hoc loco referre placuit, ne quis nos illam Hydropiperis esse genus pertinaciter asserere ac tueri uelle existimet.

DE PHLOMO CAP. CCCXXVI

NOMINA.



PΛΟΜΟΣ græcè, Verbasculum latinè, officinis Tapfus barbatus dicitur. Sunt qui Candelam regis, Candelariam, Lanariamque nominant. Germanicè Wulltraut / Kergentraut / Vnholden kerg / Himelbraut / Brenntraut uocatur. Phlomon autem haud dubie dixerunt Græci, quod ea pro ellychnijs utantur. Candelariã quoque recentiores nominarunt, quod caulibus eius adipe, seuo, uel

Tapfus barbatus.
Candelaregis.
Phlomos cur dicta.
Candelaria.

aliquo pingui illitis, nonnulli pro lucernis utantur.

GENERA.

B Verbasculum omnium ueterum testimonio duo habet summa genera. Candidum enim alterum folijs, nigrum alterum est. Candidum rursus in marem & foeminã digeritur. Preter tria hæc, & syluestre habetur, wild Wulltraut Germani appellant. Sunt etiã Verbascula duo, quæ à nostris herbarijs herbæ paralytis, & uulgo artheticae, cum arthriticae dicendum esset, uocantur. Germanicè Schlüßelblümen. Horum unum est odoratum, alterum odoris expers. Prius germanicè simpliciter Schlüßelblümen / oder gelb Schlüßelblümen / Himelschlüssel / oder S. Peters schlüssel / alterum wild Schlüßelblümen / oder weiß Himelschlüssel appellant. Est & tertium Verbasculum, quod Lychnitum, alij autem Thryallida appellant, Germani Marienrosette uocant. Hæc sunt genera Verbasci quemadmodum à Dioscoride & Galeno commemorantur, quorum sanè omnium picturas damus, excepto ultimo, quod hoc tempore nondum floruerat. Quanquam distingui genera hæc, ut Plinius libro xxv. cap. x. ait, penè superuacuum sit, quum sint eiusdem effectus omnia.

verbascula duo.
Herba paralytis.

FORMA.

Verbasculum candidum foemina, Brassicæ similia folia habet, multò tamen hirsutiora, latiora & candida. Caulis eius cubitalis & amplior, candidus, subhirsutus. Flores albi aut subpallidi. Semen nigrum. Radix longa, acerba, crassitudine digiti. Candidum mas à foliorum candore Leucophyllon Græcis dictum, oblongioribus & angustioribus folijs, & tenui caule. Nigrum in cunctis candido simile, nisi latoribus nigrioribusque constaret folijs. Syluestre uirgas fert altas & arborescentes, folia Saluiae similia. Habet uerò circa uirgas ramulos Marrubij modo. Florem luteum, auri fulgore. Verbascula duo hirsuta, terræ inhaerentia, humiliæ: folijs rotundis, & multò minoribus, rugosis, è quibus medius stylus exilit tenuis, palmi altitudine, incanus, in cuius uertice terni, quaterni, & plures etiã dependent flores lutei, summis labris denticulati, in altero odorati, in altero inodori, calyculo in albo pallefcente. Lychnitis siue Thryallis folijs ternis, aut quaternis, aut etiam plusculis, crassis, pinguibus, hirsutisque, ad lucernarum lumina utilibus, floribus purpureis.

Candidum mas.
Nigrum.
Syluestre.

verbascula.

Lychnitis.




VERBASCUM CANDI
DVM MAS.

Weiß Wollkraut männle.

VERBASCUM CAN-
DIDUM FOEMINA.

Weiß Wollkraut weiblich.





VERBASCUM
NIGRUM.
Schwarz Mollkraut.



VERBASCUM
SYLVESTRE,

Wild wullkraut.




VERBASCVLVM
ODORATVM.

Seel Schlüsselblumen.

VERBASCUM NON
ODORATVM.

Weiß Schlüsselblum.



LOCVS.

C Candidum & nigrum in campestribus, & in syluis etiam proueniunt. Syluestre in campestribus, potissimū siccis & lapidosis, nascitur. Verbascula duo passim in pratis & hortis producuntur, Lychnitis similiter alijs in campestribus nasci solet.

TEMPVS.

Verbascula duo primo statim uere emicant, certiꝫ huius appetentis nunciꝫ. Hoc sanè tempore carpenda ueniunt, quod confestim fugacia euanescant: uita enim illis cum plurimum menstrua, nec temerè ad summum sesquimenfem excedunt. Reliqua genera autumnò, dum florent & semen proferunt, colligenda.

TEMPERAMENTVM.

Omnium folia desiccandi & detergendi uim possident.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix priorum duorum adstringit: unde tali ludicri magnitudine in alui profluuio utiliter cum uino in potu datur. Decoctū eiusdem ruptis, conuulsis, contusis, & antiquæ tussi auxiliatur. Dentium dolorem colluione mitigat. Verbasculum cui flos aurei coloris, capillos tingit, & quocunq; reponatur blattas in se contrahit. Folia in aqua decocta aduersus cedemata, & oculorū inflammationes illinuntur. Syderata ulcera cum melle aut uino, cum aceto autem uulnera sanat. Contra scorpionum ictus auxilio sunt. Syluestris folia ambustis illinuntur. Ferunt fœminæ folia caricis interposita, incorruptas atq; à putrefactione immunes seruare.

EX GALENO.

Priorum duorū radix gustu acerba est, & fluxionis affectibus prodest. Sed & ad dentium dolorem eam nonnulli colluunt. Folia tamen digerendi uim habent. Sic etiam aliorum folia, potissimū autem eius quæ aureos flores obtinet, Capillos quoque flauescere faciunt.

EX PLINIO.

Contra scorpiones bibitur radix cum Ruta ex aqua magna amaritudine, sed effectū pari. Verbasculum priuatim tonsillis in aqua potum medetur. Tribus obolis bibitur Verbasculū cuius flos aureus est, contra omnia pectoris uitia, tussē, & purulenta excreantibus. Tanta huic uis est, ut iumentis etiam nō tussientibus modò, sed ilia trahentibus auxilietur potus. Lateris & pectoris dolores Verbasculum cum Ruta ex aqua sedat. Panos sanat cum sua radice tustum, uino aspersum, & ita cinere calfactum, ut imponatur calidum. Semen ex uino decoctum & contritū luxatis medetur, dolorem & tumore tollens. Radicis medulla collyrii tenuitate in fistulam additur. Contusis, euerfis, & si febris sit potatur in aqua Verbasculum, cuius flos auro similis est. Folia ex aceto imponuntur in struma. Semine ac folijs decoctis in uino ac tritis, omnia corpori infixā extrahuntur.

APPENDIX.

Recentiores duobus Verbasculis hos effectus assignant. Trita imponuntur efficaciter articulorum doloribus. Radicis decocto uescig renūq; obstructions soluantur. Ius herbæ propinatur & illinitur aduersus rupta, luxata & liuentia. Quod uerò hæc eadem possint, temperamentū eorundem palam docet: parum enim adstringunt: si gustaueris, amara, & modicè acria sunt: ut hoc nomine desiccandi & detergendi facultatē, quam illis Galenus ascribit, habere nemo dubitare debeat. Nostri etiam temporis herbarij calida & sicca esse statuunt. Et mulieres formæ studentes, succo è floribus illorum expresso faciem illinunt, quod maculas, rugasq; & alia eiusdem uitia mirificè detergeant. Vt hinc euidentissimū sit herbas, quas

Schlüsselblumen uocant Germani, esse
Verbascula.



FRAGARIA MAIOR
ET MINOR.

Erdbeer.

C

NOMINA.

Rubus Idæus uide-
tur esse Fragaria.



Fragaria unde
dicta.

RAECIS ut herba quæ fraga gerit nominata sit, certò constituere nobis nondum licet. Sunt tamen qui *Βάρος Ιδαίου*, hoc est, Rubum Idæum esse putent, eum potissimum qui sine spinis inuenitur. Quorum cerrè sententiam ob multas uariasq; causas, ut in sequentibus dicemus, minime repudiandā existimamus. Apuleius Græcis *νύσσορον* appellari scribit, quod si uerum est, alia sit à Comaro quam Dioscorides, Galenus & alij quidam depingunt, necesse est: hæc enim arbor est, illa autem herba. Ego tamen uidi codicem manuscriptū, in quo hæc uerba: Comaron Græci, Romani Fragum nuncupant: non habebantur. Quicquid uerò sit, ex numero Mororū esse cōstat eius fructum optimi odoris: hinc à frago uerbo, quod odorē reddo significat, herba ipsa Latinis Fragaria, & fructus fragum dici coeperunt. Germani *Erdtbeer* uocant. Græci autem si Comaron appellarunt, ob fructum arboris eiusdem nominis qui fragis ijs terrestribus similis est, haud dubiè sic dixerunt.

GENERA.

Duo Fragariæ sunt genera. Vna flores fructusq; paulò maiores, altera minores obtinet. Nos una pictura utranque expressimus.

FORMA.

Humi sine caule spargitur, multis à radice lanuginosis pediculis, quorum alij flore candido coronantur, alij trigemino comantur, folio per ambitum serrato atque uenoso, alij fructum gerunt exiguis quidem Moris haud ab similem, cæterum sui generis solidum, callosum, tenerū, quum maturuit rubentē, tum gustu, tum etiam odore suauissimum. Radice foris atra aut rubescente, intus candida, multo fibrata capillitio.

LOCVS.

In syluis, dumetis, & in opacis montibus, ac secus uias sponte nascitur. Vnde etiā colligi potest esse Rubum Idæum, quando & is in lucis proueniat. In hortis etiam nonnunquam ut grandiozem fructum ministret, colitur Fragaria.

TEMPVS.

Floret uere, & tota æstate, inq; maximā autumnī partem. Fructus tamen eius su-
gax, rarò nisi æstatis initio inueniri potest.

TEMPERAMENTVM.

Folia Fragariæ.

Fructus eiusdem.

De temperamento Fragariæ recentiores diuersa tradunt. Serapio calidam & siccam in secundo ordine tradit. Alij frigidam & humidā in primo: nōnulli, qui tamen prorsus meo iudicio hallucinari uidentur, in tertio ordine scribunt. Nos folia ipsa gustu modicè esse amara, & adstringere deprehendimus, ut siccam esse hac ratione, & minime humidā oporteat. Quapropter in tanta sententiarū de eius temperamento diuersitate animaduertendū, idem de Fragaria, quod de Rubo sentiendum esse, nempe quod folia, flores, fructus & radix adstringāt. Differre tamen inter se, quod folia potissimū recens nata plurimum in se habeant aqueæ substantiæ, parum uerò adstringant: adeò ut uerisimile sit de ijs locutos esse, qui frigidam & humidā in primo ordine Fragariam statuerunt. Est enim eorum temperies ex terrena frigida essentia, & aquea tepida. Fructus immaturus frigida terrea substantia præditus est, ut frigidus & siccus hoc nomine dici mereatur. Maturus autē non parum succi temperati calidi qui dulcis est, modicamq; adstrictionē habet, ita ut calidus & siccus dicendus ueniat. De fructu itaque intelligendi erunt, qui Fragariam calidam & siccam esse affirmant. Quare ubi de temperamento Fragariæ agitur, non simpliciter, sed cum prædicta distinctione respondendum est. Vnde cum idem ferè cum Rubo temperamentum habeat Fragaria, iterum hanc ab Idæo Rubo nihil differre uerisimile est.

VIRES.

A

VIREs.

Quum recentiores in cōmemorandis Fragarię facultatibus partim eas quas Dioscorides Rubo Idæo, partim etiam quas Comaro tribuit Apuleius, uires Fragarię ascripserint, opere præcium me facturum arbitror, si utriusq; de ijs uerba præmiserō, ut nimirum quisq; hac ratione, quapropter iuniores ijs facultatibus Fragariam ornauerint, certius intelligere queat.

EX DIOSCORIDE.

Idæus Rubus eadem potest quæ Rubus. Amplius eius flos cum melle tritus & illitus, oculorū inflammationibus auxiliatur. Sacros ignes extinguit, Stomachicis cum aqua potui datur.

EX APVLEIO.

Ad lienis dolorē herbæ Fragi succum ex mellis uncia potui datum mirificē proficere certum est. Ad suspiriosis eiusdem succus cum pipere albo & melle mixtus, potui datus, mirificum est remedium. Has facultates etiam antiquus manuscriptus herbarius Fragarię adscribit, nomine tamen Apulei in Dioscoridis nomen immutato. Addit tamen huius fructum comestum stomacho conferre, & ex succo eius os contra fectorem collui, id quod Serapion quoque tradit.

EX RECENTIORIBVS.

Herba Fragaria in cibo sumpta medet̃ lienosis, item succus ex melle potus. Idem cum pipere candido datur suspiriosis. Fraga sitim sedāt, stomacho profunt, sed præsertim bilioso. Succus Fragis exprimitur, uetustate uires accipiens, præsentaneo remedio ad faciei ulcera, oculorū suffusiones, neq; nō epiphoras. Radicis decoctū iecioris feruores mulcet matutino & meridie potū. Vtuntur hodie frequenter Fragaria ad glutinanda uulnera, aluum sistendam, menstrua cohibenda, gingiuas confirmandas, oris ulcera, eiusdemq; fectore tollendum, quæ singula Rubus etiam Idæus potest, ut inde rursus conijcere liceat Fragariam ab eodem nihil differre.

DE PHV GERMANICO

CAP. CCCXXVIII.

NOMINA.



ου, ἡ ἀγρία ραψιδος Græcis, Phu & Nardus syluestris Latinis, Valeriana officinis & herbarijs nostri temporis, Germanis Baldzion/ Dennenmarck/ oder Katzenraut/ oder Augenwurzgel appellatur, quod scilicet catti odore radicis eius, quō eorū oculi roborant̃, impense delectent̃.

Nardus syluestris.
Valeriana.

GENERA.

Duo sunt præcipua Phu genera. Magnum, quod alio nomine Theriacaria uocatur. Hoc descriptioni per omnia respondet, germanicē grof Baldzion/ & Triacks appellatur. Vulgus herbariorū Valerianā maiorem nominat. Alterum uulgare, quod alio nomine Valeriana etiam uulgaris nuncupatur. Germanis gemein Baldzion/ & Katzenwurzgel dicitur. Hoc etiam genus à pictura Dioscoridis, ut paulo post fusius docebimus, non abhorret.


FORMA.

Folia Elaphobosco, siue Olusatro similia habet. Caulem cubitalē, aut proceriorem, leuem, tenerū, purpurascētē, in medio cōcauum, geniculis intersectū. Flores ad Narcissi flores accedentes, minores & teneriores, in subalbido purpurascētes. Radices in superiore parte minimi digiti crassitudine. Adnascentes etiam radículas obliquas ueluti iuncus odoratus, aut ueratrū nigrum, inuicē implicitas, subflauas, bene odoratas, nardum in gustu referentes, cum quadam uirosa grauitate. Ex qua certē descriptione sole clari⁹ fit, herbam quam uulgarē hodie Valerianā no-

Valeriana uulgaris.

PHV MAGNUM

Groß Baldrian.





PHY GER-
MANICVM.

Semein Baldrian.

C minant esse Dioscoridis Phu, quod omnia ferè sic illi respondeant, ut prorsus nulla reclamare nota uideatur. Folia namq; huius cum primum erumpunt Elaphobosci præ se ferunt imaginē: postea uerò dum adolefcit in Olufatri modum laciniatur. Caulis quoq; eius cubitalis, & maior (nō enim rarò ad trium cubitorū longitudinē caulis à nobis uisus est) læuis, potissimū in infima eius parte, deniq; tener, purpurascens, in medio cōcauus, geniculatus. Flores eiusdem qui summis caulibus emergunt, Narcissi certam exprimunt effigiē, quamuis minores sint, atque adeo teneriores. Vt hoc nomine cum Ruellio in græcis codicibus Dioscoridis ^{ἡ ὁσὸν} pro ^{μειζὼν} legendum esse putem. Nisi quis existimet Phu Ponti, quod Dioscorides potissimū describit, fauentis cœli beneficio maiusculos habere flosculos. Prædicti etiā flores acruatim coeūtes in purpuram candicant. Radices quoq; in superiore parte minimi digiti crassitudinē obtinent, multasq; radículas obliquas, Scheni, aut nigri Veratri modo sibijsis implicitas, subflauas, odoratas, Nardum, cum uirosa tamē grauitate, imitantes. Quum itaq; hæ omnes notæ, Valerianę nostrę respondeant, multorumq; cōsensus nobis subscribat, & facultates eius quas illi recentiores tribuunt, planè cum ijs quæ Dioscorides Phu adscribit cōueniant, quid impediatur cur non certò affirmemus Valerianam hanc uulgarem esse Phu Dioscoridis non uideo, præsertim cum manuscriptus etiā herbarius Phu esse Valerianā apertè doceat, ita ut mirari satis non queam cur aliquot docti uiri in Germania nostra diuersum astruere uoluerint.

LOCVS.

Nascitur in humectis locis, & prope aquas, hæcq; ad mirandā altitudinē surgit. Prouenit etiā in lucis & cædis syluis, sed hæc in tantam proceritatē non emergit.

TEMPVS.

Floret integra æstate.

D

TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse in secundo ordine tradunt.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Phu calefacit. Sicca pota urinā mouet. Potest idem & decoctum eius. Ad lateris dolorem prodest. Menses ducit, & antidotis miscetur.

EX GALENO.

Odorata quodammodo est huius herbæ radix, Nardo uiribus similis, sed tamen ad plurima infirmior, Vrinam plus mouet quàm Indica aut Syriaca Nardus, similiter autem ut Celtica.

EX PLINIO.


Radix Phu datur potui trita, uel decocta ad strangulationes, uel pectoris dolores, uel laterum. Menses quoque cit. Bibitur cum uino.

APPENDIX.

Magni Phu radice hodie multi, magno cum errore, pro calamo aromatico utuntur, quod hoc in loco monere placuit.

DE PHACO CAP. CCCXXIX.

NOMINA.

Lens.  **ΑΚΟΣ, ἡ φακὴ** Græcis, Lens & Lenticula Latinis dicitur. Officinis & herbarijs latinum nomen retinuit. Germani *Linsen* appellant.

FORMA.

Lens racemosum legumen est, folijs Viciæ, sed minoribus, floribus exiguis in candido purpurascens, siliquis paruis, molliter in latitudinē fufis, in quibus tria aut quatuor grana, inter legūmina minima, sunt.

LOCVS.

Prouenit pæssim in agris satum.

TEMPVS.



LENS

Linsen.

ccc 4

C

TEMPVS.

Iulio mense floret, & deinceps in siliquis grana profert.

TEMPERAMENTVM.

Lentes mediū tenent caliditatis & frigiditatis, desiccant tamē in secundo ordine.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Lens crebrò comeſta, oculorū aciem hebetat. Ægrè cōcoquitur. Stomacho nocet, eumq; & intestina inflat. Aluum cum cortice suo comeſta ſiſtit. Præſtat quę facillimè concoquitur, & nihil attri in maceratione reddens. Vim habet adſtrictoriā: quapropter aluū ſiſtit, ſi detractō antea cortice accuratè coquat, primāq; aqua inter coquendū effundatur. Primū enim eius decoctū aluum ſoluī. Somnia tumultuoſa & grauia facit. Neruis, pulmoni & capiti inutilis. Melius ſuo fungetur officio contra alui fluxiones, admixto illi cum aceto intybo, aut portulaca, aut beta nigra, aut myrto, aut cortice punici mālī, aut roſis ſiccis, aut meſpilis, aut forbis, aut pyris Thebanis, aut coroneis mālīs, aut cichorio, aut plantagine, aut gallis integris, quę poſt decoctionē abijciuntur, aut rhoīs quę obſonijs inſpargitur. Acetum autem cum eo diligenter percoqui debet, aliās aluum conturbat. Cōtra ſubuerſionē ſtomachi trīginta grana lentis ſuis corticibus denudata, deuorata profunt. Decocta cum polenta, & illita, podagram lenit. Sinus cum melle glutinat. Cruſtas rumpit, & ulcera purgat. Decocta in aceto duritiās & ſtrumas diſcutit. Cum meliloto, aut cotoneo mālō, medetur inflammationibus oculorum & ſedis, addito roſaceo. In maioribus ſedis inflammationibus & ſinū amplo cum malicorio aut ſiccis roſis, adiecto melle decocta. Contra nomas gangrænicas ſimiliter utuntur, aut adiuncta maris aqua. Aduerſus autem puſtulas, herpetas, eryſipelata, pernionesq; ut antea dictum eſt. Contra mammas grumofum lac continentes, & lactis copia turgentes, in aqua maris D decocta & illita auxiliatur.

EX GALENO.

Lentes non ualenter adſtringūt. Ipſum itaq; earum corpus deſiccāt & ſiſtit uentrem: cæterum decoctū irritat. Proinde etiam prior aqua abijcitur, ubi retentionis cauſa adhibent. Cortex eius uehementer adſtringit, carnea ſubſtantia tenuiter, quę & craſſi ſucci & terreſtris eſt. Succus porrò Lentis adſtringenti eſt cōtrarius. Quocirca ſi elixā in aqua iuſculum ſale garo oleoq; conditum bibatur, aluum deſiciet. At quod ex bis decocta Lente ſerculum apparatur, contrariam ſucco uim obtinet. Nam quę uentri obueniunt fluxiones deſiccāt, os uentriculī, intestina, & totum deniq; uentrem corroborans. Quamobrem coeliacis & dysentericis accōmodatus eſt cibus. Lens uerò decorticata, ut illam adſtringendi uehementiā, cumq; hac alia uidelicet omnia quę cōſequuntur, amittit, ita alibilior quā integrā illa efficitur, craſſum prauumq; ſuccū gignens, tardē cōmeans: alui tamen fluores haud deſiccāt, uti ea quę cortice non eſt ſpoliata. Iurē igitur qui modum in hoc edulio non ſeruant, elephantiaſim quam uocant, & cancrum incurrunt. Siquidem craſſa ſiccaq; cibaria facile in melancholicos humores uertuntur. Quare ijs duntaxat quibus uitioſa eſt habitudo ob aquā in carne diſfuſam, Lens cibo utiliter præbetur, ceu aridis & ſqualentibus admodū damnoſe. Eandem ob cauſam uiſum integrum & inculpatū hebetat, immoderatē exiccans. Ei uerò qui contrario modo ſe habet, humidiori uidelicet, opitulatur. Menſtruis purgationibus inepta eſt: craſſum enim & tardifluum ſanguinem facit. At muliebri appellato profluuiō conuenientiſſima.

EX PLINIO.

Lens optima quę facillimè coquitur, eaq; quę maximè aquam abſorbet. Aciem quidem oculorū obtundit, & ſtomachū inflat: ſed aluum ſiſtit in cibo, magisq; diſcocta coeleſti aqua. Eadem ſoluī, minus percocta. Cruſtulas ulcerū rumpit, eaq; quę intra os ſunt, purgat & adſtringit. Collectiones omnes impoſita ſedat, maximèq; exulceratas & rimofas. Oculorū autem epiphoras cum meliloto aut cotoneo. Contra ſup.


A tra suppurantia cum polenta imponitur. Decoctæ succus ad oris exulcerationes & genitalium adhibetur. Ad sedem, cum rosaceo aut cotoneo. In ijs quæ acrius remedium exigunt cum putamine punici, melle modico adiecto. Ad id demum ne celeriter inarescat, adijciunt & Betæ folia. Imponit & strumis panisq; uel maturis, uel matrescentibus, ex aceto discocta. Rîmis ex aqua mulsa, & gangrænis cum punici tegmine. Item podagris, cum polenta, & uuluis, & renibus, & pernionibus, ulceribus difficile cicatricem trahentibus. Propter dissolutionē stomachi triginta grana Lentis deuorantur. In choleris quoque & dysenteria, efficacior est in tribus aquis cocta, in quo usu melius semper eam torrere aut tundere, ut quam tenuissima detur, uel per se, uel cum cotoneo mælo, aut pyris, aut myrto, aut intubo erratico, aut beta nigra, aut plantagine. Pulmoni est inutilis, & capitis dolori, neruosisq; omnibus, & felli, nec somno facilis. Ad pustulas utilis, igniq; sacro, & mammis, in aqua marina decocta: in aceto autem, duritias & strumas discutit. Stomachi quidem causa, polentæ modo potionibus inspergitur. Quæ sunt ambusta, aqua semicocta curat, postea trita, & per cribrum effuso fursure, mox procedente curatione addito melle. Ex posca coquitur ad guttura.

EX SYMEONE SETHI.

B Crassi succi est, & austeram uim atque qualitatem possidet. Si quis ergo in aqua coquat, & eam aquæ, oleo & sapæ cum sale misceat, potionem faciet quæ uentrem subducat. Bis autem cocta, uentriculum & ad ipsum defluxus sistit. Inducit autem stomacho robur, & intestinis, & uniuerso uentri. Quapropter utilis est cibus coeliacis & dysentericis. Si uerò cortice ablato sumatur, uehementiam adstringendi abijcit, magis uerò nutrit, cum tardi sit transitus, & crassi succi, non tamen adeò siccatur, ut antea dixi. Qui uerò hoc edulio crebrò utuntur, elephantiam contrahunt, & can-
 cros, & duritias, & neruorum dolores, & melancholicos affectus. Aptus enim est crassus & siccus sanguis, ut fiat succus melancholicus. Quibus igitur habitus quispiam malus aquosus in carne est, ijs solis utile est edulium, quemadmodum siccis & squalidis maximè noxiū. Similiter uisum salubriter se habentem nimium exiccando hebetat, contrà uerò affectum iuuat. Neque etiam ad menstruas purgationes utilis est, eò quod crassum & difficulter fluentem sanguinem efficiat. Ad hæc Veneris appetentiam, semen exiccando, extinguit; ideo castè uiuere uolentibus ad hoc maximè confert. Grauiā etiam somnia facit, eò quod ex ea melancholici succi in totum distribuuntur corpus. Cum Mentha decocta, plurimū inflationis deponit. Nonnulli & Betam huius rei gratia eo quo decoquitur tempore injiciunt. Lens uerò probè decocta & trita, si uulneribus ex iaculo aut telo facta imponatur, sanguinis fluxum uehementer compescit. Paruæ uerò Lentis decoctum sum-
 ptum, difficilem partum soluit. Auribus ex quibus pus emanat instillatum, succurrit.

DE PHILYRA.

862



TILIA FOE-
MINA.

Lindenbaum.

NOMINA.



ILYPA Græcis, Tilia Latinis & officinis, Germanis *Linden* appellatur. Alia ab hac est arbor quæ Dioscoridi *ϕιλυρα* uocatur. Quod non animaduertentes uiri etiam nonnulli doctissimi, utraq; arbores magno errore confundunt, quod forma admodum discrepent, ut ex ijs quæ paulo post dicemus, & è Dioscoride & Theophrasto lib. iij. de plantarum historia, cap. x. inuicem collatis abunde constabit. Differunt itaq; inter se Philyra & Phillyrea, neque una utraq; uoce arbor significatur, sed diuersæ.

Phillyrea alia à
Philyra.

GENERA.

Tiliæ, Theophrasto loco iam citato autore, duo habentur genera, mas scilicet & femina. Distantq; inter se tum materiæ, tum totius corporis forma, & quod altera fructifera, altera sterilis. Materies mari dura, flaua, nodosior, spinosiorq; : femina candidior; & cortex mari crassior, detractusq; inflexibilis propter duritiã est: femina candidior flexibiliorq;, ex quo cunas faciunt: item femina odorator. Et mas sterilis, nulloq; flore est: femina, cuius tibi picturam damus, & florem & fructum gignit.

FORMA.

Folio est hederaceo, molliore, & in angulum acutiorẽ rotundiorẽ & prolixiorẽ, & in orbem lentẽ crispo atq; serrato: florẽ tantisperdum calyculo continet herbaceo, ubi emerfit flauo: fructus magnitudine fabæ, similis acinis hederæ, in quo semẽ præternue quantum atriplicis, omnibus animantibus ingratum, cum foliorum pabulo maxime ducant, eorumq; mira dulcedine capiant. Nunc cum ijs confer ea quæ Dioscorides de Phillyrea tradit, & senties esse diuersissima. Nam quis unq; dixit Tiliam habere folia oleæ, & fructum ferre subdulcẽ ad similitudinẽ Lentisci, nigrum, uarum more congestum: Philyræ enim seu Tiliæ folia sunt hederacea atq; serrata, adeoq; ab oleæ folijs dissidentia: fructum deniq; fert non modò non subdulcẽ, sed qui à nullo mandi potest.

LOCVS.

Montes & ualles diligit Tilia, sed plus montibus gaudet aquosis.

TEMPVS.

Floret Iunio mense.

TEMPERAMENTVM.

Calidã esse Tiliam, uel ex eo liquet quod frigidis cerebri malis, epilepsie & id genus alijs mirifice conferat. Amaritudo etiam cum glutinositate quadã in ea reliquis qualitatibus præualere uidetur, si hanc degustes. Quare abstergendi planẽ facultatẽ cum modica adstrictoria, perinde atq; Vlmus, cuius facultates illi Plinius, ut ex ijs quæ paulo post subiiciemus planum fiet, tribuit, habere euidentissimũ est.

VIRES. EX GALENO.

Vlmi folijs aliquando recens uulnus glutinauimus, confidentes adstringentem pariter & extergentẽ illis inesse facultatẽ. Cortex amplius etiam subamarus est & adstrictorius, itaq; cum aceto lepram sanat. Porro uiridis etiam nũ & recens si uulneribus deligatur uice circumligetur, ea glutinare potest. Radices eandem uim obtinent: proinde & decocto earum quidã perfundunt fracturas quibus callo inducto opus est.

EX PLINIO.

Cortex interior Tiliæ lepras sedat, & folia ex aceto illita. Multi corticẽ comanducatum uulneribus utilissimũ esse putant. Folia trita, aqua aspersa, pedum tumori. Humor quoq; è medulla castratæ arboris effluens, capillum reddit capitum illitus, defluentesq; continet. Humor deniq; cuti nitorẽ inducit, faciemq; gratiorẽ præstat. Folia ad infantium ulcera in ore comanducata profunt. decocta & pota, urinam ciunt & menses.

APPENDIX.

Quum Plinius ferè omnes facultates Vlmi etiã Tiliæ adscribat, ut ex eiusdẽ uerbis patet, ideo è Galeno quæ ille de Vlmò tradit produximus. Si uerò quispiã uires quæ à

C quæ à recentioribus Tiliæ tribuuntur, probè expendet, nihil ab ijs quæ ex Plinij & Galeni sententia retulimus differre comperiet. Nam maculas faciei abstergere scribunt Tiliam, si illa eius succo lauetur. Mederi etiam morbo comitiali bibitum eius liquorem stillatitiū, oculis claritatem inducere, calculum sanare, tumores discutere iisdem docent. Quid multa? omnes facultates Vlmi obtinet Tilia, ideoq; uulneribus etiam recentibus succurrit, & alia quæ à Dioscoride & Galeno in Vlmi historia cōmemorantur, potest.

DE CHELIDONIO MAIORE

CAP. CCCXXXI.

NOMINA.



Chelidoniū unde dictum.

ΕΛΙΔΟΝΙΟΝ μέγα Græcis, Chelidoniū maius Latinis, officinis Chelidonia, Germanis Scheltraut/Schelwurz/groß Schwalbentraut dicitur. Chelidonio autem, uel si mauis Hirundinarię, auis hirundo quæ Græcis χελιδὼν uocatur, nomen indidit, uel, ut autor est Plinius, quod hanc primū inuenit, & ea oculis pulorum in nido restituit uisum, ut quidam tradunt, etiam erutis, uel quod floret aduentu hirundinum, discessuq; commarcescit: id quod de minore uerè dicitur.

FORMA.

Caulem emittit cubitalem & maiorem, gracilem, adnata folijs plena habentem. Folia Ranunculo similia, teneriora tamen, & colore subcæsia, iuxtaq; singula folia florem Leucoio similem. Succus illi croceus, acris, mordax, cum aliqua amaritudine & odoris grauitate. Radix supernè singularis, infernè autem plures. Fructus cornuti Papaueris instar teneris, longus ueluti galeę conus, in quo exigua femina sunt, Papaueris semine maiora. Huius descriptionis notæ omnes Chelidonio nostro respondent. Siquidem fruticosa est herba, cubitali altitudine, cauliculis lanuginosis, teneris, folio Ranunculi, magis anguloso, tenuiori, aduersa parte cæsis, auersa incano, flore luteo, Leucoio consimili, semine Papaueris, quod in corniculis seu siliquis longis exilibus clauditur. Vulnerata succum croceū emittit, gustum uellicantē, Radix in superiore parte una, in inferiore parte multis luteis fibris capillata.

LOCVS.

Nascitur in opacis & parietinis.

TEMPVS.

Chelidoniū hirundinum aduentu florem excitat, atque adeo toto deinceps uere & æstate floret, quibus etiam temporibus carpitur.

TEMPERAMENTVM.

Herba hæc tertij ordinis absoluti est in calefaciendo & desiccando.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Succus Chelidonię mixtus mellis, & in æneo uase in carbonibus decoctus, contra oculorum caliginem prodest. Exprimitur autem succus ex folijs, radicibus & floribus incipiente æstate, siccaturq; in umbra & in pastillos conformatur. Radix cum Aniso & uino albo pota, regio morbo medet. Sanat herpetas cum uino illita. Dentium dolores commanducata sedat.

EX GALENO.

Chelidoniū admodum extergentis & calidæ facultatis est. Sed & succus eius ad acuum uisum cōmodus est, utique in quibus crassum quiddam in pupilla colligitur discussione indigens. Vbi sunt quidam radice eius ad morbum regium à icoris obstructione proficiscētē, in uino albo eam potui exhibentes cum Aniso. Pari modo mansa, dentium doloribus confert.

EX PLINIO.



CHELIDONIVM
MAIUS.

Schelkraut.

ddd

C

EX PLINIO.

Florentibus succus exprimitur, & in aereo uase cum melle Attico leniter cinere feruenti decoquitur, singulari remedio contra caligines oculorum. Vtuntur & per se succo in collyrijs, quæ Chelidonia appellantur ab ea. Eadem oculorū aciem adiuuat, si addita aqua foueantur. Succus eius cum melle culices, nubeculas, obscuritatemque discutit, cicatrices extenuat. Albugines etiam iumentorum.

DE CHELIDONIO MINORE

CAP. CCCXXXII

NOMINA.

Scrofularia minor
cur dicta.



ΧΕΛΙΔΟΝΙΟΝ μικρόν Græcis, Chelidoniū minus Latinis, officinis Scrofularia minor uocatur, quod strumosa radix multis granorum frumentigrumis uideatur coaluisse: uel quod strumis, quas imitatione græca Scrofulas uocant, medeatur. Germanis *Seigwargen* oder *Blaterntraut* / id est Ficariam, *Pfaffenhödlin* / *Klein Schelwurz* / oder *Schwalbenwurz* / oder *Weyentraut* nominatur. Chelidonium autem hæc herba uocata est haud dubie, quod, ut Theophrastus lib. vij. cap. xiiij. hirundinū aduentu florem excitet.

FORMA.

Herbula est à stolonibus pediculisue pendens, sine caule, folijs Hederæ figura, rotundioribus minoribusque, item teneris & aliquatenus pinguibus. Radices habet paruas multas, ex eodem callo prodeuntes, tritici modo acruatim congestas, quarum tres aut quatuor in longitudinem progrediuntur. Hæc Dioscoridis deliniatio prorsus herbæ illi quam Scrofulariam minorem uulgo nominant, conuenire uidetur. Nam hæc herbula est à pediculis pendens, uidua caule, folijs Hederg, rotundioribus multò minoribusque, teneris & modicè pinguibus. Radices ostendit ex eodem callo prodeuntes, paruas, complures in granorū tritici morem acruatim collectas, quarum tres uel quatuor in longum protenduntur. Flos ei Ranunculi ut maiori, luteo colore nitens. His accedunt locus, tempora, uires, & alia quæ iam commemorabuntur, quæ singula Scrofulariæ minori admodum quadrant, ut nemo hanc Chelidonium minus esse inficias ire sine magna impudentia possit.

LOCVS.

In palustribus, prope aquas, & in limitibus humidis, omnibusque uliginosis tractibus achortis pascim gignitur.

TEMPVS.

Verno tempore, Martio mense, & præsertim hirundinū aduentu floret, nec longo post tempore marcescens euanescit, sic ut irrigui limites, qui largo foliorum florūque stipatu pubescebant, confestim ipsi spoliati glabrescere conspiciantur.

TEMPERAMENTVM.

Chelidoniū minus, Galeno teste, quarti ordinis absoluti est in calefaciendo & de siccando, ideoque magnam præ se fert acrimoniā, gustum erodentem. Nostrum autem usque adeo acre non est, ut commanducando sæpe nullam prorsus sentias acrimoniam, potissimum in eo quod humido in loco natum sit. In hoc autem quod locis siccis prouenit, senties & amaritudinem & acrimoniam, sensim tamen gustum erodentem.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Acrem uim habet, Anemones modo summam cutem exulcerantē. Scabiem & unguium lepras tollit. Ex radicibus expressus succus ad purgationem capitis addito melle naribus utiliter instillatur. Similiter decoctum eius cum melle gargarissatum, caput strenuè purgat, & omnia pectoris uitia.

EX GALENO.



CHELIDONIVM
MINVS.

Feigwärtzenkraut.

C

EX GALENO.

Chelidoniū minus cum acrius sit maiore, illitum confestim cutem exulcerat, unguesq; scabros eijcit, Succus eius per nares purgat, utpote uehemēter acris existens.

APPENDIX.

Recentiores ea herba in exterendis ficubus mariscisue, & strumis, magna experientia utuntur, ut inde certē Scrofularia nominari, quemadmodū diximus, meruerit. Antiquus etiam ac manuscriptus herbarius, sub nomine tamē Pedis uituli, quo Aron nominatur, se à quodam qui expertus sit cognouisse scribit, quod hæc herba contra mariscas ac strumas mirificē proficit.

DE CHAMÆDRY CAP. CCCXXXIII.

NOMINA.

Serratula.
Chamædrys un-
de dicta.



Serrata.

ΧΑΜΑΙΔΡΥΣ græcè, Trissago latinè, officinis græcum nomen infedit, uulgo Quercula minor, & à ferratis folijs Serratula appellatur. Chamædrys uerò Græcis dicta est, quasi humilis ac terrestris quercus, quod scilicet folia Quercus habeat, & huius respectu quasi humi repat. Sunt qui Serratā nominatā ideo putent, quod ab ea ferra inuenta sit. Dioscorides hanc Teucrium etiā, propterea quod Teucris similis admodū sit, appellari à nōnullis scribit.

GENERA.

Et si Dioscorides alijsq; ueteres unicā faciant Chamædryn, tamen nos, quia plures herbas ad eius formam ac picturā accedere uidemus, duo eius genera produximus. Quorum sanè primum uera Chamædrys existit, & germanicè Klein Bathengel nominatur. Illius autem rursus duo sunt genera. Vnum enim quod præ cæteris omnibus picturæ Dioscoridis maximè accedit, mas dicitur, alterum uerò fœmina: neque enim aliter nobis discrimen indicare licuit nisi sexus ratione. Alterum genus uulgaris est Chamædrys, quod iterum duū est generum, mas scilicet & fœmina. Mas germanicè Erdweirauch / fœmina uerò Gamenderle / Blawmenderle / Vergiß mein nit / appellatur.

FORMA.

Obiectionis
solutio.

Frutex dodrantalis, folijs exiguis, forma & diuisuris quernis similibus, amarisq; flore subpurpureo, exili, semine in calyculis atro. Quæ utique descriptio ita herbis illis quas pictas exhibemus respondet, ut nulla prorsus nota reclamare uideatur. Sunt enim herbæ palmum altæ ut plurimum, exili folio, effigie & diuisura Quercus, amaro, flore penè purpureo & exiguo, ita ut mirari satis non possim, cur nonnulli alteram speciem genuinam Chamædryn esse negent, cum tamen Germanica etiam appellatio pulchrè ad antiquum atque adeo græcum nomen alludat. Sed instabit forsitan quispiam dicens, Chamædrys Dioscoridis palmum alta est, hæc tua mensuram hanc excedit. Fateor sanè, attamē non multum exuperat, quod si etiam plus exuperaret, non tamen hoc nomine alterius speciei herba putanda esset: neq; enim adeo statam atque certam mensuram herbis tribuit Dioscorides, ut quandoque ultra citraq; consistere non liceat: uerum cum alicui herbæ mensuram adscribit, id ea ratione facit, ut maiori parti indiuiduorū illius speciei quadrare existimet. In prioris itaque inopia, alterius usus esse potest.


LOCVS.

Nascitur asperis & petrosis locis, interdum etiam in montosis & campestribus solidis.

TEMPVS.

Primum genus Iunio & Iulio mensibus floret. Alterum autem uere potissimū. Carpuntur semine pregnantia.


TEMPERA-



CHAMAEDRYS

VERA MAS.

Klein Wathengel.



CHAMAEDRYS VERA
FOEMINA.


Klein Bathengel weible.

CHAMAEDRYS VVLGA-
RIS MAS.

Erdrweiranch.

ddd 4





CHAMAEDRYS VVLGA-
RIS FOEMINA.

Gamenderle.

TEMPERAMENTVM.

A Ex tertio ordine calefacientiũ & desiccantium facit Galenus, Germanicæ tamen minus calefacere & desiccare uidentur, utpote in regione frigidiorē natæ.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Recens ac uiridis in aqua decocta & pota, conuulsis, tussientibus, lienī indurato, urinæ difficultatibus, hydropicis inter initia auxiliatur. Cit menses, foetusq; extrahit. Lienem ex aceto pota minuit. Aduersus uenenata cum uino pota & illita effi-
cax est. Trita ad prædicta in pilulas conformatur. Cum melle uetera ulcera purgat. Cum oleo trita, inuncta & illita, oculorum caliginem discutit.

EX GALENO.

Chamædrys uincentem qualitatē amarā habet, & est quodammodo acris. Quo circa meritò lienem colliquat, urinam & menses mouet, crassitudinē humorum incidit, & uiscerum obstructions expurgat.

EX THEOPHRASTO.

Trissaginis folia ad rupta, uulneraq; in oleo trita ualent, & ad depascentia ulcera. Semen bilem extrahit, & oculis quoq; beneficum est. Folium ad albugines tritum in oleo prodest.

EX PLINIO.

Aduersus serpentiũ uenena potu illituq; efficacissima. Item stomacho, tussi uetustæ, pituitæ in gula cohaerescenti, ruptis, conuulsis, lateris doloribus. Lienem consumit. Vrinā & menses cit, ob id incipientibus hydropicis effi-
cax, manualibus scopis eius in tribus heminis aquæ decoctis usque ad tertias. Sanat & uomicas, & for-
dida ulcera cum melle. Fit & uinum ex ea pectoris uitij. Foliorũ succus cum oleo, caliginem oculorum discutit. Ad splenem ex aceto sumitur.

DE CHAMAE CYPARISSO

CAP. CCCXXXIIII.

NOMINA.



AMAIKYTAPIZEOZ Plinio dicta est, quasi pumila Cupressus. Apud Græcos, quod sciã, eius fruticis nulla fit mentio. Vulgo Cupressus, Germanis Cypreß nominatur. Cupressus ab odore & forma foliorũ eiusdem nomenclaturæ arboris uocata est.

Cupressus unde dicta.

FORMA.

In arbusculi formam fruticat, folijs incanis, Abrotoni fœminæ modo scissis. Floribus in summo auri instar fulgentibus. Totus frutex odoratus est. Errāt qui Chamæpityn esse arbitrantur; neque enim ut illa humi serpit, sed altius à terra, ut pictura monstrat, confurgit.

Chamæcyparissus non est Chamæpitys.

LOCVS.

In hortis passim ac figulinis prouenit.

TEMPVS.


Æstate floret. Paucos autē frutices inuenies in quibus flores intueri liceat, quando per uniuersam uitam non nisi unum hunc, cuius picturam damus, fruticem in quo flores apparuerint, uiderim.

TEMPERAMENTVM.

Apparet in ea, sicut gustus testificatur, leuis quidem acrimonia, sed maior amaritudo, multoq; etiam plus acerbatis in tota planta. Resiccat itaque absq; insigni caliditate.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Quum easdem quas arbor Cyparissus qualitates habeat Chamæcyparissus, necesse est



CHAMAECYPARISSVS.

Cypres.

A cesse est ut etiam facultates easdem obtineat. Arboris igitur hæ sunt uires. Adstringit & refrigerat. Folia eius cum passo & myrrha modica pota, uesicæ fluxionibus & urinæ difficultati medentur. Pilulæ tusæ, & cum uino potæ, contra sanguinis reiectionem, dysenterias, alui fluxiones, orthopnoeam, tussimq; profunt. Decoctum earum idem potest. Tusæ cum fico duritias emolliūt, & polypos in naribus sanant. Leprosos ungues cum aceto decoctæ & tritæ adiectis lupinis tollunt. Intestinorū ramices illitæ coërcent. Folia idem possunt. Pilulæ cum coma suffitæ culices abigere creduntur. Folia trita & illita uulnera glutinant, sanguinemq; supprimunt. Cum aceto autem trita, capillos tingunt. Illinitur per se aut cum polenta ad erysipelata, herpetas, carbunculos, & oculorum phlegmonas. Cerato mixta & imposita uentriculum firman.

EX GALENO.

Cupressi folia, germina, pilulæ recentes & molles, magna ulcera in duris corporibus glutinant. Ex quo clarum est quod resiccandi uim habeat, absq; insigni acrimonia & caliditate. Tanta inest ei acrimonia caliditasq;, quanta satis sit deducendæ in altum acerbitati: nullam tamen mordicationē aut caliditatem in corporibus efficit. Proinde in alto latentes in flaccidis putrescentibusq; affectibus humiditates, sine molestia tutoq; depascitur, quum quæ calefaciunt & desiccant, eas quidem quæ contentæ sunt absument, cæterum acrimonia & caliditate alias attrahant. Sic intestinorū ramice affectos iuuat: siquidem exiccat & robur addit corporibus præ humiditate laxis, utpote quum adstrictio in altum subeat, eò quod caliditas quæ illi admista est deducat, ad eam quidem mensuram perueniens, ut præire quidem ualeat, nondum tamen mordicare. Quidam ea utuntur ad carbunculos & herpes polentæ miscentes, tanquam absument citra calefactionem eos morbos efficientem humiditatem. Sunt qui ad erysipelata utantur, admista nimirum polenta cum aqua, aut oxycrato aquoso.

EX PLINIO.

Cupressi folia trita serpentum ictibus imponuntur, & capiti cum polenta, si à sole doleat. Item ramici, qua de causa bibuntur. Testium quoque tumori cum cera illinuntur. Capillū denigrant ex aceto. Eadem trita cum duabus partibus panis molli, & uino Amingo subacta, pedum ac neruorum dolores sedant. Pilulæ aduersus serpentium ictus bibuntur, aut si eiiciatur sanguis. Collectionibus illinuntur. Ramici quoq; teneræ tusæ cum axungia & lomento profunt. Bibuntur ex eadem causa. Parotidi & strumæ cum farina imponuntur. Exprimitur succus tusus cum semine, qui mixto oleo, caliginem oculorum aufert. Item uictoriati pondere in uino potus illitusq;, cum fico sicca pingui, exemptis granis, uitia testium sanat, tumores discutit, & cum fermento strumas. Radix cum folijs trita potaq;, uesicæ & stranguriæ medetur, & contra phalangia. Ramenta pota menses ciunt, scorpionum ictibus aduersantur. Chamæcyparissos herba ex uino pota contra uenena serpentium omnium scorpionumq; pollet.

*Chamæcyparissi
faciliates.*



CHAMAECISSOS

Sundelreh.

A

NOMINA.



ΑΜΑΙΚΙΣΣΟΣ, ἢ γῆς στεφανῶ Græcis, Hedera terrestris, Terræ corona *Hedera terrestris.*
 Latinis appellatur. Officinæ nomen Hederae terrestris retinuerunt.
 Germanice Gündelrebe/corrupto sanè nomine uocatur, cum dicendū
 esset Gündrebe/hoc est, humi repens uiticula. Nominatur etiam Ger-
 manis Erdephew/& Erdentreglin, Chamæcissos uerò dicta est, quod nunquā *Chamæcissos unde dicta.*
 non repat humi, folijs Hederae similibus. Corona terræ, quod ramulos suos per ter-
 ram spargens, folioso ueluti sermo eandem coronare uideatur. *Corona terræ.*

FORMA.

Folia Hederae similia habet, minora tamen & tenuiora. Ramulos dodrantes
 multos, folijs plenos, à terra quinq; aut sex prodeuntes. Flores Leucois similes, mi-
 nores tamen, & in gustu uehementer amaros. Radix illi est tenuis, alba, & inutilis.
 Ex hac historia satis constat herbam hodie uocatam Hederam terrestrem, esse Dio-
 scoridis Chamæcisson. Siquidem folijs Hederae constat, minoribus tamen & te-
 nuioribus, ac in circuitu incisis. Legendū enim esse *μυρρότροπα*, & non *μακρότροπα*, res *Dioscoridis locus emaculatur.*
 ipsa docet: nam etsi folia Chamæcissi aliquatenus Hederae similia sint, tamen rotun-
 diora, atque adeo minora etiam & tenuiora existunt. Et est hic lapsus ab in apud
 Dioscoridem frequens, ut ex alijs etiam locis supra notatis liquet. Ramulis etiam
 dodrantalibus multis, foliosis, qui tamen antequam scindantur quinq; aut sex à ra-
 dice procedunt. Flores denique eius Leucois similes sunt, non quidem luteis, al-
 bis, aut purpureis, sed cœruleis: ita ut uehementer errent qui eius flores neque figu-
 ra neque colore floribus Chamæcissi, qui Leucois adsimilantur, esse similes pu-
 tant. Etsi enim colore neque albi, neque lutei sint, cœruleos tamen, qui color etiam
 Leucoiorū est, esse constat. In gustu deniq; sicut etiam folia, amari sunt. Radix quo-
 que eius tenuis, & nullius prorsus usus est. His omnibus accedit, quod nomen etiā
 pulchrè quadrat: neq; enim Græcis aliud sonat Chamæcissos, nisi humilemachu-
 mi repentem Hederam. Cæterum non esse Elatinen, præter alia multa quæ referre
 superuacaneum arbitror, sapor manifestè ostendit, qui in Hedera terrestri amarus
 & modicè acris est, atque adeo calorem præ se fert. Elatine uerò refrigerat atque ad-
 stringit. Sic non esse Asclepiada, ut taceam quod Securidacæ simile semen non pro-
 ferat, uel unus locus natalis satis monstrat. Asclepias enim in montibus, Hedera au-
 tem terrestris in dediuibus locis & uallibus, ut germanicum nomen *Gündrebe*
 abundè indicat, prouenire solet. Quæ autem herba sit Asclepias, suo loco dictum à
 nobis est.

LOCVS.

Nascitur in cultis locis, iuxta etiam sepes & dumeta.

TEMPVS.

In Martio statim erumpit, & floret in magnam usq; æstatis partem.

TEMPERAMENTVM.

Amaritudo exiguaq; acrimonia foliorū & florum satis monstrant herbam hanc
 calidam & siccam esse, ita ut hi qui frigidā esse statuunt, reprehensione non careant. *Error quorundā notatur.*

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folia eius trioboli pondere in aquæ cyathis tribus, quadragenis aut quinquage-
 nis diebus pota, ischiadicis profunt. Morbum quoque regium in senos septenōsue
 dies similiter pota emendant atq; expurgant.

EX GALENO.

Chamæcissi flos quum sit admodum amarus, iecoris obstructions soluit. Sunt
 qui illum etiam ischiadicis exhibeant.

ccc EX PLINIO.

C

EX PLINIO.

Chamæciffon appellant Hederam non attollentē se à terra. Et hæc contusa in uino acetabuli mensura lieni medetur. Eius folia bibunt ischiadici tribus obolis, in uini cyathis duobus septem diebus, admodum amara potione.

APPENDIX.

Has omnes iam cōmemoratas facultates Hederæ terrestri recentiores tribuunt: neq; dubium est, quum sit admodū amara, quin easdem habeat, & alia etiam possit quæ illi adscribunt, ut euocare suppressos menses, urinam mouere, obtusum auditum remouere. Contra pestem etiam tradunt efficacem esse: id quod equites quoque sciunt: hi enim quoties sibula dicta pestis equum corripuerit, hac contra eandē herba magna efficacia utuntur.

DE CHRYSANTHEMO. CAP. CCCXXXVI.

NOMINA.

Chrysanthemum
unde dictum.



ΠΥΣΑΝΘΕΜΟΝ Græcis, Chrysanthemū Latinis, officinis inusitatum, Germanis Goldtblüm/Schmalzblüm/à pinguedine quæ contrito digitis flosculo apparet, & Dratblüm nominatur. Chrysanthemon uerò à flosculis auri splendorem & colorem præ se ferentibus, dictum est.

FORMA.

Herba est tenera, fruticis tamen speciem obtinens, leues proferens caules, & multifida folia: luteos flores, uehementer splendentes, & oculi instar circulares. Ex qua sanè descriptione satis clarum est, herbam quam pictam damus, esse Chrysanthemon, quod illi omnes à Dioscoride traditæ notæ, nulla prorsus reclamante, conueniant. Quibus Democriti in Hydrosopico accedit testimonium, qui herbam hanc quæ Batrachio similis est, Chrysanthemon Græcis appellari scribit, folijsq; Apij esse, maioribus tamen, flore auri colore splendente. Addit deniq; ab Aquilegijs mirè celebratā esse, eò quod aquam subesse certum sit, ubi solet emicare. Quæ quidē singula herbe illi quam depictā exhibemus respondent. Nam ut cætera omittam, ubi hæc nascitur aquæ latices subesse non est dubium. Quidam perperam Wasserhannsfuß germanicè nominant; nam hoc nomine appellata herba, alia ab ea est, ut in capite de Batrachio docuimus. Nam cum hæc nostra acrimonia uacet, quanquam Batrachijs similis sit, tamen in numero illorum esse hoc nomine non potest.

LOCVS.

Nascitur prope urbes, in pratis humidis, & alijs locis aquis.

TEMPVS.

Maior mense eius floribus prata & loca humida splendescunt.

TEMPERAMENTVM.

Eiusdem esse cum Buphthalmo temperamenti, & gustus & facultates declarant. Calidum itaque esse & siccum constat.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Eius flores cum cerato triti, steatomata discutere produntur. Regio morbo correptis coloris bonitatem tempestiuè reddit, à balneo post longiorem in eo moram exitu pota.

EX PLINIO.

Vesicæ calculos Chrysanthemum eiicit.

DE CHAMÆ-



CHRYSANTHEMUM

Schmalzblüm.

NOMINA.

Carduus suarius.
Cardopatium.

Chameleon unde dictus.



ΑΜΑΙΛΕΩΝ λευκός Græcis, Chamæleon albus, Carduus suarius & uarius Latinis, officinis & barbaris Cardopatium appellatur. Quod nomen haud dubiè corruptum est, deductumq; à dictione Pancration, nam sic olim esse nominatum Chameleonem Apuleius testatur; aut à Carduo uario, à qua dictione, u scilicet litera in p, & r in t mutata, in Cardopatiū facilis est lapsus. Germanis *Uerberwurz*, elegantia allusione ad Carduum suarium, nuncupatur. Chamæleon autem à foliorū uarietate dici cœpit. Mutat enim cum terra colores, Plinio teste: hic niger, illic uiridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus, atq; alijs coloribus uidetur. Suarius autem Carduus dictus est, quod sues si in polenta exhibeantur, perimat. Ob quam etiam causam *Uerberwurz* Germanis nuncupatam puto.

Suarius Carduus quare nominatus

FORMA.

Folia habet Silybo aut Scolymo similia, asperiora autem, acutiora, nigroq; Chamæleone ualidiora. Caule uacat, uerum è medio spinam Echino marino, aut Cinaræ similem erigit. Flores purpureos, ueluti capillos, qui in pappos euanescent. Semen Cnico simile. Radicē in pinguibus collibus crassam, in montosis uerò graciliorem, in profundo albam, aliquatenus aromaticam, graueolentē & dulcem. Plinius libro xxij. cap. xvij. breuius herbam hanc depingit, sic inquit: Asperiora folia habet, serpit in terra Echini modo spinas erigens, radice dulci, odore grauissimo. Quæ certè notæ in uniuersum omnes, herbæ quæ hodie barbara & corrupta uoce Cardopatiū uocatur, adamussim respondent, ita ut nemo non esse Chamæleonem perspicuè intelligat. Huc accedit quod facultates etiam eadem sint. Radix enim Chamæleonis albi hausta, uenenis resistit. Radix etiam Cardopati ex recentiorum traditione, mirificè uenenis aduersari, & contra pestilentiam populatim sæuiuentem, ut paulò post dicemus, efficacissimū esse remediū dicitur. Quod si tamen rectiora quis protulerit, non grauabimur hic, ut in alijs quoq; mutare sententiā.

LOCVS.

In glabretis montium prouenit, & in syluis, ut hinc etiam syluaticus Carduus cognominatus sit.

TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus cum suis floribus effodi potest.

TEMPERAMENTVM.

Radix eius calefacit secundo ordine absoluto, desiccatur autem tertio.

VIRES. EX DIOSCORIDE.


Radix pota acetabuli mensura, latos lumbricos pellit. Sumitur autem in uino austero, cum decocto Origani. Hydropicis cōmodè drachma in uino datur: etenim eos extenuat. Contra difficultatem urinæ decoctum eius propinatur. Pro theriaca cum uino pota est. Occidit canes & sues. Mures item necat subacta cum polenta, aut hydrelæo madefacta.

EX GALENO.

Radix eius potui datur acetabuli mensura contra latos lumbricos cum uino austero. Exhibent etiam aqua inter cutem laborantibus.

EX PLINIO.

Hydropicos sanat succo radice decoctæ. Bibitur drachma in passo. Pellit & interancorum animalia acetabuli mensura succi eiusdem in uino austero cum Origani scopis. Facit ad difficultatē urinæ. Hic succus occidit canes suesq; in polenta. Ad data aqua & oleo contrahit in se mures & necat, nisi protinus aquam forbeant. Radicem



CHAMAELEON
ALBUS.

Ebermütz.

C dicem eius aliqui concisam feruari iubent funiculis pendente, decoquantq; in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatismos uocant.

APPENDIX.

Recentiores radicē Cardui suarij drachmæ pondere in uino sumptam cōtra pestilentiae contagia prodesse tradunt. Eandem etiam in aceto decoctam, contra scabiem, impetiginē, & omnes cutis sceditates curatu difficiles conferre scribunt, si eius decocto lauentur. Idem dentium etiam dolori succurrit.

DE CHAMAELEONE NIGRO

CAP. CCCXXXVIII.

NOMINA.



Chamaeleon niger cur dictus.

ΧΑΜΑΙΛΕΩΝ *μέλας* Græcis, Carduus niger aut Vernilagium Latinis dicitur. Officinis hæc planta incognita existit. Germanis allusione ad latinam nomenclaturam *schwarzer Gartendistel* uocari potest, quod scilicet in hortis tantum culta proueniat. Sunt qui eam à candore foliorum nominent *welsch weiß Distel* sed prior appellatio ad discriminandas plantas melior existit. Chamaeleon uerò dictus est à uarietate foliorū, quæ pro terræ & locorū differentia, aut admodū uiridia, aut subalba, aut coerulea, aut rubra inueniuntur. Niger uerò haud dubiè à radice appellari cœpit.

FORMA.

Folij Scolymo similis est, minora tamen, tenuioraq; & rubentia ea habet. Caulem emittit digitali crassitudine, dodrantalem, subrubrū, qui in summo habet umbellam, & spinosos flores tenues, hyacinthi æmulos, uersicolores. Radicē crassam, nigram, densam, & aliquando corrosam, quæ dissecta subflauescit, & cōmanducata mordet. Hæ quidem notæ quanquā plantę, cuius hic picturā damus, ferè omnes uideantur quadrare: caulem enim euehit dodrantalē, & altiorē etiam, digitū equantem crassitudine, subrubrum, folia instar Scolymi, minora, subalba & leniter punicea, candidū ac hispidum florem, hyacinthina purpura uariatū, radicem nigram & subflauam: tamen cum non admodū linguam uellicet cōmanducata radix, sit ut nō parum an legitimus sit Chamaeleon niger addubitem. Verū cum multi huius temporis uiri eruditi hanc plantam Chamaeleonē nigrum esse credant, nolui hoc tempore ab ijs prorsus dissentire, atque adeo eandem quæ illi, plantæ huic indere appellationem uolui, maximè cum nullam aliam eidem cōuenire apud Dioscoridem descriptionem uideam, donec aliquid certius de ea nobis aut alijs compertum fuerit.

LOCVS.

Nusquam sua sponte in Germania prouenit, quare cultura indiget. Nascitur autem Chamaeleon niger, Dioscoride autore, siccis, campestribus, cliuosisq; & maritimis locis.

TEMPVS.

Iulio mense floret, ac subinde in capitulis rotundis Augusto mense semen hispidum profert.


TEMPERAMENTVM.

Chamaeleontis nigri radix sicca est in tertio ordine, calefacit uerò in secundo absoluto.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix trita, additis exiguo atramento sutorio, cedrino oleo, & xungia, scabiem abigere potest. Abstergit etiam impetigines, admixtis sulphure & bitumine. Decoctum eius collutione dentium dolorē mitigat. Cum pari pipere & cera oblita, dolentibus dentibus auxiliatur. Quinetiā fouentur ea dentes, quū decocta in aceto, & calens imposita fuerit. Scriptorio stylo dolēti denti calida admota, eum frangit. Cum sulphure decolorē ob solē faciē, & albos emendat. Miscetur medicamentis erodentibus. Phagedenas, ferinaq; ac tetra ulcera illita, ad mitiorē habitū transferens sanat.

EX GALENO.



CHAMAELEON
NIGER.

Schwarz Gartendistel.

C

EX GALENO.

Radix quiddam letale obtinet, quamobrem eius foris usus ad scabies, impetigines, alphos, & in summa ad omnia quæ deterfionē postulant. Præterea emollientibus & discutientibus medicamentis miscetur, ac illita phagedænica ulcera sanat.

EX PLINIO.

Radice eius lichenes curantur, cum sulphure & bitumine unâ coctis: cōmanducata uerò dentes mobiles, aut in aceto decocta, Succo scabiem etiam quadrupedum sanant. Et ricinos canum necant.

DE CHAMAEPITY CAP. CCCXXXIX

NOMINA.

Ibiza.

Ibid.



Chamæpitys un-
de dicta.
Abiga quare no-
cata.

AMAIPIITYZ Græcis, Aiuga siue Abiga, autore Plinio, Latinis dicitur. Inuenitur & Ibiza uocari, quod nomē, Hermolao teste, ferè seruant ho-
die Illyrici. Hinc abiectis duabus literis i & g, Iba, & ab Aiuga abiectio-
ne literarum a & g, Iua manauit in uulgi nomenclationē. Officinę Iuam
cognomento muschatam appellant, Germani ye lenger ye lieber. Cæterū Chamæ-
pitys dicta est, quasi humilis & breuis, humiliq; depressa picea: nam eius folia piceam
olent. Abiga uerò uocata propter abortus, quos, educendis ijs quæ in utero sunt,
excitare solet.

GENERA.

Prima. Tria eius sunt genera. Vna folijs Sedi seu Aizoi, quam nos sceminā fecimus. Al-
Alicia. tera ramis anchoræ modo incuruis, quam nondum uidimus. Tertia mas dicitur
Tertia. etiam Dioscoridi. Harum discrimina & descriptionibus certius cognosces.

D

FORMA.

Prima, herba est per terram serpens, subcruua, folia minori Azioo similia ha-
bens, multò tamen tenuiora, pinguiora: hoc est, ut Serapion interpretatur, super se
plus humiditatis tenacis habentia, & hirsuta, circa ramos frequentia, odore piceæ,
flores exiguos, luteos aut candidos, radicem Cichorij. Altera cubitalibus est ra-
mis anchoræ modo incuruis, tenuibus, coma supradictæ simili, flore candido, semi-
ne nigro. Olet autem & ipsa piceam. Tertia quæ mascula appellatur, herbula est
foliolis tenuibus, candidis & hirsutis, caule aspero, candido, flosculis luteis, semine
secus alas pusillo, Piceam & hæc olet.

LOCVS.

Sua sponte, quod sciam, in Germania non prouenit. Nunc tamen in hortis plan-
tari cœpit. Plinius tertiam in petris nasci tradit.

TEMPVS.


Floret Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Chamæpitys gustu quidem amarū saporem acri ualidiorem obtinet. Est autem
in calefaciendo secundi, in siccando uerò tertij ordinis.


VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folia primæ septem diebus in uino pota, regio morbo medentur. Quadraginta
uerò ex hydromelite, ischiadicis sanant. Dantur peculiariter iecinorosis, urinæ dif-
ficultatibus, & renum uitij. Profunt etiam torminosis. Ea apud Heracleam Pon-
ticam, perinde atq; antidoto contra aconitum utuntur, bibentes decoctū. Ad ante-
dicta illinitur, cum polenta iure decocti macerata. Trita & cum fico pro pilulis data
aluum emollit. Excepta melle, squama æris, & resina, purgat. Apposita ex melle, ex
utero ducit. Mammarū duritias discutit. Vulnera glutinat. Vlcera quæ serpunt,
cum



CHAMAEPITYS
PRIMA.

Yelengerye lieber weible.



CHAMAEPITYS
TERTIA.

Yelenger ye lieber mennle.

A cum melle illita cohibet, Secunda & tertia eandem uim obtinent, non tamen usque adeò efficacem.

EX GALENO.

Effectu expurgat Chamæpitys, abstergitq; uiscera plus quàm calfacit. Proinde regio morbo correptis, & omnino quibus facilè iecur obstruitur, bonum est medicamentum. Quin & menses ducit tum pota, tum apposita cum melle. Sed & urinæ mouendæ aptum est medicamen. Sunt qui etiam eam exhibent ischiadicis decoctâ in melicrato. Herba porro ipsa uiridis magna uulnera conglutinat, & ulcera putrescentia sanat. Mammarum præterea durities discutit.

EX PLINIO.

Profunt aduersus scorpionū ictus. Item iecinori illitæ cum palmis aut cotoneis. Renibus & uescicæ, decoctū earū cum farina hordeacea. Morbo quoq; regio, & urinæ diff. cultatibus, ex aqua decocta bibunt. Nouissima contra serpentes ualet cum melle. Sic & apposita uulvas purgat. Sanguinē densatum extrahit pota. Sudores facit, perunctis ea. Peculiariter renibus utilis est. Fiunt ex ea & hydropicis pilulæ, cum ficu aluum trahentes. Lumborū quoq; dolorē uictoriati pondere in uino finit, & tussim recentē. Mortuos foetus ex aceto cocta pota, ejicere protinus dicitur.


APPENDIX.

Recentiores herbarij, & magna officinarū pars, aliam Chamæpityn ostendunt, folio Saluix rimoso, angustiore tamen, & ad radicē maiore, flore subcandido ac luteo, & semine nigro: quæ tamē legitima Chamæpitys non est, sed prima potius Sideritidis, ut suo diximus loco, species. Desinant igitur subinde hac herba pro Chamæpity uera uti, ac illius loco has quarum nunc picturas damus usurpent. Erroris autem huius nulla alia fuit causa, quàm quod Chamæpitys etiam ueteribus alio nomine dicta sit Sideritis. Hinc pleriq; decepti eam herbam quæ priuatim ac propriè sic nominatur, pro Chamæpity usurpare cœperunt. Sideritis autē nulla alia de causa dicta est Chamæpitys, nisi quod illi uulnera glutinandi insit facultas.

Officinarum
error.

DE PSYLLIO CAP. CCCXL

NOMINA.



ΨΥΛΛΙΟΝ græcè, herba Pulicaris latinè, nomen græcum in officinis retinet, germanicè Psilientraut nominatur. Tam græcam autem quàm latinam appellationē à pulice, cuius effigiē semen eius refert, sortita est herba. Vel, ut nonnullis uidetur, quia si uiridis in domum feratur, generari in ea pulices prohibeat.

psyllium unde
dictum.

FORMA.

Psyllion folia Coronopo similia habet, hirsuta, longiora, ramos dodrantaes. Tota herba ad sceni graminisue formam accedit. Coma eius à medio caule incipit, capitula bina aut terna in summo contracta conuolutaue, in quibus semen pulicibus simile, nigrum durumq;.

LOCVS.

In aruis & incultis nascitur. Nusquam tamen, quod sciam, in Germania nisi factum prouenit.

TEMPVS.


Flores tota ferè æstate ex capitulis eius, quæ spicæ formam obtinent, erumpentes dependent, canino capiti haud dissimiles, ut pictura abundè monstrat. Semen uero autumno profert.

TEMPERAMENTVM.

Semen eius ex secundo refrigerantium est ordine, in desiccando uerò & humectando medium quodammodo & symmetrum. Cōmentum Mesues de substantia eius interiore calida nihil moror.

Mesues cōmentum.

VIRES.



PSYLLIVM

Psyllienkraut.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

A Vis Psyllio refrigeratoria. Cum rosaceo, aceto, aut aqua illitum articularū doloribus, parotidibus, tuberculis, cœdematis, luxatis, capitisq̃ doloribus prodest. Ente rocelis seu intestinorū ramicibus puerorum, & umbilicis prominentibus cum aceto illitum medetur. Oportet autem acetabuli mensura tufum in aquæ heminis duabus madere, & ubi aqua concreuerit illinire; egregiè siquidem refrigerat; deiectum enim in feruentem aquam, calorem eius reprimi. Prodest erysipelatis. Perhibent si uiridis domum importetur, prohibere ne in ea pulices generentur. Tusa cum adipe, sordida & maligna ulcera expurgat. Succus eius cum melle ad aures fluxione tentatas, & uermiculosas conducit.

EX PLINIO.

Vis ei ad refrigerandū ingens. Semen in usu. Fronti imponitur in dolore & temporibus, ex aceto & rosaceo, aut posca. Ad cætera illinitur acetabuli mensura, sextario aquæ densat ac contrahit. Tunc terere ac crassitudinē illinere oportet cuiuscunq̃ dolori, & collectioni inflammationiq̃. Tenaſmo in aqua cum radicibus decoctum medetur. Omnibus articularū morbis salutare est huius semen madefactū in aqua, admistis in heminam seminis duobus resinæ colophonie cochlearibus, thuris uno.

DE PSEVDONARDO CAP. CCCXLI.

NOMINA.



B ΨΕΥΔΟΝΑΡΔΟΣ græcè & latinè nominatur, quod scilicet non sit uera & genuina Nardus, cuius Dioscorides & alij ueteres meminerunt.

*Pseudonardus
unde dicta.*

GENERA.

Duū cernitur generum. Alterum procerius est, & maiorem spirat odorem, nec minus quàm Nardus placet. Hoc nos Pseudonardū marem diximus. Officinæ & uulgi herbariorum Spicam à spicatis floribus nominant, Germani *Spicanardi*. Alterum amplitudine & odore minus, quod nos Pseudonardū fœminam appellauimus. Officinæ & herbarij recentiores Lauandulam uel Lauendulam, eò quod balneis & hominum lauacris expetatur, elotaq̃ omnia si permisceatur odoris commendet suauitate, uocant. Germani ad hoc nomen alludentes *Lauendel* nuncupant.

FORMA.

Frutex est folio crassiore, carnosio, angusto, colore languido, in candidum uergente, piloso, frequentibus spicis in aristas sparsis, flosculis in spica ferè cœruleis, in Lauendula autem purpureis.

LOCVS.

Gaudet apricis & petrosis, tanta suauitatis fragrantia, ut omnes penè flores odoris iucunditate uincant, qua dote uestibus inferuntur.

TEMPVS.

Vtraque perpetua coma exitu ueris canescit, Iunio & Iulio mense spicatur, floribusq̃ pragnans est.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit & siccatur ordine secundo, tenuibusq̃ constat partibus, haud multum à natura Celticæ Nardi dissidens.

VIRES.

Antiquus manuscriptus herbarius easdem ferè facultates Pseudonardo, quas Celtica habet, tribuit, dum in hunc modum scribit: Stomachi dolorem frigidum, eiusdem inflationes, uteri dolores, lienis duritiem, iecinorisq̃ obstructions tollit.

fff Strangu.



PSEUDONARDUS
MAS.

Spicanardi.



PSEVDONARDVS
FOEMINA.

Laucndel.

C Stranguriæ & difficultati urinæ auxiliatur. Capiti admota calefacit, eiusq; humiditates exiccat. Hinc est quod recentiores tantisper eius usum in frigidis cerebri & nervorum morbis, apoplexia, paralyfi, & similibus cōmendent.

Sequentia duo capita, quoniam absoluto fermè opere ad nos uenerunt, & idcirco suo loco reponi non potuerunt, tamen ne lector ijs fraudaretur, in calcem potius reijcere, quàm omnino præterire, collibuit.

DE DIGITALI CAP. CCCXLII

NOMINA.

Digitalis.



Vod appellatione tum græca tum latina herba hæc hodie destituta sit, nulla alia de causa factum existimamus, quàm quod ueteribus incognita fuerit. Nos pulchritudine eius illecti, *αἰώνιος* esse diutius non sumus passi. Appellauimus autem Digitalem, alludentes ad germanicam nomenclaturam *Singerhūt*/sic enim Germani hanc stirpem nominant, à florum similitudine, quæ digitale pulchrè referunt ac exprimunt. Hac appellatione utemur, donec nos uel alij meliorem inuenerint.

GENERA.

Digitalis purpurea.

Duū est generū. Vna enim purpureos obtinet flores, ideoq; Digitalem purpuream appellauimus. Germanis *brauner Singerhūt* dicitur. Altera luteos habet flores, ob id Digitalis lutea dicta nobis est. Germanis *geeler Singerhūt* nominatur.

Digitalis lutea.

In alijs per omnia similes sunt.

D

FORMA.

Herba est cubitalis, folijs latis & oblongis, Plantagini non dissimilibus, in extremitatibus serratis, floribus à lateribus caulis ordine dependentib. digitalis formam referentibus, purpureis aut luteis. Quibus decidentibus, semen in calycibus latum & oblongum profert. Radix illi est exigua & capillata.

LOCVS.

Nascitur in montibus, umbrosis & saxosis locis.

TEMPVS.

Floret Iulio potissimū mense, atq; subinde cadentibus floribus semen producit.

TEMPERAMENTVM.

Impense amara est herba, perinde atq; Gentiana, ut hoc nomine calidā & siccam esse euidentissimum sit.


VIRES.

Hæc herba haud dubiè quum opus est extenuatione, abstersione, purgatione, & obstructionis liberatione, efficax admodū esse solet. Nam, ut testatur Galenus libro iij. de simp. med. facul. cap. xvij. amari sapes absterunt, expurgant, & quæ in uenis est crassitiem incidunt. Quamobrè menses etiam quæ amara sunt mouere possunt, & ex thorace & pulmone pus educere. Quid multa: potest hæc herba ferè omnia quæ Gentiana, cuius uires suo in loco inuenient studiosi.

DE OCIMA-

DIGITALIS
PVRPVREA

Branner Fingerhut.





DIGITALIS
LYTEA.

Geeler Fingerhår.

A

NOMINA.



OCIMOIDEÆ Græcis, Ocimastrum Latinis dicitur. Officinis inusitatum atque incognitum, Germanis wild Basilg appellatur. Ocimoides uerò Græcis haud alia ratione dictum est, quam quod Ocimo, suis potissimum folijs simile sit. Ocimastrum autem Latini, quasi syluestre Ocimum appellauerunt. Nam sic ipsum uocare uidetur lib. xx. cap. xij. Plinius.

Ocimoides eius dictum.

Ocimastrum. Syluestre Ocimum.

FORMA.

Folia habet Ocimo similia, ramulos dodrantaes, eosdemq; hirsutos, siliquas Hyoscyamo per similes, semine nigro plenas, Melanthio seu Nigellæ simili (legendū em̃ in Dioscoride *εὐκλινος*, & non *κοινός*, ut habent aliqua exemplaria) Radix illi est gracilis & inutilis. Ex qua quidem deliniatione omnibus palam sit, stirpem, cuius effigiem atq; picturā damus, esse Ocimastrū: siquidē folia fert Ocimi, ramulos palmarum & quadratos (quod Dioscorides omisit) hirsutos, flores purpureos (quos itidē Dioscorides nō explicauit) forma Ocimi floribus similes, qui tamen colore, qui illis candidus est, distant: decidentibus floribus siliquas Hyoscyamo similes, seminis nigri, Melanthio similis, plenas ostendit. Radice etiā nititur tenui & superuacua. His omnibus etiam accedit odor, qui planē Ocimum referre uidetur: ita ut nemo dubitare debeat, quin hæc herba uerum sit Ocimastrū, potissimum cum illi Dioscoridis descriptio sic quadret, ut nulla prorsus nota reclamare uideatur.

Dioscoridis locus emendatus.

LOCVS.

Nascitur arenosis in locis. Copiose autē iuxta Nirtingam ad Nicerum oppidulū prouenit, ubi id ipsum primū uidī, ac reperi: aliās, quod sciam, mihi nunquā uisum.

TEMPVS.

Floret in fine Septembris & Octobremense, atq; simul in siliquis semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Ocimastrum, maximē eius semen, est calidæ & siccæ temperaturæ, quod sapor etiam satis ostendit, qui cum modica adstrictione amarus est.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Semen Ocimastrī in uino potum, medetur uiperarū & aliarum serpentū morfib. Ischiadicis datur cum myrrha & pipere.

EX GALENO.

Ocimoides quidam philiteriū cognominant. Radix superuacanea est. At semen tenuium partium, & desiccantis citra mordacitatem facultatis est.

EX PLINIO.

Syluestri Ocimo uis efficacior ad eadem omnia, quæ satiuo. Peculiaris ad uitia quæ uomitionibus crebris cōtrahuntur. Vomiciq; uulua, contraq; bestiarū morsus radix in uino est efficacissima.


APPENDIX.

Vel syluestre Plinij Ocimū diuersum est ab Ocimastro, aut in uerbis eiusdē iam productis, error subest. Quum enim Ocimastrī radix, Dioscoridis & Galeni testimonio, inutilis sit, non rectē à Plinio dicitur quod eius radix in uino contra bestiarū morsus efficacissima sit: sed hoc potius, Dioscoride teste, semini tribuendum erit. Quare in Plinio legendū, contraq; bestiarū morsus semen in uino est efficacissimū.

Plinij locus emendatur.

Quam sanē lectionem Dioscoridis autoritas abundē confirmat, qui Ocimastrī semen cum uino potum, contra uiperarum & aliorum reptilium ictus efficax esse tradit.

fff 4



OCIMASTRUM

Wild Basil

PICTORES OPERIS,
Heinricus Küllmaurer. Albertus Meyer.




SCVLPTOR
Vitus Rodolph. Speckle.



EMENDANDA IN COMMENTARIIS

de *Stirpium historia*.

Pag. 4. uers. 11. legendum, Hypochondrijs, iecinori &c. Ibid. uers. 20. legendum, Eadem potest præstare cum sapa, aut lenticula. Pag. 8. uers. 11. Plin. lib. 21. cap. 21. marem quidem campestre &c. Ibid. uers. 13. eiusdem nomenclaturæ: expungendum itaq; cōma post eiusdem. Ibid. uers. 16. quod masculum appellamus. Pag. 11. uers. 19. Ex Macro. Pag. 14. uers. 39. lege, de Acoro uero affirmare. Pag. 16. uers. 40. tubercula facultatem obtinet. Pag. 28. uers. 29. tenuis intestini dolores. Pag. 29. uers. 16. ramolum. Pag. 37. uers. ult. acris, ut piper, admodum sit. Pag. 43. uers. penult. axungia. Pag. 54. uers. 10. mollibus duntaxat spinis prædita. Pag. 79. uers. 22. Tæniæ, pro Tineas. Pag. 86. uers. 11. ab Aconis. Pag. 93. uers. 9. illita, aduersus. Pag. 98. uers. 8. si quis in uilla eam extruxerit. Pag. 126. uers. 27. destituitur. Pag. 128. uers. 34. lege, Cum polenta, & expunge dictionem Si. Pag. 135. uers. 46. Ieiuno. Pag. 141. uers. 26. aqueæ. Pag. 148. iuxta picturam lege, *BELLIS MAIOR*. Pag. 210. uers. ult. dulcis est quodammodo. Pag. 236. uers. 35. utiq; maximè. Pag. 263. iuxta picturam, *ERVCA SYLVESTRIS*. Pag. 264. uers. 19. Kunigundis. Pag. 304. iuxta picturam, *SATVREIA SEV THYMBRA SATIVA*. Pag. 326. uers. 34. nitatur, adijciendū, radice. Pag. 328. uers. 37. terrena substantia constat. Pag. 344. uers. 5. *uopis* enim Græcis &c. Pag. 355. uers. 28. tæniæ. Pag. 363. uers. 6. quæ in thorace sunt educit. Pag. 397. uers. 37. crasisiq; nōnullis. Pag. 440. uers. 28. abundat, que. Pag. 450. uers. 25. per integrum retinuit annum amittit &c. Pag. eadem, uers. 38. Sedi etiam ad deiicienda. Pag. 452. uers. 1. ad secesum prouocat. Pag. 472. uers. 28. utranq; uero. Pag. 510. uers. 14. floreat. Pag. 529. uers. 13. aut cum lini, &c. Pag. 672. uers. 9. esset discrimen.



PALMA

ISING▶